POESIS PHILOSOPHICA IN SEX DIGESTA LIBROS DE totidem rebus, quas physici nonnaturales vocant.

Autore Petro Lopesio Auissensi.



Fama subit, celeres descendunt fluminis vndæ,
Et partem medius versat vtramque globus.

CONIMBRICÆ.

Cum facultate Inquisitorum, & Ordinarij.

Apud Nicolaum Carualho Typographũ Vniuersitatis

Tayxado em a mesa do Paço, a 200 reis em papel. Anno Dñi 1618.

LICENÇAS.

Recognoui opus hoc ex commissione supremi Senatus Generalis Inquisitionis Lusitanæ, in quo Actorem medicam aque, ac metricam profitetur. Porro vt eius argumentum ad Christianam Religionem, aut humanos mores nihil attinet, ita nihil eis obstat; Cenceoque committi, seu permitti posse facultatem euulgãdi. Olisippone anno 1616, mense Augusti. Die. 25.

Baltazar Alurez.

Vista a informação podesse Imprimir este liuro com as emendas, & depois de impresso: torne a este Cõselho pera se conferir, & dar licença pera correr, & sem ella naõ Correrà. Em Lisboa 26. de Agosto de 1616.

Bertholameu da Fonseca.

Antonio Dias Cardoso.

Fr. Manoel Coelho.

Dam licença a Nicolao Carualho impressor, que possa imprimir este liuro intitulado (Poesis Phylosophica) visto a que tem do Sancto Officio. Em Lisboa a 30. de Agosto de 1616. Depois de impressa naõ correrà sem tornar a esta mesa pera se taxar.

Gama.

Machado.

INDEX

HÆC SVNT, VEL MAGIS VNIVERsalia, vel notatu digniora quæ in hoc libro continentur.

A

B.

Bocca

Memoria

Renum

Somni

Ver,

FINIS.

ERRATA LIBRI PRIMI.

Isti sunt errores quos typographia attulit. Quos sic corriges, & similiter alios si Visionis aciem subter fugerunt.

Pag. 2 lin .26. pro vno lege vna.
pag.3. lin 7.pro sentẽtias,l.sententia
pag.3 lin.56. acceptat leg acceptant.
pag.3.lin 60.pro vndas leg. vnda.
pag 6.lin.15.pro tristitia leg. tristia
pag.7. lin.51.pro quos leg. quó.
pag.9. lin 2.pro nimina leg nimia.
pag.9. lin.8 pro incipe,leg incipit.
pag 10.lin.4 pro pugnantq; leg. pugnamque.
pag. 10.l.14.pro argumẽtũ.l argẽtũ
pag 14 lin 51.pro habitus l.halitus.
pag 17. lin.15.pro gesta,leg.gestat.
pag 18.lin.pro easdem,leg. eosdem,
pag 18.lig.40.pro tant. leg. tantum.
pag 20 lin 39 pro sitientes, lsitiens.
pag 21.lin 6 phiades,leg.phiades.
pag 24. lin 13 pro actis,leg auctis.
pag 25 lin.55 pro aere,lpg.aera.
pag.29.lin 32.pro quinq; l.quinq; &
pag.29.lin.57.pro hac leg hæc.
pag. 31.lin.4.pro synæque.l.syriæq;
pag.32 lin.55 protenum l tenuem.
pag.34 lig 37 pro ocultos.l.oculos.
pag.35.lin.17.pro mente,l mentem,

Errata libri secundi.

P. 36. lin 40.pro nomæq; l.normeq;
pag.37. lin.42 pro tarmẽ.l. effarnem
pag.39 lin.15 pro depoũt.l deponũt.
pag.44.lin 40.pro timore,l tumore.
pag.46.lin.2. pro mobis,l. modis.
pag 46.lin.31.pro nalbas; quã dictionem expunges,leg.nulla tamen.
pag 49.lin.21.pro quibus,leg quique
pag 50.lin.39. pro æstusq; l.æstuque.
pag.51. lin.24.pro coijcio l. proijcio.

Errata libri tertij.

Pag.52.lin 14.pro sociata vigilia, leg. socians vigilantia.
pag 100.lin.23.pro sciiugit,l.se iũgit
pag.100.lin.31.pro pelius,l.peluis.
pag.102 lin 57. pro habitum pellexe lege habitumque expellere.
pag 105. lin. 39. pro qualis imperio, leg qualis in imperio.
p.108.lin.31.pro addit merces subtilesque,leg merces addit, subtileque.
pag.115.lin.2.pro suspira l.suspiria.
pag. 118 lin.8.pro fruẽtes l.feruẽtes.
pag 118. lin.29.pro lutus, leg luctus. pro lectitia,leg. lætitia.
pag.122 lin 17 pro nimis,leg. minis.
pag 126 lin 7 pro scit,leg, seu.
pag 129 lin.41. pro leuis,leg lacu.
pag.130 lin 21.pro principium mali leg.principiumque mali.
pag. 132. lin 49.pro præstat,l perstat
pag.133 lin.26.pro rog.leg rogi.
pag.133.lin.27 pro doum,leg.donũ.

Errata libri quarti

Pag 61 lin.32 pro mobile,leg.nobile
pag 61.lin.39.pro bilique,leg.bilisq;
p.65 lin. 8.pro corregit.leg.cor regit
p.66.lin.33.pro aparbus.l. apatribus
pag 66.lin.34.pro tales,leg. tabes.
pag.68.lin.51.pro crocũ, l.croceum.
pag 75.lin.21.pro hac,leg hæc.
p 79.lin.45.pulchrũ.l. pulchrũ inde.

Errata libri quinti.

Pag.88 lin.33 pro vnde,leg. inde.
pag.89.lin.38.pro virius,l.virtus.
pag.94 lin.32 pro canali,l.crinali.
pag 94.lin.34 pro foris,leg. simul.
pag.134.lin.9.pro reum,leg.rerum.
pag 136 lin.51 pro mediũ l. medicũ.
pag.140 lin.16.pro habenas,l.equum.
pag.143.lin.40.pro anus leg flauus.

Errata libri sexti.

Pag 148 lin 4 pro vbi,leg.aut.
pag.156.lin.4 pro hę,leg. hæc.
p.159.l.43.pro biualat,leg baiulat.
pag 160 li 52 pro vi,leg.vt.
pag 161.lin.33.pro nouum,l.nocuũ.
pag.166 lin 14 pro larbo,leg. cabor.
pag 171 lin.8 pro acus,leg. lacus.
pag.173.lin.51.pro ex fumo,l. furno
pag.176.lin.6.pro adunt,leh. alunt.
p.194.lin.32.pro salmẽtũ,l.salsamẽtũ
pag.195.lin. 9. pro cũ siccitate, lege siccans virtute.
pag.218.lin.13.pro larisæ,leg. laris.
pag 22.lin.31.pro ceteni,leg.cetarius

ERRATA LIBRI PRIMI.

Isti sunt errores quos typographia attulit.
Quos sic corriges, & similiter alios si
Visionis aciem subterfugerunt.

Pag. 2 lin. 26. pro vno lege vna.
pag. 3. lin 7. pro sentētias, l. sententia
pag. 3 lin. 56. acceptat leg acceptant.
pag. 3. lin 60. pro vndas leg. vnda.
pag. 6. lin. 15. pro tristitia leg. tristia
pag. 7. lin. 51. pro quos leg. quó.
pag. 9. lin 2. pro nimina leg nimia.
pag. 9. lin. 8 pro incipe, leg incipit.
pag 10. lin. 4 pro pugnantq; leg. pugnamque.
pag. 10. l. 14. pro argumētū. l argētū
pag 14 lin 51. pro habitus l. halitus.
pag. 17. lin. 15. pro gesta, leg. gestat.
pag 18. lin. pro easdem, leg. eosdem,
pag. 18. lig. 40. pro tant. leg. tantum.
pag 20 lin 39 pro sitientes, l sitiens.
pag. 21. lin 6 phiades, leg. phiades.
pag. 22. lin 13 pro actis, leg auctis.
pag. 23 lin. 55 pro aere. lpg. aera.
pag. 29. lin 32. pro quinq; l. quinq; &
pag. 29. lin. 57. pro hac leg hæc.
pag. 31. lin. 4. pro synæque. l. syriæq;
pag. 32 lin. 55 pro tenum l tenuem.
pag. 34 lig 37 pro ocultos. l. oculos.
pag. 35. lin. 17. pro mente, l mentem,

Errata libri secundi.

P. 36. lin 40. pro nomæq; l normeq;
pag. 37. lin. 42 pro tarmē. l effarnem
pag. 39 lin. 5 pro depoūt, l deponūt.
pag. 44. lin 40. pro timore, l tumore.
pag. 46. lin. 2. pro mobis, l. modis.
pag 46. lin. 31. pro nalbas; quā dictionem expunges, leg. nulla tamen.
pag 49. lin. 21. pro quibus, leg quique
pag 50. lin. 39. pro æstusq; l. æstuque.
pag. 51. lin. 24. pro coijcio l. proijcio.

Errata libri tertij.

Pag. 52. lin 14. pro sociata vigilia, leg. socians vigilantia.
pag 100. lin. 23. pro sciiugit, l. se iūgit
pag. 100 lin. 31. pro pelius, l. peluis.
pag. 102 lin 57. pro habitum pellexe lege habitumque expellere.
pag 106. lin. 39. pro qualis imperio, leg qualis in imperio.
p. 108. lin. 31. pro addit merces subtilesque, leg merces addit, subtileque.
pag. 115. lin. 2. pro suspira l. suspiria.
pag. 118 lin. 8. pro fruētes l. feruētes.
pag 118. lin. 29. pro lutus, leg luctus. pro lectitia, leg. lætitia.
pag. 122 lin 17 pro nimis, leg. minis.
pag 126 lin 7 pro scit, leg. seu.
pag. 129 lin. 41. pro leuis, leg lacu.
pag. 130 lin 21. pro principium mali leg. principiumque mali.
pag. 132. lin 49. pro præstat, l perstat
pag. 133 lin. 26. pro rog. leg rogi.
pag. 133. lin. 27 pro doum, leg. donū.

Errata libri quarti

Pag 61 lin. 32 pro mobile, leg. nobile
pag 61. lin. 39. pro bilique, leg. bilisq;
p. 65 lin. 8. pro corregit. leg. cor regit
p. 66. lin. 33. pro aparbus. l. apatribus
pag 66. lin. 34. pro tales, leg. tabes.
pag. 68. lin. 51. pro crocū, l. croceum.
pag 75. lin. 21. pro hac, leg hæc.
p 79. lin. 45. pulchrū. l. pulchrū inde.

Errata libri quinti.
Pag.88 lin.33 pro vnde,leg. inde.
pag.89 lin 38.pro virius,l.virtus.
pag.94 lin.32 pro canali,l.crinali.
pag 94.lin 34.pro foris,leg. simul.
pag.134.lin.9.pro reum,leg.rerum.
pag 136 lin.51 pro mediū l. medicū.
pag.140 lin.16.pro habenas,l.equum.
pag.143.lin.40 pro auus leg flauus.
Errata libri sexti.
Pag 148 lin 4 pro vbi,leg.aut.
pag.156.lin.4 pro hę,leg. hæc.

p.159.l.43.pro biualat,leg baiulat.
pag 160 li 52 pro vi,leg.vt.
pag 161.lin.33.pro nouum,l. nocuū.
pag.166 lin 14 pro larbo,leg. cabor.
pag 171 lin.8 pro acus,leg. lacus.
pag.173.lin.51.pro ex fumo,l. furno
pag.176.lin.6.pro adunt,leh. alunt.
p.194.lin.32.pro salmētū,l.salsamētū
pag.195.lin. 9. pro cū siccitate, lege siccans virtute.
pag.218.lin.13.pro larisæ,leg. laris.
pag 22.lin.31.pro ceteni,leg.cetarius

CLARISSIMO, ET SAPIENTISSIMO D.D. FERDINANDO MARTINO SVMMO MONTIS maioris, Glandolæ, atque Myrtilis præfecto, ac Domino Lauræ.

Petrus Lopeſius Auiſſenſis, S. P. D.



Non cedunt flores auro,non laurea ſceptris:
Formoſam ſpeciem præbet vtrunque genus.

CVM oculos,atque animum pariter in omnẽ ſcribentium Vniuerſitatem coijcerem(vir clariſſime cunctámque in dicẽdo varietatem ſigillatim perpenderem,duo inueni tantum in quibuſque voluminibus vſitata, vt ab eis ſeparari nulla ratione queant: ve

*　　　　etenim

:enim figmentis,fabularumque scatent imaginibus; nullatenus ad rerum vtilitatem conferentia,sed quę sola delectationis gratia cōferre possunt:vel quæ contra rerum veritatē attingentia humanæ cōmoditati inseruiunt,tantisverò sunt implicata,argumentis,difficultatibusque ardua, vt non solū nullam recreandi animi speciem tribuant,sed potius legentium oculos in fugam compellant. Prioris generis suaues extitere poetarum cōcentus,varij historiarū ordines,& cōpositę oratorum voces: secundæ clasſis fuerunt obscuri dialecticorum nodi inuolutęque rationes, indissolubilia Iurisconsulti placita,& abscondita sublimis philosophię arcana, & siquę aliæ scientiæ sunt,artesue vno,vel altero genere cōprehensę: qui tamen libri,& animo complacère, & rerum vtilitati simul possent hocusque mihi visi nō sunt:quapropter vnum in lucem edere mihi persuasi,qui vtrūque munus complere valuisset (dicitur poesis philosophica) qui neque solis carminum fictis illusos relinqueret audientium animos neque multiplici rerum doctrina fastidientes: sed medium seruans , & vtrique rei consulens, nunc musarum floribus mentem pelliceret,pulchraque præteritorum memoria admiratam detineret: nunc logicis irretiret inuolucris,portētosæque philosophiæ miraculis deterreret: hoc autem nihil laudabilius fingi potest: vnde dixit Poeta.

Omne tulit punctum,qui miscuit vtile,dulci:
Et similiter. vtilis ars,metri dulcis in ore sonus.

Nihil

Nihil tamen difficilius, nec laboriosius est: facile enim quisque poterit carmina pro libito depingere, omnem rerum congeriem percurrens, aut materiæ argumenta, & disputationes diffusa explicare oratione: hoc verò in opere non licet tantis perdiuagari per amænos poesis campos, nec tāta vti fabularum, fictionumque varietate: quin imò succinctè progredi, & ad certum, determinatumque veritatis scopum carmen cogi necessum est: longas præterea philosophiæ ambages, difficilesque explicatus paruulis versibus colligere (quasi angusta totum orbem mappula) nimis ardua res est: quodque mihi maius inter omnia facessit negotium est apta similium distinctio: rarò etenim importuna ipsorum repetitio effugi potest, híc pręsertim vbi frequētissima est, & eò magis, quia nobis propositum est pati potius rudioris musæ discrimen; quam vel rerum veritatem pereclitari, vel immutata sententia rerum seriem interumpi. Fateor equidem per multos olim in philosophia medicos floruisse quorum sapientia, doctrinęque vbertate maxima fuit in literarum vniuersitate sequuta vtilitas: nō paucos item poetarum, oratorumque principes qui varijs suorum versuum flosculis, orationisque harmonia non parum oblectamenti, iucunditatisque attulerunt: qui tamen vtrūque simul aggredi tentasset, mistumque scribend modum persequeretur, nullus vnquam extitit. Noui Vrsinum in re medica alimētorum vires leuiter explicantem, & Fracastorij elegantem breuissimam tamen compositionem, noui ri-

dicula

dicula Salerni carmina, vrinaſque, & pulſus ab Ægidio non ab ſimili ordine in muſam conuerſos: item ſupremos muſarum cultores, Naſonem, atque Virgilium; hunc in Georgicis, decantandi ruris, Sphęrarumque dulcedine tantis per detineri, illum in elemẽtorum claſſes audacter immerſum, verſiculorum videlicet imaginibus: adde, & Titum Lucretium ex antiquiſsimo poetarũ grege in diſtincto, ne dicam furioſo carmine rerum naturas perſcrutantem, & alios nullum tamen qui ex profeſſo exacteque talia pertractaret, aut quoniam rei difficultatibus exanimes confugerent, vel quia talem dicẽdi rationem prorſus ignorarent. Hiſce ergo adductus rationibus poſt tot, tantoſque viros de philoſophia ſcribendum cenſui, idque placido quodam dicendi ordine, vt huic noſtrę ætati magis complacerem prolixis rerũ quęſtionibus faſtiditæ: quod quamuis difficillimum ſtatuo, iudiciorum tamen ſeueritate minime perterritus generoſſum eſſe duxi hoc, quidquid eſt, periculi ſubire, ingenijque vires experiri. Verùm ni tam longam, operoſamque ſuſcepturus prouinciam tantis obrutus difficultatibus ſuccumberẽ, vel ſaltim claudicarẽ, te patronũ elegi vir illuſtriſſime, qui me labentem ſuſtinere, prolapſumque poſſes erigere: nec defici in imaginatione, cũ etenim inter omnes tàm præclaris animi, & corporis dotibus eluceas, nullus ſanè te aptior potuit inueniri, cui hoc opus magis conſonum; conuenienſque cenſeatur: patet ſiquidem omnibus quæ ſit animi tui fortitudo, quæ virtus, quæ generis claritas, & ſplẽdor: quanta in futuris prudentia, in rebus gerendis integritas, in Deum religio,

& pie-

& pietas, quantus amor in ſtudia litterarum, qanta in viros doctos beneuolentia; vt rhetorica, linguarumque, diuerſitate inſignis, vt dialecticis quæſtionibus ſubtilis, poëſi clarus, aſtrologia ſublimis, omni demùm, tàm ſcientię, quàm eruditionis genere eximius, & quod maius eſt in rebus medicis ſatis verſatus, quare digniſſimus, vt hoc opus, quod multis videlicet eſt inſignitum, multifaria illuſtres doctrina, virtutibus exornes, fortitudineque à maleuolorum dentibus liberes, atque defendas; tanta nanque eſt principũ, illuſtriumq; virorum autoritas, vt omni in re, quæ ipſi probant, vulgus laudet, & tueatur: quæ verò condemnant, cæteri vituperet, & ſpernant: qua de cauſa dixit Poeta.

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Scio nanque futuros eſſe aliquos qui labori noſtro aliquid detrahant, vel inuidiæ ſtimulis concitati, vel arrogantię flatibus tumeſcentes: alij tamen non deficient, qui beneuolc hæc animo cõtuentes in debitas erumpant laudes. Hoc autem non mihi ſolum, ſed multis, ijſque doctiſſimis viri vſu eueniſſe certum eſt, vt alius cecinit.

Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.

Vtque omnibus placere laborioſum eſt, ſic omnes in eandẽ ire ſententiam difficillimum: cum tot aliquando ſint opi-

niones

ıiones,quot in ſubiecta re capita. Quamobrem ſi à te hoc ›puſculum acceptum, probatumque fuerit, fieri non pote-ˈit quin reliqui id laudent, & amplectantur: quod ſi ita (vt ˈpero) feceris, & litterarum cultores, vt ſoles, adamaueris; ic poterunt humanis commodis, reipublicæque vtilitatibus ˈeruire, & tui nominis amplitudinem immortalitati conſe-:rare. Vale Inclytum Luſitaniæ decus.

PRÆFA

PRAEFATIO TOTIVSQVE OPERIS ARGVMENTVM AD LECTOrem beneuolum.

QVÆcunq; per vniuersum mundi spatium diffusa patent (Lector beneuole) summisq; oriunda principijs in lucem prodierunt, in certum finem, determinatamq; existendi rationẽ cõspirare necessum est: quam ob causam omnia aliquid boni, vtilitatisq; redolere par est: nihil enim in tãta rerum mole reperitur, quantumuis turpe indecorumque quod aliquam bonitatis speciem non referat, vt etiam sacrarum litterarum autoritate confirmatur, hisce verbis vidit Deus cũcta quæ fecerat, & erant valde bona: iam verò si hæc non auara suæ perfectionis, eam in commune bonũ, vtilitatemque transferant, nobiliorem naturam, altioresq; laudis cumulos sortiuntur: pulchrum est certè aurum terræ visceribus insertum, pulchræ suis locis gemmæ, & smaragdus; in regio tamen diademate omnia pulchriora, vel in alios communes vsus transeuntia: formosum astris cælum enitescit, formosius redunt duo lumina, Phæbus, Lunaque: at quatenus eadem viuentium generationem, vitamque tuentur: quatenus alunt, & fouent radiorum influxu, atque exhilarant splendore; sublimioris naturæ, & dignioris gloriæ euadunt: ita vt ab antiquis non iam creaturæ, deorumq; ministri haberentur, sed æternæ veluti animæ, dijque im-

mortales colerentur: sic se habent scientiæ, artesque, & inter omnes præcipua philosophia quæ licet in se perfectissima, propeque diuina sit iudicanda: dum tamen altera sui parte (quæ theologia est) diuini luminis præbet notitiam, & rationales animas æquis instruit moribus: altera verò (quæ medicina est) humanis commoditatibus prævidens, eorum salutem vitamque moderatur, maior multó est, dignaque vt pluribus laudum flosculis exornetur: In hanc igitur messem falces nostræ irrupere, in vtilibus medicinæ muneribus tota nostra fatigatur oratio: quod opus quãtum emolumenti, & iucunditatis afferat, quantumque rebus humanis, publicæque inseruiant vtilitati facile dignosces ex ipsius discursu: hic etenim videbis aures mulceri carminum efflatu: illic salubria tuendæ sanitatis consilia: hinc longam præceptorum congeriem ad prorogandum vitæ spatium: illinc fugiundæ mortis (euadere enim datum non est) multiplex remedium, & tãdem in rebus omnibus mediocritatem vnam, legemq; sancitam. Ne tamen indistinctum hoc opus, inordinataque dicendi ratio, & librorum series tibi videatur sciendum est medicinam, & quæ medicæ tractationi subijciuntur triplici rerum genere cõtineri, naturalium videlicet, contra naturam, & non naturalium: prioris sunt ordinis, elementa, humores, temperaturæ, mẽbra, spiritus, facultates, & operationes: in secundo genere sunt morbi, ipsorum causæ, & simptomata: denium non naturalia sex consequuntur, aer: motus, & quies: somnus, & vigilia: inanitio, & repletio: animi effectus: cibus, & potus: inter quæ tria rerum genera postremum agitandum censui, sex libris totidem ipsius numeros complectens: in his tota consistit hominum salus, totus medicinæ, & philoso-

phiæ

phiæ voluitur axis: ab his morborum profligatio pendet: in his ponitur totius sanitatis præsidium: reliqua duo non ex pro fesso libri seriem introibunt: non primam quia in immenso philosophiæ pelago nullo limite coercetur: non secundum, quoniã omnino medicum cum sit, curantemq; tantumodo artem contempletur, ab hoc opere alienum optima ratione iudicatur: cum longo praxis vbique in numeris constet voluminibus, & quibusque satis patens indubitabilisque habeatur: per interualla tamen nõ desinam aliquod duorum inserere præsertim primi quod & nobilius & affinius huic est, vna etenim medicina cum sit, & in se tota, non sine pulchritudine partes cohærent inuicem, nec facilé est sinceram vnius tractationem persequi nulla facta cæterarum mentione: quare illi tantúm, vt diximus parti adhærentes, spatiosas totius medicinæ, & philosophiæ valles percurremus: & licét nihil nouum sub sole: idem tamẽ nouis inuentum *modis, aliaque, atque alia explicatum* ratione nouitatis præbet speciem: verúm equidem est, ab Aristotele, atque Platone tradita esse ea quæ ad philosophiam facere potuerunt: manifestum etiam est, Galenum (qui inchoatam inuenit Hippocratis doctrinam) cunctam medicinæ scientiam ad suam perfectionem, complementumque reduxisse: hæc autem lapsu temporis, Auiscenæ, aliorumque clarissimorum virorum disciplina, ita ampla, & quasi nitore quodam collucens reddita est, vt nihil amplius desiderari posse videatur: qua de causa nunc scribentes nil aliud (vt existimo) laborant, nil, vltra, contendunt, quám dicta nouis implicare quæstionibus, quám multiplici rerum varietate animos distrahere, & bibliothecas nobilium librorum congerie exornare: quapropter parum

 culpæ

culpæ est, si ego eadem repetam (pauca fateor addidisse) in tam diuersos præsertim modos, normasque confugient. Quantùm verò maioris nobilitatis,& pulchritudinis operi additum sit ex eo quod carminibus insignitum, digestumque sit, multis patet. Primò quia prosa oratio quædam humilis est,& abiecta: at versus maiestatem quandam, elatamque naturam præ se ferunt, quibus solutam orationem longe superant. Secundo, quoniam in rebus poeticis spiritus quidam viget; in verbis, sublimitas: in affectibus, motio: omnis denique augetur loquendi elegantia, sermoque expolitur. Tertio Poetæ linguam exornant, facundiam augent, & copiosam verborum supellectilem legentibus tribuunt. Quarto ob delectabilem cantus suauitatem, qua nō solum animos od lectionem polliciunt,sed faciles reddunt & memores. Quinto propter poetarum raritatem: cum etenim eorum ars, non tantùm præceptis constet, quantùm natura qua ipsi pollent(mentis nanque viribus nituntur,& diuino quasi spiritu afflati ad dicendum inflamantur, excitanturque) fit inde vt paucis accidat tale naturæ donum,paucis rarum lumē,& ingenij ritus. Omitto summam poetarum libertatem,qua ipsi fulti,pingentis in morem quòcunque oberrant, verbis abutuntur, alia fingunt, &, vt vno verbo dicam, linguæ latinæ vigorem possunt peruertere. Hæc vltra talem eligere dicendi modum nos coegerunt summæ poetarum laudes, supræma nobilitas, & egregium decus: inter quæ illud græcorum est, qui solū poetam sapientem iudicantes primò filiorum mentes gratis imbuebant carminibus, mulcebantque suauitate, quibus instructi,& leniores quodammodo redditi scientiarum imagines facile susciperent. Diuus verò Augustinus Theologos

logos poetas vocat, ex eo videlicet quod de dijs immortalibus ſuprema veluti aura compulſi loquerentur. Origines virtutem quandam ſpiritualem eſſe docet, quæ poetas ad loquendum excitat eorum auribus perpetuó ob murmurans. Vnde Ouidius.

Eſt deus in nobis, agitante caleſcimus illo.

Et alibi.

Et ſacri vates, & diuum cura vocamur.

Et Lucanus.

O ſacer o magnus, vatum labor.

Ænius quoque ſanctos poetas appellat, ex eo quòd donō aliquo deorum præditi vídiantur. Tantæ laudes fuerunt antiquitús, tanto temporibus illis honore poeſis celebrabatur, tanta vates conſpecti veneratione, tanto pretio habiti, á regibus ditabantur, omnibus diliciæ, ſuauis omnibus poetarum amicitia, ita vt á quocunque certatim amarentur. Vnde iterum Ouidius.

Cura ducum fuerant olim, regumque poetæ,
Præmiaque antiqui magna fuere chori:
Sanctaque maieſtas, & erat venerabile nomen
Vatibus, & larga ſæpe dabantur opes.

Quamobrem cum poetarum nomem venerabile, sanctumq; haberetur, nil mirum si Dauid Rex psalterium poeticis numeris decātauerit, quod ad modum Pindari, & Horatij, nunc iambo currit, nunc alchaico profusum resonat: iam sapphico quodamodò intumescit, iam semipede ingreditur. Esaiæ quoque, & Iob. volumina exametri & pentametri versus procurrūt more. Hæc igitur (vt dixi) antiqua fuit poetarum æstimatio, ille laudum, & gloriæ cumulus: nunc tamen ad tantam famæ, & nominis paupertatem deuenerunt: tantum illa decreuit nobilitas, sic admirabile decus exaruit, vt quod olim in ipsis diuinum, celebreque habitum fuit, nunc turpe, detestandumque habeatur, quod laudabile, & portentosum naturæ donum; nunc maniæ, atque insaniæ proximum vitium iudicetur: duas tam rari euentus causas inuenio, prima est, rudioris consilij, & praua intellectus conditio, quæ in aliquibus reperitur (multis nobilem animum, sanamque mentem inesse par est) eosdem ad improbum inimicitiæ genus excitans: secunda ratio quæ apud me primaria est, Mæcenatem vnum defectum indicat qui alterum erigat, & fingat Horatium; Augustum aliū cuius patrocinio, & fauoris aura nouus exurgat Maro; nullum tandem super esse Alexandrum qui secundum Homerum in delicijs habeat, primatemque constituat: quò fit, vt quamuis hoc nastrum æuum non pauciores, nec minoris ingenij poetas tibi pariat, minori tamen pretio æstimentur, ipsique leuibus contenti versiculis, & paruis tantumodò in rebus versati ad maiora nunquam possint aspirare: nec ipse nisi sub magno philosophiæ Clypeo talem aggredi prouinciam ausus essem. Illud autem in hoc opere te admonitum velim, vt cum tam lāta sit, vt diximus

mus poetarum libertas (hoc ipsis temporis longinquitas denegare non potuit) quamuis rei alicuius non tam apta reddatur ratio, vel commoda vocabuli distinctio, id vitio non vertas, aliquando nanque poetica permittit licentia, nonnunquam fugiendæ repetitionis causa fieri existimandum: sæpe ignem pro calore sumptum inuenies, aquas pro humoribus, ventum pro spiritu, & alia huiusce generis: in omnibus tamen vna perspicuitatis ratio mihi habita est, & securitatis in propositionibus, qualem opus tam necessarium saluti publicæque vtilitati postulabat, repugnantibus licet obscuris philosophiæ nodis, materiæque in extricabili ratione: multoties enim mihi contingit post habita elegantioris versus suauitate sequi normam legitimi, & clarioris vocabuli: sæpe multa intacta relinquere (& sublimioris forte sensus) ne confusionem legentium animis afferre possem. Est aliud in hoc opere, idque periculosius, licentiarum videlicet *multitudo, quæ forsan videbitur* antiquioris musæ consuetudinem transgredi, & multo magis modernorum vsum quibus tam libera facultas non conceditur. Hoc autem si accuses, summa cum ratione factū esse existima: nā si antiqui nulla coacti necessitate sed sola potestatis amplitudine syllabis breuibus, longisque abutuntur, & linguæ naturam peruertunt, meliori iure hic dabitur oberrandi locus, vbi frequens compellit necessitas, multiplex ruinæ occasio: cogit primùm eiusdem termini, & orationis prolixa repetitio, quæ varietatem desiderat: cogit philosophisici sensus, & medicinæ præseruatio, quæ sine metri defectu quandoque periclitari necessum est: adde multa uocabula quæ nullatenus heroicum ingredi possunt, eorū tamen vsus maxime est necessarius: accedit & ingens

inauditi

inauditi operis difficultas, arduum iter, tortuosæ ambages; deserta loca, rupesque inaccessæ á quibus hominē aliquando præcipitari fas est ad vlteriorem incessum, quare modò videbis post habitum græcitatis originem, nunc plectrum recedens á priscorum placito: sæpe vsum figurarum quæ moderniori stillo concedit non possunt; sæpe crebram vocabulorum mutationem liberiori animo permittendam, & similia, in omnibus tamen prædictæ necessitatis quandam speciem: horum veró priuatam mentionem non facio ne prolixiori oratione legentes torqueam, præterquam quod necessaria non est in benigno hominis ritu, & prudenti consilio. Hoc igitur clementissime lector qualecunq; sit opus suscipe, &, quasi tuum, foue, dilige, atque defede ab incursantibus iniurijs: sic te ad fruendum præstabis aptiorem sic sapientiæ cultorem eximium: sic te musarum amātem iucundissimum inuenies, & tandem inter beneuolorum numeros collocatus placido animo, nullisque agitatus stimulis conquiesces.

Ignoti Autoris medenti musæ.

Qualis in aurato splendet lapis additus orbe,
Talis iuncta suæ stat medicina lyræ.
Sic placet in viridi florescens herbula campo,
Atque placent rubris lilia mista rosis.
Sic folia arboribus, sic claro sidera cælo,
Sic prata insertis floribus apta manent:
Sic vir eques stat pulcher equo, sic milite ferrum
Pulchrius, & positis fæmina pulchra genis:

Sic

Sic in cæruleo ridet color, aureus antro,
Et quæ nigra, albis est decus vmbra locis.
Omnis amicitias amat orbis, & omnibus vnus
Est amor, vt cunctis vnicus hostis obest:
Ast amor hic maior, nec mirum est, nam Deus *idem*
Et Medicam, & gratos præbet Apollo Sonos.

Eduardus Loppesius Auissensis, iurisconsultus fratri suo.

Te peperere prius Tubucci flumina campi:
Tunc Auis infantem nutrijt vna suum.
Insignem Latio, & clarum dedit Ebora vatem,
Et docuit Logices, & Sophiæ ipsa vias.
Mantica iucundam concessit Apollinis artem,
Atque opus ille hilaris qui modó Portus habet.
Prima virum cupiens Auis vnica poscit alumnum:
At natum quærunt flumina gruta suum.
Conqueritur, viridesque sibi petit Ebora lauros,
Et reuocat medicum Mantica terra suum.
Te (licet ipsa virum teneant) læta arua reposcunt,
Atque premunt fortes (si fuga facta) manus
Vnanimes resonant populi, sibi quisque vicissim
Palam habet, & proprium iactat, atque suum.

Petrus Franciscus iurisconsultus Ameensis affini, operique commendando.

Quidquid Apollineis extat laudabile rebus
Hic latet, hic omnis, si placet, artis honos.

Est magnum primæ artis opus, sunt grata salutis
Munera, non morbus, non febris vlla nocet.
Pulchrius est causam venturi excindere morbi
Quam facta dirum vincere mortis vnus.
Nil minus in tardis fabius stetit inclytus armis,
Quam fuit in celeri Scipio Marte potens.

Franciscus Dias Vlyssipponensis.
Affinem laudat medicum, musamq; medentem.

Vnus Apollo fuit medicinæ, & carminis autor,
Lucebant vno numera bina deo.
Diuisum imperium est: medicam sibi filius hæres
Accipit, & Musæ suauia plectra nouem.
Postea cum medico celebrant connubia diuæ,
Et pariunt: Petrus nascitur inde nepos:
Hic sumpsit matrumque Lyras, patrisque medellam:
Ergo qui Petrus nomine, Phæbus erit.

Franciscus Vaseus Religiosus in laudem operis, & autoris.

Dum canit Amaum Petrus sublimis ad antrum
Arrecta mundus combibit aure melos:
Mantua, Virgilio timet, & tibi Thebai, dulcis
Partenope; Æmathio, Corduba magna, suo.
Cedit Achileum decus, & Pani arma superbi:
Nec Lyricus dulcis, nec sonat Ouidius.
Hinc quoque discendunt omnis sapientia, & artes,
Disceditque Plato: cedit Aristoteles,

Hippo-

Hippocrateſque parens, inſigniſque arte Galenus,
Magnus Alexander, Auſoniuſque pater.
Phyllirides cedit Chiron, Clotuſque Sorores,
Nec Libitina ferox, nec ferus anguis obeſt:
Atra iura necis pereunt. His addite linguas,
Atque polum: cedunt Tullius, & Liuius:
Abſunt Euclides ingens, & maximus Hermes:
Cedunt aura, ignis, ſidera, Lympha, ſolum.
Hic omnis muſa eſt, omnis lyra, diſtichus, heros,
Omnis lingua, ſophos, ars, medicina, Polus.

Sebaſtianus Dias Amaenſis Amico ſuo.

Acceſſit, ver, prata virent, nemora omnia vernant,
Et rident ſegetes, ridet & omnis ager:
At Philomela tacet mærens, ſilet alta coturnix
Nec ſturnus ſuauis, nec reſonat merulus.
Non cantu ſonat Euturpen, non Hymnia pleƈtro,
Non lyran habet Clio, non Erato Cytharam.
Omne ſilet (mirum eſt) ſurgit muſa altera maior:
Surgit Auiſſenſi ſuauior aura ſolo.
Sic ab Alexandro fugiunt arma omnia rege,
Et ſic á quarto ſidera cunƈta deo.

Reuerendus Gondiſsalus Ferdinandus Alpallenſis Vicarius Lauream fabricat.

Hinc fabuloſis lauribus inclytus
Abſit profani lucus Apollinis:
Reſponſa lucus flagitanti
Hic melior meliora reddet.

LIBER PRIMVS DE AERE

PRIMA RE NONNATVRALI.

ARGVMENTVM.

POsthabitis antiquorum vatum carmiminibus, omniq; cantus varietate hucusq; habita (patrij tamẽ soli prȩualet affectio) suã interponit dicẽdi rationẽ, & speciẽ sequendi ordinis: hinc operis discrimẽ aggressus primũ exponit elementorũ naturam, viresq; inde eorumdẽ actiones ad mixtorũ cõpositionem, & integritatem. Tertio insensilium genere relicto, animantium vitam, conseruationemq; persequitur, quam sex rebus nonnaturalibus cõpositam innuit, & illico primam earum (scilicet aera) pertractandam suscipit: huius verò prius essẽtiã, qualitates, & variã in corpus actionẽ explicat: postea ipsũ à diuersis causis immutatũ, cæliq; & terrȩ incursibus expositũ proponit.

Idem.

Sunt prius antiqui diuerso in carmine vates,
Diuersumque lyræ genus (at fortissimus altæ
Vincit amor patriæ) tunc æquos fusa per axes
Prima iacent elementa: hilares ad prælia succi
Et post bella quies remanet: mox fingere mixtum
Incipiunt, membrisque suas imponere formas.
Hinc varij motusque animi, partisque vigores
Se tollunt: inde effectus, inde actio multos
Incipiens mutare locos: hinc aurea dona
Consurgunt: hinc æqua salus, mensuraque certis
Nota modis, & clara suo moderamine virtus.
Postea de senis ponit primum æthera rebus,
Et vires, monstratq́; vias, iustumque tenorem,
Et totum causis replet mutantibus orbem.

Idem.

Sunt primo occidui, veteresque in limine cantus:
Tunc aer terras, æthra, polosque, ferens.

Arma, virosque canunt alij, quibus inclyta regum
Progenies, queis fama ingens, & gloria summo
Se tollit cælo: dicunt terrão, & maris oram
Velinoli: diras referunt quas aspera cædes
Regna mouent, quas Troia acies, quos Roma triumphos
Post tantos dederint casus: quæ pectora fortes
Lysiadæ, quem marte animum, quem pace vigorem
Sustineant: vt ferro agiles, vt læta feroces
Hispani per bella ruant: vt secula florent
Itala: quas Asia generant, quas Africa gentes

Procreat

Procreat innumeras, campoque exponit aperto:
Nec non mirandum Isacidæ genus, & genus altum,
Et varios memorant populos, gentesque, situsque
Infandi generis: dicunt valida arma rubentis
Germani, Persæ vestes, Arabumque fluentes
Diuitias, truculenta Scythæ, metuenda Gygantum
Corpora, terribiles arcu, toruaque superbos
Fronte Getas, Græcisque dolos, profugumque timorem
Indorum, & belli audaces primo agmine Gallos:
Aut siquem decus egregium, & fama alta per orbem
Extulit, & cœli placidum super astra locauit,
Laudibus extollunt varijs, decorantque sepulchrum
Carminibus: seu primus equo spectandus, & hasta
Hector Vlysseos fugat, aut fortissimus instat
Deiphobus, vel nullo vnquam vincendus Achiles
Exultat victor, parque Aiax robore Teucros
Cædit, & ancipiti pendet victoria bello.
Iam pius Æneas per tela, ignesque coruscos
Erumpit felix, atque haustis fluctibus æquor
Permeat Ausonijs assurgens gratior oris.
Iam quæ turrigero prorumpunt Hercule vires
Monstra domant, terrentque viros, & filius ingens
Par sequitur, ponitque inter vaga sidera nomen.
Iam Macedo triplicem ferro sibi suggerit austrum:
Iam duo terrarum proceres discordibus vnum
Sceptrum armis, vrbemque petunt: vis vno duorum
Surgit, & Æmathios mundi implet machina campos.
Nunc duo per lybycas scintillant fulmina terras
Scipiades, nunc aduersis ferus Annibal armis
Romanum premit imperium, nunc Lysia tellus

Florescit, mundique duces, atque agmina bello
Conterit, & totum incedit regina per orbem.
Siue per aduersum Siluestri marte Senatum
Irruat in morem Tygridis Viriatus, & ipsum
Prosterna Lusis fulgens Sertorius armis.
Vel quae ea fert aetas, quodq; ingens Bracchara vulnus,
Quas dederit clades populis, quo sanguine Romam
Tinxerit: vt sequitur longum deducta per aeuum
Lex noua, & in Lusas se transfert Gallia terras.
Quando per Orichios numerosa effunditur agros
Barbaries, cùm quinque micant insignia Christi,
Et totidem victis surgunt pro regibus arma.
Híc Alphonsiadum virtus, generosaq; bello.
Progenies pater, atque nepos duo maxima regum
Principia: híc ingentis quae fera praelia terni
Maurysas torquent gentes: hic horridus ense
Quartus adest: híc inualidas stat Sanchius hostes
Bellipotens: hic arte potens Dionisus & armis:
Nec non Augusti ritus, iustumq; Seueri
Supplicium; lapsumq; decus, speciesque serena
Fernandi: quos dat flores Eduardus honores,
Quod magnum Alphonsus nomen (dedit Africa) quamq;
Fortunam prior, atq; animos, martemq; Ioannes.
Cùm mea floret Auis, clarisq; ad sidera pennis
Euolat: Hesperiae cùm totus cogitur orbis
In Lusi regni exitium: se Gallia fortis
Arma in aduentum regis: venit asper in armis
Vandalus, & Celta antiquo permixtus Ibero.
Huc quoq; belligeram mittit Numantia gentem,
Lucentumq; ingens: decurrunt Vasconis vrbes,

Atq;

Atq; Pyrenæi durissimus accola montis.
Illic infrenes Vacæi, & marte superbi
Vectones, & fidus equis pernicibus Astur,
Cantabrusq; potens atauis: hic Bætis, & Anna
Iunguntur populi: hic durum Galleccia vulgus
Armat, & in proprium sæuit pars Lysia regem.
Hic subitò varians animos sententia Lusos
Distrahit, & totus belli perpenditur ordo.
Accusant pugnas alij, stultumq; fatentur
Esse iter, & contra tantas dare prælia gentes
Tam paruum regnum, paucas viresque, virosque.
Sed Pereira instat, tremebundumq; arripit ensem
Antiquos memorans animos, atq; ardua bello
Pectora Lysiadum, magnique encomia regis.
Mitescit dictis populus, multiq; sequuntur
Dicta patris patriæ, & breuibus timor aufugit alis.
Quandò Tubureis discedunt agmina campis,
Exclamantq; pij patres, atque omnis ab alto
Turba vagum tollit gemitum, & prospectat euntes.
Ipsi autem properant alacres, præsentiaq; optant
Prælia, & horrentem quisquis se se armat in hostem.
Nec dubios aduersa animos fortuna fefellit.
Nam melior pugna in Lusis: rumpuntur Iberi
Vulneribus: fugiunt aquilæ, fugiuntq; leones:
Infidi pereunt fratres, atque impia regi
Lusa cohors: alter rapido sub marte Ioannes
Aufugit, & tutam quærit per vulnera sortem.
Cùm cessant belli furiæ, victusque superbi
Arma timet, cupidosque animos, dominumque regentem
Incusat mærens: at florens Lysia tollit

 Victricem

Victricem palmam cælo, exultatque triumphans.
Hos sonitus dat musa Tagi, nec dicere plura,
Nec plures decorare viros piget, aurea quales
Secula concedant pugnas: qua ætate secundus
Vicinam premat Hesperiam: quo robore partem
Sustineat: quo marte horrens, cunctisque tremendus.
Agminibus stetit in campis, atque omnia terret
Quam maiestatem ternus: quo regna tenore
Temperet, & foueat læta sub pace Ioannes
Vt mentem elatam cælo, euentusque secundos:
Vt læta insignis prole, & magnatibus ingens
Ambages mundi repleat, regumque senatus
Emanuel: sublime nepos vt pectus & iram
Terribilem gerat exultans: cùm infrana iuuentus
Bellonam fremit, atque animus super arma feroci
Turbine præcipitans rapitur, mundumque superbus
Ire parat contra. cùm tandem hæc gloria regni
Cessat, & Henricus, veluti prior, vltimus alter
Religione grauis, sacroque accensus amore
Postremum Lusis imponit regibus ortum,
Et docta Eboreos exornat Pallade muros.
Quandò antiqua iterum redit ad primordia regnum,
Atque petit primos vbi quondam cæperat ortus,
Quandò post regni lites, gentisque tumultus
Belligera, cedunt Lusi, & concordibus armis
Fatale accepiat sceptrum, regemque Phylippum.
Quale ingens mare cum pelago se vertit ab imo
Per rimas, terræque poros, mox rumpit in altum
Parturiens, miraque vnum fontem efficit arte:
Hic salit vndas leuis, leuibusque adiungitur v-

Riuulus, ex alijs riuus componitur, istis
Fit magnum flumen, fit multis maximus amnis
Fluminibus, rapidoque intrat lata aequora cursu.
Oceani maris in morem, pelagique profundi
Flumineos recipit cursus, longique coronas
Imperij, & totum mundi circunfluit orbem.
Iste nepos, primus cunctis, alioque secundus
Nomine (concessit pietas aeterna) Phylippus,
Hoc omnis prisca est virtus, hoc iungitur omnis
Antiqua pietatis honos, moresque salubres:
Nunc insigne decus, nunc admirabile rebus
Consilium, & longos cernens prudentia casus:
Quae fuerant olim vires, quae gloria, & aurum
Hic adsunt: quae nobilitas, quae summa potestas,
Hîc sunt: magnanimo splendescunt cuncta nepote
Quae pariter summam in prolem, ternumque Phylippum
Cuncta volant omnes illo cum nomine laudes.
Omnes hoc lucent animi, quos aura benigni
Pectoris, & lenes decorant uirtutis honores.
His addunt alij famam, qua Lysia quondam
Floruerit, quos illa duces: quo maximus instet
Marte Fuas: quo magnus Egas fera temperet arma
Consilio: quo LoppeZius se robore contra
Opponat fortem in Paenum, & virtute Gyraldus.
Insigni terat Eboreos paruo agmine muros.
Qualis Mascharidae splendescat gloria gentis:
Quanta fides, quales animi, propensaque marti
Pectora, & egregijs decus admirabile factis.
Quas peperit strages pontus quas India vires.
Vt fluctus Gammae superant, atq; alter Achilles

Pachequus

Pachequus latas implet formidine terras.
Hic duo bellorum tonitrus, Martisque superbi
Effigies Alphonsus adest: hic acer in armis
Martinus, Sequeira horrens, clarusq́; Soares,
Et Castri veneranda cohors: hic altera proles
Mascharidum pulchra insignis virtute Ioannes
Turcarum frangit vires, atque incliticus arcem
Sustentat: quamuis contra Mammudius instet,
Et ferus horribili crudescat Zopharus ira:
Semper clara Dio, semper fuso agmine victrix.
Hic & iam soboles alti pulcherrima Gammæ,
Henricusq́; ingens, similisq́; Menesius ingens,
Et magnus Cunha in bellis, quem maximus ensem
Rex Asiæ, Babilonq́; ornant: cui fortia cedunt
Mundi arma, & celebres claro cum sanguine ritus.
Hic Noronha ferox, hic proles tertia gentis
Mascharidæ, primus Tacolas qui sustinet arces,
Et tingit fuso Bintanos sanguine campos.
Hos inter qui Lima furens, qui pulcher in armis
Pereira, & toto notus Laurentius orbe
Excedunt homines animis, & robore Martem:
Hēriquusq́; alter, simulacrumque Hectoris Hector,
Et bello insignis frater, multique priorum,
Queis alias Nympha adiūngit viresque, virosque,
Nec minus alto marte decus. quo Tingis honore
Floruerit, quo clara Silis, quo Zellia fortis
Victricem tollat suprema ad sidera palmam.
Vt bini pugnent comites: ut se armet in hostem
Iam geminum nullas metuens Mendezius iras.
Hic Vascus pater, & natus, similesq́; Ioannes.

Alterutra de gente astant; aliiq; Meneses.
Hic quoq; Mascharidum virtus, partumq; triumphat
Sæuo in marte decus: claris micat horridus armis
Emanuel, Nunusq; ingens, magnusq; Ioannes.
Hic Noronha ardens; hic audax mente Iacobus
Cæsareas dura qui fœdat cuspide portas.
Hic Barriga ferox, rapidoq; Taydius ense,
Et miles Martinus adest, milesque Viegas.
Nec non antiquo certans cum Cæsare, Cæsar,
Et gemini Syluæ, & celebrando nomine Maurus
Qui patriam aduersus cōmisit prælia gentem.
Hic ferus ardenti floret certamine Laurus,
Laurus, & a forti sumit qui robore nomen
Robur habens nunquam aduersis defessus ab armis
Dum Màgasao surgunt bella ardua campo.
Siue per Æthyopum tractus, Garamantas, & Indos
Sint pugnæ: quandò Henriquo sub principe Lusi
Regna ignota implent generosò milite; quandò
Insignes etiam florent animique, ducesque
Qui fessi, qui mersi vndis, qui vulnere læsi
His tribuere decus terris, legemq; dederunt:
Queis cæcæ mundi partes, quibus Insula toto
Paret in Oceano, & Libyæ deserta profundæ.
Hæc fuerat Lusis virtus, ea gloria, tantum
Nomen erat, tantisq; ingens cum viribus horror
Æquoreos portus, & terra presserat orbem:
Sed Latiæ tacuere lyræ: sonus omnis, & omnis
Musa tacet, sistuntq; chori: non altus Homeri
Stilus Achilleos ornat: non illa Maronis
Æneades grauitas decorat, carmenue superbum

Tollit Romuleos ſuprema ad ſidera reges.
Exiguum reſonat plectrum, verum attamen altos
Nympha Tagi memorat caſus, canit horrida belli
Arma, canit reges, fortemq́; in prælia gentem.

Vlterius tendunt alij: reſponſa deorum
Secretaſq́; canunt leges: vt magnus Olympo
Iupiter infernum miro regit ordine mundum,
Vt faciles Neptunus aquas, camposq́; gubernat
Vna Ceres, ventoſque ſua premit Æolus arce:
Nunc rutila horrẽdum terris ferrugine Martem
Depingunt: nunc Saturni ſenis aurea pandunt
Secula, & in duplici labentia tempora Iano.
Hic varias docti mirantur Appollinis artes:
Illic Mercurij eloquium, pennaſq́; volantes
Crinibus, & plantis aptant: hinc dulcia Baccho
Munera concedunt Thetidique, ſub æquore fluctus.
Stat pater Oceanus, ſtat vates filius, & qui
Arboribus, Siluiſq́; praeſt Neptunia proles.
Hic ſenior Nereus adeſt: dat maxima leges
Veſta ſuas: ſæua ſerpentis imagine Fanus
Voluitur in caudam, multique ab origine diui
Circunſtant, cælo ſummus quos Iupiter alto
Temperat, & iungit varias ad ſceptra coronas.

Tartareas ſedes alios, lethique per oras
Ire iuuat, regnumq́; ingens Plutonis, & arma
Vulcani truculenta, hauſtaſque ex corpore formas
Ponere, & horrentes furiarum pingere vultus.
Quis Rhadamantus habet leges, quas Æacus ater,

Quas

Quas sæuus Minos: quam toruum filia noctis
Conspectum gerat Alecto, infensæque sorores.
Quæ causa varijs, quæ sors miserabilis vnum
Contorquet Tytium, quæ sæuos altera reges
Vulnerat, vt nigri visus, quæ murmura toto
Sint pelago, diræque atro sub iudice lites:
Dum longè mæstas ater vapor inficit auras.
Vtque per Elisæos diuerso tramite campos
Regnum ingens celebres animos, sedesq; beatas
Continet, vt claros defendunt aurea calles
Mania: quæ placidas iucunda obliuio mentes
Sopit, & errantes longum deducit in æuum.
Quæ gratum dant arua decus, quæ lilia florens
Planities, vbi multa quies, vbi nulla doloris
Existit ratio, nullos vbi tristitia fletus
Lumina defundunt; non mæstus pectore morbus
Nascitur, aut grauidus fessos labor opprimit artus:
Atq in tranquillo requiescunt omnia catu.

Mollius inspirant alij, quæ carmina dulcis
Musa ferat, quos Nympha choros: vt fixa dearum
Sors constet, nullisque vnquam mutabile fatum.
Vt quondam obscuris nemorosæ in vallibus Idæ
Tres pulchrum nudæ Paridem pro iudice diuæ
Constituunt, factoque Venus certamine pomum
Comparat, & celebri spreta est cum Pallade Iuno.
Iam loca mellifluo resonant Parnasea versu,
Claraque Pieridum sedes: sonat inde Cytharon
Leniter, hinc modulis Helicon, & Pegasus aptis
Intonat, atque hilari grata est Magnesia plectro.

Tollit Romuleos ſuprema ad ſidera reges.
Exiguum reſonat plectrum, verum attamen altos
Nympha Tagi memorat caſus, canit horrida belli
Arma, canit reges, fortemq́; in prælia gentem.

Vlterius tendunt alij: reſponſa deorum
Secretaſq́; canunt leges: vt magnus Olympo
Iupiter infernum miro regit ordine mundum,
Vt faciles Neptunus aquas, camposq́; gubernat
Vna Ceres, ventoſque ſua premit Æolus arce:
Nunc rutila horrēdum terris ferrugine Martem
Depingunt: nunc Saturni ſenis aurea pandunt
Secula, & in duplici labentia tempora Iano.
Hic varias docti mirantur Appollinis artes:
Illic Mercurij eloquium, pennaſq́; volantes
Crinibus, & plantis aptant: hinc dulcia Baccho
Munera concedunt Thetidique, ſub æquore fluctus.
Stat pater Oceanus, ſtat vates filius, & qui
Arboribus, Siluiſq́; præeſt Neptunia proles.
Hic ſenior Nereus adeſt: dat maxima leges
Veſta ſuas: ſaua ſerpentis imagine Fanus
Voluitur in caudam, multique ab origine diui
Circunſtant, cælo ſummus quos Iupiter alto
Temperat, & iungit varias ad ſceptra coronas.

Tartareas ſedes alios, lethique per oras
Ire iuuat, regnumq́; ingens Plutonis, & arma
Vulcani truculenta, hauſtaſque ex corpore formas
Ponere, & horrentes furiarum pingere vultus.
Quas Rhadamantus habet leges, quas Æacus ater,

Quas

Quas sæuus Minos: quam toruum filia noctis
Conspectum gerat Alecto, infensæque sorores.
Quæ causa varijs, quæ sors miserabilis vnum
Contorquet Tytium, quæ sæuos altera reges
Vulnerat, vt nigri visus, quæ murmura toto
Sint pelago, diræque atro sub iudice lites:
Dum longè mæstas ater vapor inficit auras.
Vtque per Elisæos diuerso tramite campos
Regnum ingens celebres animos, sedesq́; beatas
Continet, vt claros defendunt aurea calles
Mænia: quæ placidas iucunda obliuio mentes
Sopit, & errantes longum deducit in æuum.
Quæ gratum dant arua decus, quæ lilia florens
Planities, vbi multa quies, vbi nulla doloris
Existit ratio, nullos vbi tristitia fletus
Lumina defundunt; non mæstus pectore morbus
Nascitur, aut grauidus fessos labor opprimit artus:
Ast in tranquillo requiescunt omnia cætu.

Mollius inspirant alij, quæ carmina dulcis
Musa ferat, quos Nympha choros: vt fixa dearum
Sors constet, nullisque vnquam mutabile fatum.
Vt quondam obscuris nemorosæ in vallibus Idæ
Tres pulchrum nudæ Paridem pro iudice diuæ
Constituunt, factoque Venus certamine pomum
Comparat, & celebri spreta est cum Pallade Iuno.
Iam loca mellifluo resonant Parnasea versu,
Claraque Pieridum sedes: sonat inde Cytharon
Leniter, hinc modulis Helicon, & Pegasus aptis
Intonat, atque hilari grata est Magnesia plectro.

Nunc Erato, nunc Melpemone, pulchroq́; Thalia
Carmine, nunc claras Euterpen pectore voces
Immittens, Clioq́; ingens, atq́; Hymnia dulcis
Diuersos vario formant modulamine cantus.
Iam Nymphæ Hesperidæ terras, iam marmora Doris
Mater habet, multæq́; alto de patre sorores:
Iam Driades, Turniq́; soror Iuturna superbi,
Iam Lara, iam versa in similem nympha altera fontem
Exercent per rura choros, iunctæque Choreas
Mille gerunt, caleque placent, terrisque, marique.

Gratum alij assumunt cantum, camposq́; liquentes,
Siluarumq́; aditus repetunt, & munera terræ,
Pastorumq́; lyras, & flores pasta virentes
Cum diuerso armenta grege: vt maris vnda minacem
Insuperos ceruicem agitet, tranquillaq́; posthac
Iucũdo inplacidas voluatur murmure lymphas.
Vt syrtes, vt Sylla fremũt: vt vasta Charybdis
Absorbet tumidam, & rabidis vomit oribus vndam:
Iam læta rident segetes, iam gramina campis
Erumpunt: hinc prata virent, hàc arbore frondes
Luxuriant: nũc piscis aquas, nunc aera velox
Versat auis, longosq́; implent animantia colles.
Iam syluæ resonant, viridi iam carmina valle
Consurgũt, vocesq́; Polo nemora alta remittunt.
Inde leues Mopsus calamos, hinc inflat auenam
Tytarus ingentis recubans sub tegmine fagi.
Iam Coridon, iam formosus decertat Alexis,
Nunc Hilari postrata antro Milibaia proles
Somniferum intendit sonitũ, nunc ore Menal as

Concinit,

Concinit, & cantus, palmam deposcit Amintas.

Hæc alij: seu Græca sonet, seu Musa Latini
Clara Soli: vel iam binis de fontibus alter
Hispanus, Gallusve canat: seu carmina nugas,
Aut veros referant casus, & nobile donum.

Ast ego non acies dicam, partosvè triumphos,
Non vires, bella, arma, animos, regesque, ducesque,
Nec diuos, manesq; canam: non dulcia Musæ
Carmina, non hilares nymphas, aut æquoris vndas,
Aut pecore arua suo, vel mixtas floribus herbas:
Nec leuibus tandem pastorum carmina fingam
Carminibus maior rerum mihi nascitur ordo,
Maius opus moueo: naturæ ingentia primus
Dona canam, certosq; modos imponere rebus
Incipiam. Lunæ formoso subdita cælo
Quattuor ingentis se tollunt corpora formæ
Principium mundi, & generandis semina rebus:
Hæc omnes fabricant partes, hæc omnia limant
Pectora: nullus adest istis sine viribus humor,
Nullũ est orbe decus: nil splendens igne videri,
Nil solidum tangi sine terra: mollibus vndis
Effluit, atq; leui totũ volat aere corpus.
Hæc igitur diuersa locis elementa sub vna
Mole iacent, nexuq; hærent stipata frequenti:
Non fixis pendent manibus, non clauis ahenæ
Non duræ compagis egent: velocia constant
Ponderibus depressa suis: quæ tarda volantis
Vi suspendũtur: sic nullis ista ruinis

 Labũtur

Labuntur, celeres fugiunt nec longius auræ.
Hîc domus, hîc hominum requies, hîc viuere cunctis
Certa fuit sedes animantibus, his sua tellus
Stat gratis distincta herbis: ibi lilia, flores,
Atque rosa: tot sunt frondes, tot frondibus hærent
Plantarum fructus, & suauis aromata formæ:
Tam pulchro ridens auro, tot clara metallis,
Atque repercusso radiantis lumine gemmæ:
Hîc caua speluncis immanem despicit orcum:
Illic syderibus montes æquantur, & vna
Planities fingit campos: hinc cultus, & omnis
Frumenti apparent segetes: stat rupibus illinc
Torua suis, nemorumque altis circundata ripis:
Deliciæ rerum, atque immensi gloria diui.
Accedunt varijs insertæ partibus vndæ,
Queis sine nullus honos terris, non floribus vlla,
Non herbis virtus: pereunt simul omnia, nostri
Nulla cibi ratio est: vario dedit æquore pisces
Et dedit in longas iter admirabile terras.
Vitales auras aer, gratissima vitæ
Munera concedit, quos pictos cernere vultus,
Splendoremque datum: remanet pars ista volucri:
At nulli fuit ignescens habitabile regnum.
Centro terra iacet, totoque immobilis axe
Stat fundamentum reliquis, vbi fixa, globusq́;
Facta ingens, nigris similes eclypsibus vmbras
Efficit, & nostris abscondit sydera flammis.
Sic leuis vnda manet sphæras imitata rotundas;
Sic aer, sic ignis habet (namque vna locatis,
Atque eadem quæ forma locis) est proxima terris

Vada

Vnda grauis, super hanc æther, super emminet ignis
Omnibus: hic varijs dum se concursibus armant,
Bella mouent, perduntque suas certamine formas:
Nam grauis in liquidas tellus conuertitur vndas;
Subtilis facta vnda leues tenuatur in auras,
Et tandem nitidos aer rarescit in ignes:
Inde retro veniunt, similisque intexitur ordo:
Ignis enim densum spissatur in aera, transit
Hic in aquas: humor concrescit, humusque resultat.
Hæc facilis, primisque frequens mutatio causis:
Altera succedit raro magis ardua casu:
Cum celer humentes ignis conspirat in vndas,
Inque leues abit vnda rogos: quando aera tellus
Sumit, & in terram lucens conuertitur aer.
Vnda, solumque nimis cum sint onerosa, deorsum
Ingenita grauitate ruunt: sursum euolat aer
His leuior, multòque supra volat omnibus ignis:
Quòque magis leuis iste volat, tellusq; deorsum
Dura petit, motus sumptis manet ocior ille
Viribus: ad cētrum validas amor addidit alas.
Ast quæ per vires rumpunt, velocia currunt
Principijs, & tarda suis sub finibus errant:
Nam sensim fugit impulsus, roburque mouentis.

Hæc natura fuit: retinent quoque corpora vires
Ista suas, quibus autor agit, quibus ipsa reluctant
Aduersus: flauo primus calor emicat igni
Respondens: tunc frigus, aqua: leuis aere gaudet
Humiditas: tellus sicca virtute cohæret.
Hinc atrox fit pugna: calor cum frigore, sicco

Humiditas

Humiditas fera bella gerit: sic demicat vndis
Ignis agens, pugnatq; grauis claro aere tellus.
Flamma, aerq; sui media virtute caloris
Concordes in pace manent: hanc humida tollit,
Siccaq; vis pugnans: similes telluris, & vnda,
Frigus amicitias posuit, quas humor, & horrens
Ariditas pariter rumpunt: sic mixta vicissim
Paci bella manent, & pax manet aurea bello.

Ex istis alia (quas sic dixère) secunda
Consurgũt vires, certa qua sede recumbũt
Subiecti, redduntq; suo responsa parenti
Duritiem vis sicca parit: lenta omnia mollit
Humiditas, ginitq; calor rara omnia summus,
Atque astricta gelu: varij sic flatus odoris,
Sic numeros sapor vnus habet, multique colorum
Sunt numeri, formaq; genus, rerumq; figura.
Semper odorato superat calor: excipe flores
Quinq;: rosam; salicem, ripas; ortamq; per vndas
Nimpheam: molles violas, myrtumq; virentem:
Quiq; oppressa leui confortat pectora succo
Sandalus, & multis qua seruit camphora rebus:
Qua quoq; fatentes immittunt corpora fumos,
Frigida natiuo remanent orbata calore,
Dum putridi feruent ignes: at mollis odorem
Dat rosa, cum calidus se se vapor extulit, isq;
Algentem ducit pariter, sed copia maior
Huius adest: sic torta salix, & catera currunt.

Tres simul exurgunt calido variante sapores

Et

Et tres ex simili prorumpunt frigore: quando
Horror erit sicci nimina cum pa rte, remissus
Non calor ille potest vndam pra frigore sicco
Miscere, atq; sapor mixto gene ratur acerbus
Cum minor est virtus siccans, parsq; humida sicco
Parua licet, fuit exiguo permixta calori,
Fit sapor austerus: quando cum frigore multa
Iungitur humiditas, talem calor incipe ille
Concoquere, at prius exhalat, quam concoquit, atq;
Tunc acidus sapor alter adest, quem lingua remittit.
Si tamen intensam conseruent corpora flamam,
Subiectumq; nimis fuerit terrestre, perurit
Humorem calor, & salsum creat ore saporem.
Cum maior fuit vsque ignis, naturaq; mixti
Ternea, & ingenti leuis est absumpta calore
Humiditas, fit amara lues, sapor improbus, omnes
Effugiens venas, stomachoq; incommodus omni,
Verùm si calido multus simul affluat humor,
Quem calore xtenuat: pars sicca, ac humida feruent,
Atq; vrens sapor acer erit: cumq; optima sicci,
Humentisq; effecta fuit commixtio, dulcis
Fit sapor, ad paruum leuiter qui deuiat ignem;
Inducitq; aptam nutriente in sanguine formam.
Ambiguus tamen in varis absque ordine rebus
Est color, & solam subiecta ad lumina primam
Demonstrat faciem, quæ multis frigida mixtis
Apparet, totoq; capit natura calorem.
Candida multa calent intro, veluti salis album,
Arsenicq; color: gelidum quoq; camphora monstrat
Candorem, frigetq; ingenti albedine cremor,

Et qui longaua crescunt in fronte capilli.
Cumverò speciem ratio cadit inter eandem
Certior est, rebus namque albis frigida semper
Succedit virtus; calida est complexio nigris.
Nec tamen omnino sensus placet: vna calentis
Forma viri tingit roseos albedine vultus,
Atque ea'em reddit nigros: in sanguine primus
Ille calor, sauaque iacet sub bile secundus.
Sunt hæc vera magis quoties subiecta calorem
Humida sumpserunt: nigram calor additus vndam
Procreat, exurens totam: sic aridus atra
Bile niger, pellisque pili permista calori
Candorem vis sicca parit, cum nigra recessit
Actio: sic ignis Cineres progignit, & illud
Humiditas annexa gelu: sic candida friget
Fæmina, sic æquum seruat gallina tenorem,
Quæ pulchra tinxit celeres albedine pennas:
In medio medij qui sunt iacuere calores,
Inter vtrosque albos, nigrosque extrema recurrunt:
Nam quæ rubra suum concedit forma calorem,
Seu croceus, seu fuluus erit, siue aureus adsit
Ille color, vel sit vario pro sanguine dispar:
Hos namque ignis habet: molles facit vnda colores,
Cæruleosque aer: tellus trahit vltima nigros.

Efficiunt etiam varias elementa figuras,
Formarumque modos variant: extollit in altum
Cuncta calor, frigusque premit: lata omnia reddit
Humiditas: parit angustos vis sicca meatus:
Æthyopum calor intorquet, flectitque capillos,

Quos

Quos humor lenit molles, & sæua timoris
Vis facit erectos sursum, frigusque rigentes.

Istæ etiam, vt prima, certant in corpore vires
Aduersusque, pugnantque suo quæque admouet hosti:
Ast in maiorem semper victoria partem
Flectitur, opposito quamuis de limite surgat
Quæ patitur, monstretque suo se se obuia bello:
Siue agat hac virtus, seu solis ipsa resistat
Ponderibus, rigidoque obtundat pectore vulnus:
Sic scissum, scindens hebetat; pressumque retundit
Quod premit, & pulsum pellentis viribus obstat:
Sic hebet à ligno ferrum: sic tardior ensis,
Passo ex ense manet: sic molli ex pollice forte
Effluit argumentum, splendentisque annullus auri.
Absumunt dentes epulæ: tenuissima durum
Gutta cauat lapidem: palmam quæ vulnerat illam
Palma dolet: semper vires patientis, & iram
Sentit agens, ni sint primæ (quas excipe) causæ.
Et quanuis tot sæua inter contraria pugnæ,
Hocq; inimicitiæ genus adsit, cuncta sub vno
Fas est esse loco, similique in Sede morari:
Exemplum sit lympha tepens, sit torridus ignis
Epyalæ, & quæ componunt mixta omnia formæ.

Hos elementa ferunt motus, hæc omnibus insunt
Prælia, sed dubio manifestas pondere vires,
Atq; gradus variant: liquidis quæ prima sub auris
In summo exsiccat tellus, non insita maltò
Frigiditas minor est: friget summè vnda, minusq;

Humida: non caluit summus, tamen omnibus aer
Humet: summo ardet, siccatq́; remissiùs ignis.
Has retinent si pura forent hæc corpora formis:
Sed quoniam non pura extant modò talia, mixtis
Vincuntur: sic terra minor grauitate, remisso
Vincitur à plumbo: tenues sic frigore lymphas
Exuperat frigens opium: si terra, salumq́;
Pura forent, adamante foret iam durior illa,
Ast hoc per gelidos olim concresceret amnes.
Substat adhuc vis certa gradu donata minori:
Humiditas stat pauca rogo: minus æthera frigus
Temperat, & paruus terram calor excitat: vndæ
Durescunt sicco, nec contra hoc demicat humor.
Increscunt illæ pariter, fiuntq́; minores:
Sed quæ subsistunt formæ nec crescere possunt,
Nec minui: maiore magis, positusq́; minori
Materia minus ignis agit: simili arte figura
Rara minus, plus densa potest: sic ferreus ignis
Plus valet, atq́; minus tenuis flamma aspera lini.

Mixtæ ergo remanent mixtis sine corpore vires:
Vis manet, & corpus refugit: noua forma resultat,
Quæq́; abijt virtute manet, lititansq́; sepulchro
Tota iacet, sed morte iterum veniente resurgit.
Temperies inde innumeræ moderamine facto
Consurgunt, quibus omne bonum, quibus omnia vitam
Accipiunt mixta, & patrios cum sanguine succos.
Quæ cum perpetuò pereant, difflataq́; totam
Continuò amittant molem, viuentibus humor
A calido magis exhalat, magis humida virtus

Effluit

Effluit in calidis, quæ sunt animantibus actu:
Atq; hæc inter, homo plus est resolubilis; ardens
Huic natura seri datur, & tenuissima pellis
Molle tegit corpus: gelidæ telluris, & undæ
Defectus reparant alimenta: humentibus albæ,
Ac liquidis reparantur aquæ: terra arida constat
Ex solidis concreta epulis: ast ignis, & aer
Gignuntur pulsu gemino, duplicią; per auras
Pectore: restaurant lapsas simul omnia vires
Corporis, & primæ seruant exordia vitæ.

Res aliæ subsunt quatuor, quibus insita constat
Vita hominum; quæ corpus alunt, animaeq; gubernant
Temperiem: grandes vario pro tempore morbos
Visceribus, lætamq; valent conferre salutem.
Hæ sunt tarda quies cũ motu: plena secundo
Corpora cum vacuis resident: hinc altera somni
Lenta quies sequitur, vigilansq; in corpore motus,
Atque animi tandem quæcunq; est passio nostri.
Hæ quatuor, primæq; duæ (daps scilicet, vndaque,
Atq; aer quæ iam supra) sex sunt simul omnes
Non naturales quas res medicina vocauit:
Quæ sic cum terna pariter virtute cohærent,
Vt virtus ferat vna duas: sic aura, supremosq;
Affectus mutans animos, sua munera cordi
Concedunt, gaudentq; alto seruire parenti:
Sic motu requies, vigili sic somnia mente
Summo habitant animo; similiq; sub ordine iuncta est
Pascenti vnda cibo, vacuatáq; corpora plenit,
Dum iecori parent, naturalique ministrant.

Tollit Romuleos suprema ad sidera reges.
Exiguum resonat plectrum, verum attamen altos
Nympha Tagi memorat casus, canit horrida belli
Arma, canit reges, fortemq́; in prælia gentem.

Vlterius tendunt alij: responsa deorum
Secretasq́; canunt leges: vt magnus Olympo
Iupiter infernum miro regit ordine mundum,
Vt faciles Neptunus aquas, camposq́; gubernat
Vna Ceres, ventosque sua premit Æolus arce:
Nunc rutila horrēdum terris ferrugine Martem
Depingunt: nunc Saturni senis aurea pandunt
Secula, & in duplici labentia tempora Iano.
Hic varias docti mirantur Appollinis artes:
Illic Mercurij eloquium, pennasq́; volantes
Crinibus, & plantis aptant: hinc dulcia Baccho
Munera concedunt Thetidique, sub æquore fluctus.
Stat pater Oceanus, stat vates filius, & qui
Arboribus, Siluisq́; præest Neptunia proles.
Hic senior Nereus adest: dat maxima leges
Vesta suas: sæua serpentis imagine Fanus
Voluitur in caudam, multique ab origine diui
Circunstant, cælo summus quos Iupiter alto
Temperat, & iungit varias ad sceptra coronas.

Tartareas sedes alios, lethique per oras
Ire iuuat, regnumq́; ingens Plutonis, & arma
Vulcani truculenta, haustasque ex corpore formas
Ponere, & horrentes furiarum pingere vultus.
Quas Rhadamantus habet leges, quas Æacus ater,

Quas

Quas sæuus Minos: quam toruum filia noctis
Conspectum gerat Alecto, infensæque sorores.
Quæ causa varijs, quæ sors miserabilis vnum
Contorquet Tytium, quæ sæuos altera reges
Vulnerat, vt nigri visus, quæ murmura toto
Sint pelago, diræque atro sub iudice lites:
Dum longè mæsta, ater vapor inficit auras.
Vtque per Elisеos diuerso tramite campos
Regnum ingens celebres animos, sedesq; beatas
Continet, vt claros defendunt aurea calles
Mænia: quæ placidas iucunda obliuio mentes
Sopit, & errantes longum deducit in æuum.
Quæ gratum dant arua decus, quæ lilia florens
Planities, vbi multa quies, vbi nulla doloris
Existit ratio, nullos vbi tristitia fletus
Lumina defundunt; non mæstus pectore morbus
Nascitur, aut grauidus fessos labor opprimit artus:
Ast in tranquillo requiescunt omnia catu.

Mollius inspirant alij, quæ carmina dulcis
Musa ferat, quos Nympha choros: vt fixa dearum
Sors constet, nullisque vnquam mutabile fatum.
Vt quondam obscuris nemorosa in vallibus Ida
Tres pulchrum nudæ Paridem pro iudice diuæ
Constituunt, factoque Venus certamine pomum
Comparat, & celebri spreta est cum Pallade Iuno.
Iam loca mellifluo resonant Parnasea versu,
Claraque Pieridum sedes: sonat inde Cytharon
Leniter, hinc modulis Helicon, & Pegasus aptis
Intonat, atque hilari grata est Magnesia plectro.

 Nunc

Nunc Erato, nunc Melpemone, pulchroq; Thalia
Carmine, nunc claras Euterpen pectore voces
Immittens, Clioq; ingens, atq; Hymnia dulcis
Diuersas vario formant modulamine cantus.
Iam Nympha Hesperida terras, iam marmora Doris
Mater habet, multæq; alto de patre sorores:
Iam Driades, Turniq; soror Iuturna superbi,
Iam Lara, iam versa in similem nympha altera fontem
Exercent per rura choros, iunctaque Choreas
Mille gerunt, caleque placent, terrisque, marique.

Gratum alij assumunt cantum, camposq; liquentes,
Siluarumq; aditus repetunt, & munera terræ,
Pastorumq; lyras, & flores pasta virentes
Cum diuerso armenta grege: vt maris vnda minacem
Insuperos ceruicem agitet, tranquillaq; posthac
Iucũdo in placidas voluatur murmure lymphas.
Vt syrtes, vt Sylla fremũt: vt vasta Charybdis
Absorbet tumidam, & rabidis vomit oribus vndam:
Iam læta rident segetes, iam gramina campis
Erumpunt: hinc prata virent, hàc arbore frondes
Luxuriant: nũc piscis aquas, nunc aera velox
Versat auis, longosq; implent animantia colles.
Iam syluæ resonant, viridi iam carmina valle
Consurgũt, vocesq; Polo nemora alta remittunt.
Inde leues Mopsus calamos, hinc inflat auenam
Tytarus ingentis recubans sub tegmine fagi.
Iam Coridon, iam formosus decertat Alexis,
Nunc Hilari postrata antro Milibaia proles
Somniferum intendit sonitũ, nunc ore Menal as

Concinit,

Concinit, & cantus, palmam deposcit Amintas.

Hæc alij: seu Græca sonet, seu Musa Latini
Clara Soli: vel iam binis de fontibus alter
Hispanus, Gallusve canat: seu carmina nugas,
Aut veros referant casus, & nobile donum.

Ast ego non acies dicam, partosvè triumphos,
Non vires, bella, arma, animos, regesque, ducesque,
Nec diuos, manesq; canam: non dulcia Musæ
Carmina, non hilares nymphas, aut æquoris vndas,
Aut pecore arua suo, vel mixtas floribus herbas:
Nec leuibus tandem pastorum carmina fingam
Carminibus maior rerum mihi nascitur ordo,
Maius opus moueo: naturæ ingentia primus
Dona canam, certosq; modos imponere rebus
Incipiam. Lunæ formoso subdita cælo
Quattuor ingentis se tollunt corpora formæ
Principium mundi, & generandis semina rebus:
Hæc omnes fabricant partes, hæc omnia limant
Pectora: nullus adest istis sine viribus humor,
Nullũ est orbe decus: nil splendens igne videri,
Nil solidum tangi sine terra: mollibus vndis
Effluit, atq; leui totũ volat aere corpus.
Hæc igitur diuersa locis elementa sub vna
Mole tacent, nexuq; hærent stipata frequenti:
Non fixis pendent manibus, non clauis ahenæ
Non duræ compagis egent: velocia constant
Ponderibus depressa suis: quæ tarda volantis
Vi suspendũtur: sic nullis ista ruinis

Labuntur, celeres fugiunt nec longius auræ.
Hîc domus, hîc hominum requies, hîc viuere cunctis
Certa fuit sedes animantibus, his sua tellus
Stat gratis distincta herbis: ibi lilia, flores,
Atque rosæ: tot sunt frondes, tot frondibus hærent
Plantarum fructus, & suauis aromata formæ:
Tam pulchro ridens auro, tot clara metallis,
Atque repercusso radiantis lumine gemmæ:
Hîc caua speluncis immanem despicit orcum:
Illic syderibus montes æquantur, & vna
Planities fingit campos: hinc cultus, & omnis
Frumenti apparent segetes: stat rupibus illinc
Torua suis, nemorumque altis circundata ripis:
Deliciæ rerum, atque immensi gloria diui.
Accedunt varijs insertæ partibus vndæ,
Queis sine nullus honos terris, non floribus vlla,
Non herbis virtus: pereunt simul omnia, nostri
Nulla cibi ratio est: vario dedit æquore pisces
Et dedit in longas iter admirabile terras.
Vitales auras aer, gratissima vitæ
Munera concedit, quos pictos cernere vultus,
Splendoremque datum: remanet pars ista volucri:
At nulli fuit ignescens habitabile regnum.
Centro terra iacet, totoque immobilis axe
Stat fundamentum reliquis, vbi fixa, globusq;
Facta ingens, nigris similes eclypsibus vmbras
Efficit, & nostris abscondit sydera flammis.
Sic leuis vnda manet sphæras imitata rotundas;
Sic aer, sic ignis habet (namque vna locatis,
Atque eadem quæ forma locis) est proxima terris

Vada

Vnda grauis, super hanc æther, super emminet ignis,
Omnibus; hic varijs dum se concursibus armant,
Bella mouent, perduntque suas certamine formas:
Nam grauis in liquidas tellus conuertitur vndas;
Subtilis facta vnda leues tenuatur in auras,
Et tandem nitidos aer rarescit in ignes:
Inde retro veniunt, similisque intexitur ordo:
Ignis enim densum spissatur in aera, transit
Hic in aquas: humor concrescit, humusque resultat.
Hæc facilis, primisque frequens mutatio causis:
Altera succedit raro magis ardua casu:
Cum celer humentes ignis conspirat in vndas,
Inque leues abit vnda rogos: quando aera tellus
Sumit, & in terram lucens conuertitur aer.
Vnda, solumque nimis cum sint onerosa, deorsum
Ingenita grauitate ruunt: sursum euolat aer
His leuior, multòque supra volat omnibus ignis:
Quòque magis leuis iste volat, tellusq; deorsum
Dura petit, motus sumptis manet ocior ille
Viribus: ad cētrum validas amor addidit alas.
Ast quæ per vires rumpunt, velocia currunt
Principijs, & tarda suis sub finibus errant:
Nam sensim fugit impulsus, roburque mouentis:

Hæc natura fuit: retinent quoque corpora vires
Ista suas, quibus autor agit, quibus ipsa reluctant
Aduersus: flauo primus calor emicat igni
Respondens: tunc frigus, aqua: leuis aere gaudet
Humiditas: tellus sicca virtute cohæret.
Hinc atrox sit pugna: calor cum frigore, sicco

Humiditas

Humiditas fera bella gerit: sic demicat vndis
Ignis agens, pugnatq́; grauis claro aere tellus.
Flamma, aerq́; sui media virtute caloris
Concordes in pace manent: hanc humida tollit,
Siccaq́; vis pugnans: similes telluris, & vndæ,
Frigus amicitias posuit, quas humor, & horrens
Ariditas pariter rumpunt: sic mixta vicissim
Paci bella manent, & pax manet aurea bello.

Ex istis aliæ (quas sic dixère) secundæ
Consurgũt vires, certa quæ sede recumbũt
Subiecti, redduntq́; suo responsa parenti
Duritiem vis sicca parit: lenta omnia mollit
Humiditas, gignitq́; calor rara omnia summus,
Atque astricta gelu: varij sic flatus odoris,
Sic numeros sapor vnus habet, multique colorum
Sunt numeri, formaq́; genus, rerumq́; figuræ.
Semper odorato superat calor: excipe flores
Quinq́;: rosam; salicem, ripas; ortamq́; per vndas
Nimpheam: molles violas, myrtumq́; virentem:
Quiq́; oppressa leui confortat pectora succo
Sandalus, & multis quæ seruit camphora rebus:
Quæ quoq́; fætentes immittunt corpora fumos,
Frigida natiuo remanent orbata calore,
Dum putridi feruent ignes: at mollis odorem
Dat rosa, cum calidus se se vapor extulit, isq́;
Algentem ducit pariter, sed copia maior
Huius adest: sic torta salix, & cætera currunt.

Tres simul exurgunt calido variante sapores

Et

Et tres ex simili prorumpunt frigore: quando
Horror erit sicci nimina cum parte, remissus
Non calor ille potest vndam pra frigore sicco
Miscere, atq; sapor mixto generatur acerbus
Cum minor est virtus siccans, parsq; humida sicco
Parua licet, fuit exiguo permixta calori,
Fit sapor austerus: quando cum frigore multa
Iungitur humiditas, talem calor incipe ille
Concoquere, at prius exhalat, quam concoquit, atq;
Tunc acidus sapor alter adest, quem lingua remittit.
Si tamen intensam conseruent corpora flamam,
Subiectumq; nimis fuerit terrestre, perurit
Humorem calor, & salsum creat ore saporem.
Cum maior fuit vsque ignis, naturaq; mixti
Terrea, & ingenti leuis est absumpta calore
Humiditas, fit amara lues, sapor improbus, omnes
Effugiens venas, stomachoq; incommodus omni,
Verùm si calido multus simul affluat humor,
Quem calore xtenuat: pars sicca, ac humida feruent,
Atq; vrens sapor acer erit: cumq; optima sicci,
Humentisq; effecta fuit commixtio, dulcis
Fit sapor, ad paruum leuiter qui deuiat ignem,
Inducitq; aptam nutriente in sanguine formam.
Ambiguus tamen in varis absque ordine rebus
Est color, & solam subiecta ad lumina primam
Demonstrat faciem, quæ multis frigida mixtis
Apparet, totoq; capit natura calorem.
Candida multa calent intro, veluti salis album,
Arseniciq; color: gelidum quoq; camphora monstrat
Candorem, frigetq; ingenti albedine cremor,

Et qui longaua crescunt in fronte capilli.
Cumverò speciem ratio cadit inter eamdem
Certior est, rebus namque albis frigida semper
Succedit virtus; calida est complexio nigris.
Nec tamen omnino sensus placet: vna calentis
Forma viri tingit roseos albedine vultus,
Atque ea 'em reddit nigros: in sanguine primus
Ille calor, sauaque iacet sub bile secundus.
Sunt hæc vera magis quoties subiecta calorem
Humida sumpserunt: nigram calor additus vndam
Procreat, exurens totam: sic aridus atra
Bile niger, pellisque pili permista calori
Candorem vis sicca parit, cum nigra recessit
Actio: sic ignis Cineres progignit, & illud
Humiditas annexa gelu: sic candida friget
Fæmina, sic æquum seruat gallina tenorem,
Quæ pulchra tinxit celeres albedine pennas:
In medio medij qui sunt iacuere calores,
Inter vtrosque albos, nigrosque extrema recurrunt:
Nam quæ rubra suum concedit forma calorem,
Seu croceus, seu fuluus erit, siue aureus adsit
Ille color, vel sit vario pro sanguine dispar:
Hos namque ignis habet: molles facit vnda colores,
Cæruleosque aer: tellus trahit vltima nigros.

Efficiunt etiam varias elementa figuras,
Formarumque modos variant: extollit in altum
Cuncta calor, frigusque premit: lata omnia reddit
Humiditas: parit angustos vis sicca meatus:
Æthyopum calor intorquet, flectitque capillos,

Quos

Quos humor lenit molles, & sæua timoris
Vis facit erectos sursum, frigusque rigentes.

Ista etiam, vt prima, certant in corpore vires
Aduersusque, pugnantque suo quæque admonet hosti:
Ast in maiorem semper victoria partem
Flectitur, opposito quamuis de limite surgat
Quæ patitur, monstretque suo se se obuia bello:
Siue agat hæc virtus, seu solis ipsa resistat
Ponderibus, rigidoque obtundat pectore vulnus:
Sic scissum, scindens hebetat; pressumque retundit
Quod premit, & pulsum pellentis viribus obstat.
Sic hebet à ligno ferrum: sic tardior ensis,
Passo ex ense manet: sic molli ex pollice forte
Effluit argumentum, splendentisque annullus auri.
Absumunt dentes epulæ: tenuissima durum
Gutta cauat lapidem: palmam quæ vulnerat illam
Palma dolet: semper vires patientis, & iram
Sentit agens, ni sint primæ (quas excipe) causæ.
Et quamuis tot sæua inter contraria pugnæ,
Hocq́ inimicitiæ genus adsit, cuncta sub vno
Fas est esse loco, similique in Sede morari:
Exemplum sit lympha tepens, sit torridus ignis
Epyalæ, & quæ componunt mixta omnia formæ.

H*os elementa ferunt motus, hæc omnibus insunt*
Prælia, sed dubio manifestas pondere vires,
Atq́ gradus variant: liquidis quæ prima sub auris
In summo exsiccat tellus, non insita multò
Frigiditas minor est: friget summè vnda, minusq́

Effluit in calidis, quæ sunt animantibus actu:
Atq; hæc inter, homo plus est resolubilis; ardens
Huic natura feri datur, & tenuissima pellis
Molle tegit corpus: gelidæ telluris, & undæ
Defectus reparant alimenta: humentibus albæ,
Ac liquidis reparantur aquæ: terra arida constat
Ex solidis concreta epulis: at ignis, & aer
Gignuntur pulsu gemino, duplicią; per auras
Pectore: restaurant lapsas simul omnia vires
Corporis, & primæ seruant exordia vitæ.

Res aliæ subsunt quatuor, quibus insita constat
Vita hominum; quæ corpus alunt, animaq; gubernant
Temperiem: grandes vario pro tempore morbos
Visceribus, lætamq; valent conferre salutem.
Hæ sunt tarda quies cū motu: plena secundo
Corpora cum vacuis resident: hinc altera somni
Lenta quies sequitur, vigilansq; in corpore motus,
Atque animi tandem quæcunq; est passio nostri.
Hæ quatuor, primæq; duæ (daps scilicet, vndaque,
Atq; aer quæ iam supra) sex sunt simul omnes
Non naturales quas res medicina vocauit:
Quæ sic cum terna pariter virtute cohærent,
Vt virtus ferat vna duas: sic aura, supremosq;
Affectus mutans animos, sua munera cordi
Concedunt, gaudentq; alto seruire parenti:
Sic motu requies, vigili sic somnia mente
Summo habitant animo; similiq; sub ordine iuncta est
Pascenti vnda cibo, vacuataq; corpora plenit,
Dum iecori parent, naturalique ministrant.

Hic ergo flatus ardent, hic spiritus ingens,
Et cruor est: æstus semper, fessum arida semper
Flamma urit: nulla est requies: stat mobile corpus
Continuò, & fumosa alto quatit atria pulsu.

Hanc ideo in sedem (calidi sic postulat usus)
Externi venit aura loci, cum tollit in altum
Se corpus, latosq́; facit sub pectore nidos:
Hos celer illa implet, vacui ni maximus error
Contingat, perdatq́; suum natura vigorem.
Huic nares (via lata) patent, faucesq́; profundæ:
Quas ultra, distincta cauis dicta aspera gyris
Arteria insequitur, per quam pulmonis ad imos
Contendit leuis aura sinus, quò sistit, & intro
Passa moras, stagnoq́; velut perfracta quiescit.
Inde fit, ut quanuis non illuc permeet aer,
Suggerat hunc pulmo cordi: sic verba loquentis,
Sic voces modulantis eunt sine crimine, & altas
Lambit mersus aquas, seruatq́; sub æquore vultum.
Defectum reparant illæ quas condit in amplos
Pulmo sinus, flammisq́; addit crescentibus auras:
Vnde magis grandi cohibetur spiritus antro.

Postquam autem pulmonum ædes, & pectoris aer
Transijt, arteriæ primùm se se inserit illi
Quæ venosa fuit, tandemq́; palatia magni
Regis adit, queis fixus inest, membriq́; calentes
Extinguit flammas, & dirum temperat æstum.
Hinc redit atq́; iterum, similes delapsus in oras
Pulmonem repetit, cum iam causa altera totum

Diuerso

Diverso astringit pectus, strictusque coarctat
Thorax pulmonem, & pressus fugat aera pulmo.
Ille autem fugit in primos vbi cæperat ortus
Maiori tamen igne calens: pars torrida flammas
Attulit: atq; ardens ex longo tramite fumus.

Vox. At non solus honos, non hæc sola aeris extant
Munera: sunt aliæ lato sub pectore causæ.
Hæc etiam sunt parte soni, vocesq; canoræ,
Stridoresq; graues: hîc rauco murmura vento,
Mussantesq; animi, confectaque arte loquelæ:
Quos auræ varios faciunt, atque organa motus.
Quæ flauo pulmone carent animantia nullos
Expirant flatus, nulla his phantasia certos
Concedit mutare sonos, vocemq; mouere.
Confusum dant murmur apes: infracta cicadis
Dat sonitus membrana suos, in piscibus istos
Branchia fert, stridentq; agiles in pectine dentes:
Testudo disrupta sonat: surgentibus alis
Musca ferit pectus: simili sonat arte locusta
Pennarum, femorisq; ictu: sunt plurima terris
Quæ strepitus insecta mouent. murmurq; sonorũ
Pulsatæ in morem cytharæ, vel dura cadentis
Materiæ quæ ligna ferit sonitumq; reducit.
Ast quibus illud inest vitæ spiramen, & ingens
Arteria horrentis ductus, vox est sua: verùm
Innumeris diuersa modis. turpi horridus ore
Frendet aper, sturnatq; elephans, & sibilat anguis:
Hinnitum celer edit equus, fremitusq; tremendos
Tygris habet; rugit arma leo; ferus vncitat Vrsus,

Linxq́ orcat: glocitant cerui, glocitant & onagri,
Atq́ alacres vagiunt lepores, & blacterat agnus:
Sic barrus barrit, bos mugit, rana coaxat,
Balat ouis, latratq́ canis, mustellaq́ dintrit,
Et gannit vulpis, tardus rudit, oncat asellus,
Et grunnit sus fœda solo. tenuere volucres
Assimiles in voce modos: nulla attamen ipsos
Flectere, nec potuit numerosum reddere cantum:
Sola homini mansit ratio, qua fingere cunctis
Verba licet, qua voce nouos imponere fines,
Et rigidum modulis lenire sonantibus ictum.

Hoc autem multa in munus: concurrit ab imis
Pulmo locis, prabetq́ auram, quam pectus, & omnis
Expirans aluus recipit: volat illa per arctos
Arteriæ producta sinus, collumq́ prehendit:
Hic nerui motum ingeminant: hic ille recurrens
Auxilium tribuit cerebri, motusq́ vigorem.
Inde fugit volitans per guturis ostia flatus,
(Quæ pars dicta larinx) membrum ferit iste, sed illa
Stat corÿs compacta suis, ventumq́ retundit.
Tunc addit plectrum modulos, cui lingula nomen;
Seu ligula est: magis hæc resonans ventosq́, sonosq́
Reddere sola potest, hilaremq́ immittere formam.
Hinc volat vlterius, primoq́ illabitur antro,
Quo iam verba sonant aliter, varÿq́ resultant
Ingenio linguæ numeri, mollesq́ loquelæ.
Hunc etiam partes aliæ, vicinaq́ motum
Membra iuuant: dant labra auras, narisq́ sonorum
Bina decus: pellit flatus, recipitq́ palatum,

Quos gemino positi praeludũt ordine dentes.

Cum tamen ille foras percussus spiritus exit,
Instanti resolutus abit, passimq; volutans
Quae fuerat vox aura manet: ni forte resistat
Obiectũ, sistatq; cauis in montibus echo
Multiplicem flexo conseruans aere vocem.

His positis mille exurgũt discrimina cantus,
Et species sũt mille soni, pro gutture toto,
Pro virtute viri, & diuersi partibus oris.
Efficit ingentem primò flamma addita vocem,
Vastaq; pectoribus cauitas, quam robur agentis
Adiunat, atq; cito vehemens efflatio motu.
Oppositis fit parua locis, & viribus aequis:
Paulatim grauis extensos sonus obstrepit artus,
Subtilis volat angustos: vox lenior aequo
Facta gradu, certũ moderato in gutture pondus
Expetit, & modicos pulsato ex aere cursus.
Propterea grauis in maribus (fortem excipe Taurũ)
Vox resonat: similis calido se tollit, & illis
Quos fortis natura fouet, quos magna calentes
Ira facit, tangensq; hilaris praecordia risus.
Foemineo contra in sexu generantur acutae
Ex sonitu voces: sunt in spadonibus istae:
Has plorans, has maestus habet: pars lenis easdem
Promouet, & semper teneris puer editus annis.
Aspera inaequali surgit de pectore, damnũ
Attulit arescens species, & torridus ignis:
Hũc sequitur vox rauca modũ: tamen humidus altas

Humor habet fauces, salientemq; impedit auram.

Hos quoq; commutant animi, variansq; voluntas
Aeris incessus: quauis de parte laryngem
Constringũt, laxantq; pari cum munere, & altos
Auris conuertũt aditus, auraq; resistunt.
Sic plectra à digitis resonant; sic fistula eisdem
Clausa sonat, totoq; aliæ sunt orbe loquelæ.
Quæ gens ad medios stat circũfusa calores
(Siue Asiæ, græciue forent) sua verba palato
Confingit: placidas collidũt gutture voces
Hebræi, Syrijque, omnesq; orientis ad oram
Qui populi iacuere: Hispani, inũque tenentes
Occasum celeres frangũt in dentibus auras:
Germani, semperq; horrens septentrio in altis
Pectoribus faciũt voces, quas Gallus eisdem
Conficit; ast addit guttur, summũque palatum.

Hos generat natura sonos: hos alta voluntas,
Arsque facit, multique alto sub sydere mores.
Emittit etiam varias de pectore normas
Diuersis pars ægra locis: duro aspera motu
Vena sonat, cũ tota madet, quando humidus intro
Humor abit: prauum asmha riget, cũ spiritus arctas
Inuenit ille vias: lethalis surgit oregmon,
Cũ iam non tussi vis est, sed voluitur ingens
Pondus aquæ, putrisque exit de pectore fumus.
Fit stertens somno strepitus, similisque recurrit,
Cũ fortis neruos morbus tenet: aera mutum
Musculei fecère artus, quibus vtraque virtus

In totum absumpta est: si pars resolubilis istos
Difficiles reddat, tremulosq; in corpore motus,
Balbus habet sonitum: cum iam conamina virtus
Fessa capit, pugnatq; auræ: si forte recurrens
Deficiat, vox nulla manet: solùm ille susurrus
Et leue concusso se tollit pectore murmur:
Si verò patitur morbùm, patiuntur & ipsæ
Cum sonitu voces, hilaresq; ex voce loquelæ:
Sunt blæsi lingua vitio: non flectere ventos
Arcta potest: rapitur sermo, & fugit irrita dentes
Littera: non rigidum, non .T. producitur, omnis
Aura leuis: seu frigus agat linguamq; coarctet:
Seu calor impellat velox, vel sicca resistat
Causa premens, neruisq; frequens se se inserat humor,
Vel breuis extensum voluatur lingua per antrum.
Fuscos naris habet sonitus, cum dura meatus
Lympha tenet: vox lapsa errat, quando orba caninis
Ora patent, nullisq; hærent in dentibus auræ.
Perfossum pectus vomit euros: turbat eosdem
Versa larynx: ligulæ claro sine munere turpi
Vox resonat changosa sono: recissa loquelam
Difficilem labra efficiunt toruamq; palatum.

Aeres potestas.

Hæc in pectoribus nostris mouet habitus, altas
It quoq; continuus sedes, cerebrumq; supremum
Per nares, auresq; volans: tandem vltima quærit
Viscera, quæ mundat vitijs, & splendibus intro
Quï furit, in gelida frigescit spiritus aura.
Hoc verò dum sumit iter, corpusq; subintrat,
Egrediturq; foras, diuersis plurima causis

Damna

Damna refert, & dona simul: vis maior agendi
Huic fuit, & toto numerosa est copia mundo:
Semper agens, semperq́ celer, sæpe obuius instat,
Atq́ frequens: non vis certans, non corpore robur
Frangitur: accedit semper noua causa nouumq́
Auxilium: quæ quinq́ manent quandoq́ receaũt.
Muneribus, cessantq́ armis defessa: nec obstat
Illa querela cibi, quæ prima exordia morbis
Concessit, quæriturq́ mali rarò aeris æger:
Id grandis formæ species, crassumq́ ciborum
Pondus agit, tardoq́ graues in corpore vires:
Vlterius cœli magis est incognita nobis
Actio, nota cibi, peccataq́ sæpius isto
Plurima contingunt, rarumq́ sub aere crimen:
Sic grauius putredo vrget: sic torquet anhelans
Defectus: plures quæcũq́ iniuria raptat
Et plures surgunt mutato ex aere morbi.
Vidimus innumeris vitam constare diebus
Absq́ cibo, totidemq́ vndis absentibus: at quando
Aura fugit, pariter refugit vita, atq́ repente
Exanimem linquit delirans spiritus aluum.
Quapropter magis illa iuuat, magis omnibus vna
Optatur: plus membra fouet, plus conficit ingens
Auxiliũ: plus ipsa nocet, quando improba corpus
Oppetit, aut putridæ fera pugnant vulnera pestis.
Verùm plus causis, plus motibus efficit illis,
Qui cerebum, cordisq́ sinus, totamq́ rotũdi
Pectoris infestant molem: stat protinus illuc
Tota simul certatq́ cauis tota integra mẽbris.
Multa etiam in morbis alijs valet additus aer,

Longis præsertim, quos longo marte futurum
Consumit tempus, repetitaq; corpore virtus:
Ille calens gelidos sanat, durumq; retundit
Inuicta causæ imperium: simul ipse calentes
Vincit agens contra, diro sq; refrigerat æstus:
Ardentes extinguit hyems febresque, rogosq;,
Atq; ptysim siccus leuat aer, vere rebelles
Quartanæ effugiunt, duriq; in viscere morbi.

Aeris temperies.

Hæc aura est, hæc vna potest: ab Origine quamuis
Sit moderatè ardens, coniunctusq; affluat humor:
(Non istic celebris placuerunt dicta Galeni,
Ventosi nisi respectu sit luminis illud
Quod tenet aura gelu) varijs eadem quoq; causis
Mutatur: densam molem modò corpore in amplo
Sustentat, nunc rara magis, modò siccior ipsa est:
Nunc plus humescit, nunc est ardentior, arctum
Nunc sibi frigus habet, nunc omni est mollior vnda:
Iam sana est, iam pestiferens: modò nubibus atris,
Et nebulis turbata riget: nunc clara micante
Sole auret, triplicíq; est facta argentea vultu
Quas longo inferius dicernes ordine causas.

causę aerē cōmutantes.

Æthereum supra regnum, tractusq; micantes
Infandi moles generis, summaq; cohæret

Cœlum.

Arte globus, quem nulla vnquam generatio rerũ,
Quem nullus premit interitus: mirum omnia vincit
Inferiora decus: semper de lumine virtus,
Semper agens fouet omne calor: quæ corporis , illam
Consequitur motus formam: rapit angelus axes

Atq; mouet, dum mūdus erit, dum libera terris
Secula; dum vita in putridis, legesq; sequuntur
Corporibus, nulliq; alto sub iudice fines.
Vnū autē licet hoc pondus, parq; vna figuram
Materies habeat similem: partes tamen adsunt
Distinctæ, variiq; istis in partibus ortus,
Seu pulchra stella, vel cœli ardentis honores.

Est prius immensum supremo vertice corpus
(Empyreon nobis cœlum) quo grandior vlla
Non fuit, aut toto species formosior orbe:
Hic pater omnipotens præses micat omnibus, hic est
Alta beatorum sedes, vbi gaudia semper,
Semper amor, mors nulla, dolor nullus, viget omni
Parte decor, risusq; hilaris: sedet vna benigno
Læta fides animo, mæstiq; obliuio casus.
Lux tenebris sine continua est, splendetq; serenus
Obscura sine nocte dies: labentia nullis
Tempora temporibus, nullis noua secula seclis
Succedunt: vna in cunctis duratio, & vnum
Quod simul est totum, diuiniq; ordinis æuum.
Hic nullus finisq; boni, nullumq; malorum
Principium: sola hic requies, hic meta laboris
Vltima: muneribus diui cœlestibus omnes
Implentur, tandemq; hæret satiata voluntas,
Quæ nullis vnquam fuerat plenissima rebus.
Hinc sequitur primum quod fortι mobile cursu
Inferiora rapit, latoq; accingit hiatu.
Istud cristallus tangit: loca proxima sumit
Tertia sydereus: quarto Saturnus in orbe

Tristia fata mouet: quinto regit omnia cælo
Iuppiter: in sexto Mars est horrentia bello
Tela, ensesq; gerens: nitidi domus aurea Phœbi
Septima consequitur: post hūc lasciua triumphat
Ore Venus: post hanc radiat nono insitus axi
Mercurius, sedesq; alba manet infima Luna.
Hos verò certis posuit Deus optimus orbes
Ordinibus, certoq; dedit tum pondere vires.
Iuppiter auriferas vbi phœbus monstrat arenas
Ponitur; assistunt aduersa parte feroces
Belligeri Mauortis equi, Venus alma diei
Stat medio: liquidis residet Saturnus in austris:
Incerto vaga Luna loco, Solq; aureus, errant,
Et quacunq; suo perlustrant æquora cursu:
Mercurio partem socij tribuere planetæ.

Zodiaci figura et signa

Zodiaco pariter varijs animantia formis
Existunt: formosa decem duo signa sequuntur,
Quorum fixa quadræ in medio, communia substant
Finibus: assumunt partes quæ dicta priores
Mobilia: in toto decurrunt tempore quadræ
Quattuor, & quæ vis constat tribus ordine signis.
Est Aries, Taurusque grauis, natumq; duobus
Ex geminis signum, tunc multis vnguibus horrens
Cancer adest: magno sequitur Leo feruidus æstu:
Post hunc Virgo iacet: post hanc libra emicat: inde
Scorpios horrendus squammis, pharetraq; sagittas
Ille gerens: tunc duræ extant fera cornua capræ:
Postea nymboso succedit Aquarius amne,
Et tandem gelido natus sub flumine piscis.

Has

Has præter celebres formas sunt corpore toto
Cœlorũ vultus alij, quos Sydera fingunt,
Exornantque modis: est leni prima sub arcto
Vrsa minor, sequiturque istam soror altera maior,
Et draço terribilis: tunc flamma maximus atra
Stat dominus, latransque canis, phœbique corona:
Tunc incuruatus, tunc claro lucet in orbe
vulturius: gallina sedens tenet aurea sedem,
Et caput horrendi fert vnum criminis astrum:
Hîc gerit excellens fulgentes sydus habenas:
Hîc duo serpentes, & serpentarius, astant:
Hîc genus accusans: hîc ales regia cæli
Parte volans, rapidisque celer delphinus in vndis.
Post hæc primus adest, simili quem more secundus,
Cernit equus, gestaque humeris splendentibus alas,
Orbaque quæ socio est, & qui terno angulus astro.
At parte ex alia cæli, medioque diei
Est leo, quem validus sequitur canis, atque superbæ
Flumen aquæ, metuensque lepus: tunc altera surgit
Progenies exusta canum maiorque, minorque.
Hinc, quam Deucalion fecit, micat arca, ferumque
Ex alto serpente genus: cum vase nigrescens
Coruus adest, sæuumque ferens in marte leonem;
Et leo qui pardus, quod vas redolentia ferre
Thura solet, medioque iacet qui lumine piscis.
Fixa alia in toto consurgunt sydera cælo
Innumeri generis, formæque: ast illa supremos
Obtinuere locos, & magnam corpore molem.
Cuncta suis liquidas commutant viribus auras,
Alternantque orbem. Saturno frigus, & horrens

Ariditatis inest species: furiosior ardet
Hoc Mauors, siccatq; magis: calet aureus isto
Sol minus, atque minus siccat; nimis humida parco
Frigore consurgit Venus: est quoq; frigida, & humet
Luna simul: socijs ardens ardentibus extat
Mercurius, gelidisq; alget; velut optimus idem
Quando bonis, iunctusq; malis euadit iniquus.

signorum temperies —
Ex signis caluere, Aries, durumque Leonis
Atque Sagitarij signum: sunt arida Taurus,
Et Virgo, similisque extat Capricornius: hument
Qui duo sunt gemini, humet Aquarius, humida libra est.
Scorpius, & liquidas piscis qui diligit vndas
Frigescunt, cancerq; horrens; quas omnia vires
Intensis gradibus seruant ea signa; minores
Suscepere alias: Aries nanq; aridus extat
Ipse etiam, Taurusq; gelat, Geminiq; calescunt:
Sic granis humectat Cancer, Leo siccat, & horret
Virgo, & Libra calet: squammosus Scorpios humet:
Qui pharetram gerit, exsiccat: Capricornius aret
Frigidus: humentes assumit Aquarius ignes,
Humoremq; trahit maiori frigore Piscis.

exaltationes et vires planetarum cum signis
Ast licet haec virtus simplex, & pura fuisset,
Augetur tamen à multis, perditq; vigorem
Facta minor, mutatq; suos cum tempore mores.
Cancri Luna domo, gaudet Sol stare Leone;
In cornu capræ, & riuo Saturnus aquarum:
Iuppiter in Pisci, hostilesq; gerente saggitas
Marti Aries, rigidusq; suam dat Scorpio sedem.

Pulchram

Pulchram Taurus amat Venerem, quam Libra receptat:
Mercurium gemini capiunt, atq; vltima Virgo.

Exaltant quoq; natiuas hæc corpora vires,
Et varios casus, & detrimenta minantur.
Solem Aries tollit: Lunæ loca fortia Taurus
Exhibet, immani Saturno Libra: feroci
Iuppitter in Cancro fortis: dat robora Marti,
Instigatq; magis rapidas Capricornius iras:
Mercurius retinet virtutem in Virgine summam,
Et sub Pisce datur veneri suprema potestas.

Sol habet in Libra casum, Lunæ admonet ipsum
Scorpios, hunc patitur Saturnus in ariete, magnus
Iuppiter in Cornu capræ, casusq; vagantis
In Cancro Mars sortis habet, sic Piscis easdem
Mercurio tribuit, Venus hos quoq; Virgine suffert.

Saturno tribuit Leo detrimenta; duobus
Iuppiter in geminis, dat Mars incommoda Tauro:
Scorpius est veneri damnorum causa suorum,
Mercurioque nocet conuerso flumine Piscis.

Respectus etiam varij, cæloq; sub alto
Stat vario mensura modo, iungunt ur, & istis
Stellarum exortus varij, aduersaque figura:
Nec non obliqui diuersis tractibus orbes,
Et recti, visusq; boni, disiunctaque signis
Ora suis: sic & decures, dominatus, & alta
Parte locus, iunctique suo cum sydere fines.

Atque aliæ cæli formæ, quibus insita virtus
Per totum dispersa orbem, non æthera tantùm
Commutat, sed terram etiam, pelagusque profundi
Et pecus, & vermes, & natos arbore fructus.
Hæc superas cælo volucres, hæc abdita terris
Semina, camporum cultus, prolemque gubernat:
Inde salus, morbique graues, infrenaque toto
Pestis in orbe nocens: hinc est furibunda per æquor
Tempestas orta, & terræ tremor horridus altæ:
Inde etiam tempus siccum, vel summa resulta,
Temperies, humensque aer, frigensque, calensque:
Vnde sitis, dura vnde fames, vnde aurea surgit
Fertilitas: sunt mille solum, mille aera formæ,
Ac mare: quodque magis durum est, non corpora tantùm
Nostra regit, valet ipsa nouis influxibus altos
Permutare animos, superæque ascendere menti:
Sæpe iacet pulchra in fædo sapientia vultu,
Atque feri toties formoso in corpore mores.
Excellens veluti cum turpem fictile riuum
Continet, auo rudibus splendens tremit vndula vasis:
Nunc minus agnoscunt qui voces promptius efflant:
Nunc qui voce carent per longa silentia rerum
Occultas penetrant causas: iam viribus acer,
Iam pietate grauis, iam pallade clarus, & armis
Aduersum patitur fatum: cuique aurea virtus
Defuit, & turpes languent ad prælia vires,
Nec pietas, nec certa fides, rubeumque serena
Fronte decus, varians diuerso insidere magnos
Concedit fortuna locos, auroque coronat.
Hic abit in medicos vsus, hic præside nullo

Iura capit, totam mouet ille in prælia mentem:
Alter amat vites, rura alter, in omnibus vna
Conditio, finisque datus, stella omnibus vna
Quæ regit alterno subiectum lumine corpus.
Exprimis autem vel surgunt omnia formis
Munera, vel certè occulto sunt orta parente.
Mars siccam inducit formam, bilem ista furentem
Concitat, hac rabidas in pectore commouet iras:
Inde ferox animus rapit arma, & persita bellum
Mens optat: sunt inde neces, dirique labores,
Et quæ sanguineis apparent vulnera membris:
Sic steriles eadem campos, sterilesq; maritos
Causa facit: sic toto errant quæ cætera cœlo
Astra suos tribuunt radios, natumq; vigorem.
Ast non occulti tollenda potentia regni
Omnino est, nullisq; vnquam mutabile fatum:
Hinc fuit vt turpes fæda hic de coniuge nuptus,
Ille habeat nullos hymineos, illa maritum
Non ferat, ista suum: multis hic affluat, ille
Diuitijs careat, vitamq; ammittat in vndis:
Vnde per immensas tanta est mutatio terras.

Non tamen hic cunctos excelsi ponderis axes
Currare, nec tantos placuit miscere tumultus:
Astrologi reliquos tractent casusque, viasq;
Cœlorum: qui solis ego, claraque Dianæ
Sunt motus, vltra dicam: pulcherrima cunctis
Ista duo magis ad medicas hæc sidera partes
Conducunt, magis hæc terras, atq; aera mutant:
De reliquis quæ dicta, satis.

Sol primus cui summi ingens, cui longa fuerunt
Imperij regna, & maiori mole potestas:
Hic rerum pater est: hic inter cætera Princeps
Naturæ, quo vita omnis, quo defluit alta
Lucis honos, totumq; fouens calor aureus orbem:
Hic mæstis pars læta animis: hic torua serenat
Nubila, continuas renouat noctesque, diesque,
Et gressu longè nascentem temperat annum.
Quale sub humano supremus pectore rector
Cor præstat, membrisqueq; simul fauet omnibus vnum
Vitam animo, lethumq; gerens: vel qualis in alto
Spirituum mens summa iacet, totumq; gubernat:
Sic animat totum phœbus: sic omnia fusis
Conseruat radijs, & mira præsidet arte.
Nec tantùm inferno veneranda potentia mundo
Præualet: æthereos etiam se extendit in axes:
Huic reliquum paret quoq; cœlum, cætera parent
Sydera, desumunt magno de principe regnum,
Et de formoso radiantes lumine vultus.

Annus.

Hic igitur primùm cælestes ariete motus
Suscipit: hinc Taurum repetit, geminosq; sequentes:
Tunc alias transit formas, atq; vltima Piscis
Flumina, quo totum cursu iam perfici annum,
Atque duo geminat confectis tempora signis.
Hoc autem dum currit iter, spatiumq; per orbem,
Ter centum luces fugiunt, totidemq; sequuntur
Viginti, totidemq; duæ comitantur, & omnes
Illum constituunt quem solis dicimus annum:
Hinc tamen horarum placuit rescindere finem.

His

His positis, geminos primò se findit in ortus,
Ver, hycmemque, duo celeberrima tempora, & inde
Ingeminas partes iterum est partibilis: æstas
Ver sequitur primum numero: sic fructifer illam
Autumnus comitatur: hyems sedet vltima: vere
Solem Aries recipit, cum nox æquata diebus,
Et tenebris lux æqua manet: cancro incipit æstas,
Libra Autumnus: hyems in cornu exordia capræ
Suscipit: Astrologi sic formant tempora nostri.
Ast qui crudeles infirmo corpore morbos
Soluere, & horrentis damnum irreparabile Parcæ
Arte valent tardere sua, sic tempora fingunt.
Ver aderit, cum prata virent, cum gramina campis Ver.
Erumpunt, suaues q́; rosæ, mollis q́; hyacinthus:
Cum lata arboribus frondes, cum frondibus orti
Luxuriant flores: vario cum picta colore
Exultat, ridens q́; omnis parit omnia tellus,
Et superis niueæ soluuntur montibus vndæ.
Non iam corporibus tanta insunt frigora nostris
Quæ ducant nos ante focos, nec vestibus vti
Pluribus, aut calido cogant nos ponere Soli:
Nec sic vsta calent, nec tantis viscera feruent
Ignibus, vt gelidas (placeant vbi frigora) sedes
Quæramus, florem q́; algentem, & fluminis vndam.
Grata magis tunc aura iuuat: tunc læta per orbem
Temperies: mobi faciles, lati q́; sequuntur
Vt tempus, succi, atq́; hilares in sanguine fumi.

Cum fui æstas, æstus erit: iam fluminis vndæ æstas
Deficiunt, iam fontis aquæ: iam flauus aristis

Horret

Horret ager: decorata suis iam fructibus arbor
Grata manet: iam prata suos squalentia flores
Comburunt, suauesqꝫ extant animantibus vmbræ:
Tunc rabidus calor, atq́ꝫ ardentes corpore succi
Subcrescunt, minor externos diffusa per artus
Vis habitat, minor ipsa fames: de bile furentes
Se tollunt flatus, sitientesq́ꝫ oribus iræ.

autumnus *Autumnum insinuant maturæ in vitibus vuæ,*
Et poma arboribus: cum spicis horrida siccis
Arua iacent, & humus sitientes, sterilisq́ꝫ soluta
Puluere, non flores, non gratas montibus herbas
Producit, sed viue fluit de fontibus vnda.
Tunc nimis aura calet, siccatq́ꝫ intensior omni
Tempore, & ingentes parit atra ad funera morbos:
Tunc nigræ vruntur biles, & acutior vstos
Febris adit succos, naturaq́ꝫ perfida: reddit
Quod non æquale est diuersa incommoda tempus.

hyems. *Tunc fit hyems, cum nix albens, cum squallida multo*
Terra gelu, multisq́ꝫ riget tota humida lymphis:
Cum vites, folijsq́ꝫ arbor, spoliantur amaris,
Turdorumq́ꝫ greges v niunt: cum rupibus altis
Castaneæ molles oriuntur, & aurea paces
Indicat, atq́ꝫ suos concedit oliua liquores:
Iam pecus, atq́ꝫ satum perit omne, & grossa gerentes
Membra sues turpem fuso cum sanguine vitam
Amittunt: Lætus pueris spectantibus ardor.
Tunc nimis humectant, frigentq́ꝫ horrentiùs auræ
Accrescuntq́ꝫ fames intro: tunc phlegmaca ventre

Pressa

Pressa iacent, altoq; fluit de vertice muccus.

Apparent etiam claro rutilantia cœlo
Sydera, & occasu latitant astra altera nigro
Quæ tempus faciunt, quæ fingunt quattuor anni
Tempora: sunt astris aquæ, medicisq; figuræ.
Primùm sunt Phades medio quæ vere sorores
Nascuntur, numero septem: tamen vna latescit,
Siue quod hac Troiæ miserandos cernere casus
Non potuit, textiq; admotis lumina palmis:
Vel quòd sex aliæ (fama hæc fuit omnibus ingens)
Cælicolis nupsere dijs, sola illa marito
Mortali nupta est, diuisq; orbata supremis:
Hæc Electra fuit: Steropem pro coniuge Mauors
Assumpsit, clarisq; potens Neptunus in vndis
Alcionem: legit Meropem, claramq; Celeno
Iuppiter, & pulchra nitidam cum Taygete, Maiam;
Has igitur septem Pliades dixere sorores,
Est quia Pleione mater (pater extitit Atlas
Cælifer) has hyadas etiam, suculasq; vocarunt,
Namq; humore madent: tribuit quoque nomina tempus:
Et sic virgilias à verno tempore dicunt.
Illæ autem resident inter splendentia tauri
Cornua, & aurato scintillans vellere brutum:
Hic modicas æqui defundunt temporis auras.

Emergunt etiam simili duo sidera cœlo
Æstate in media, quorum canis altior vnum
Efficit, & maius: minor ipsa canicula, quæque
Maiores ignes, maiores attulit æstus:

Pulcrum vtrunq́; genut stella, cui nomen ab vno
Ausonij candore ferunt, quia scilicet altis
Scintillat radijs, & multo lumine fulget.

Autumno primis apparet gratior vndis
Arcturus, surgitq́; iterum moribunda per imbres
Pleiadum formosa cohors; formosus & arcto
Delphinus splendet: cunctis simul annus ab astris
Alter adest, totidemq́; alti quot tempora solis.
Omnibus inferior regio variabilis aer
Mutatur, perditq́; snos, & comparat ignes.

Mensis.

Annorum vt series phœbus, tractusq́; gubernat,
Æthereos, sic clara suos fert Cynthia menses,
Quos totidem quadris variat, nam quattuor, istæ
Scilicet in septem clauduntur noctibus, horas
Addite, quo totus constatur lumine mensis
Ter senas referens luces vnamque, decemq́;
Prima ergo in quadra nitido iacet abdita sole:
Postea falcatam gibboso corpore formam
Suscipit: hinc plenum tribuunt duo lumina vultum:
Inde retrò rediens iterum Lucina minorem
Continuò ostendit faciem, tandemq́; recedit.
Huic quoq́; suprema vires, longiq́; potestas
Imperij data iure fuit, iure inclita noctis
Hæc domina, & totum celebris regina per orbem
Hæc cœlum mouet inferius, terramque, salumq́;
Hæc humorem, hæc frigus habet, flammasq́; talentes:
Hæc plantas, hæc dura potest animantia certis
Alternare modis, & membris rumpere formas,

Et

Et vires herbis, alio quæ tempore dura
Morte rapit, sternitq́; solo, tollitque vigorem.
Hæc maris extollit fluxus, iterumq́; refluxus
Abijcit, atra quibus gelidos mors occupat ægros.
Septenas Lunæ refugit caro porcea luces,
Fuso humore madent, & molli viscera nexu:
Vtraque difficilis parientibus, vtraq́; Luna.
Difficilis grauidæ, & purgando incommoda ventri:
Vtraque mensalem riuum mouet, vna puellas
Quæ noua, longæua vetus est prænuntia matris.
Hæc nato trahit exitium, certum vtraq́; tempus
Concepti accelerat fætus, hæc germina promit
Decrescens, confertque actis radicibus aucta.
Omnia maiores Luna crescente vigores,
Maioremq́; tenet molem: cum tota recedit
Decrescunt, virtusq́; minor: sic lumina catti,
Sic hominis cerebrum, positæque per ossa medullæ
Mollia, sic feruent auctis olea abdita vasis:
Sic poma arboribus, vasto sic æquore pisces
Ostrea, sic laues concha, & conchilia picto
Murice, & accrescit puteis nigra vnda profundis.
Scissa malos quæ ligna ferunt sonitusque, tonosq́;
Sub pleno, magis herboso nox rorida campo,
Et minor in catulis aura est; vistigia non sic
Vltima; nec leporum cubitus, finesq́; sequuntur:
Tunc grauiora sacri displodunt vulnera morbi,
Tunc caput ex somno grauius, fædosq́; colores
Frons patitur, ruptoq́; exit de pectore sanguis:
Tunc lecti putrent fructus, & cæsa ferarum
Corpora: crescit amor veneris, crescitq́; ruente

Peste

Peste malum, seuiq; horrenda ad funera succi.
Hinc & septenis, nec mirum est, maxima virtus
Accessit, roburque ingens: sic reptile septem
Noctibus oua parit: teneros lux septima natos
Commutat, totidem quos ornant dentibus anni.
Sunt quoq; fælices, sunt terque, quaterq; beati,
Fælices pueri, quorum mas septimus arcet
Horrentes collo scrophulas: septenaq; partus
Accelerat famella graues: dat septima vitam
Seminibus leuis hora: puer quos vocis honores
Accipit, hi veniunt septena ad lumina. quosq;
Pubertatis habet mores, & mobile pectus:
Septima robustum perimunt jejunia corpus:
Per septem luces decurrunt omnia morbi
Tempora, per totidem pariter soluuntur, in orbe
Mira dies, cunctis mira est lux septima rebus,
Mira quidem, qua confecto requieuit ab axe
Omnipotens, septemque dedit quæ sidera cursu
Mutarent longa extremas per secula terras.

Luna etiam varijs signorum in viribus, altas
Assumit vires, quandoq; amittit, easdem
Mutat, & alternat varijs totum aera flammis:
Diximus astrorum formas, natumq; vigorem.
Hac lege innumeros ruris cultusque, sataq;
Obseruant duri agricolæ, camposq; liquentes
Perficiunt: primo bifrontis lumine Iani
Gallinis statuunt cubitus, sarmentaq; duro
Ære secant, plantantq; rosas: Plutone sequuto
Citra serunt, lentesque hortos, segetemq; per arua

Triticeam

Triticeam: prodest iucundis martius herbis,
Mutandoq́ situ bacchi: concedit Aprilis
Inserto vires oleo, porrisq́ serendis:
Maia greges tondet fessos, & mellea castrat
Munera, Iuno boues, hac lenis braßica gaudet,
Hac milium: primo celebrati Cæsaris auo
Pastinaca suum terris, rapæq́ vigorem
Accipiunt sata: seminibus sunt aqua legendis
Tempora, queis ternos conspexit Roma triumphos.
Septeno sub mense iuuat de gramine siluas
Auferre, & molles duris de vitibus vuas:
Octauum tempus cunctis est glandibus aptum
Sternendis; nono terra dat farra colonus,
Et decimo, durisq́ solum proscindit aratris.

Ista potest, hac illa mouet: sic arua, satumq́
Sic regit illa gregem varium: sic nostra gubernat
Corpora, præsertim humenti qua lenta vultu
Vt pueros, fluidosq́ senes; mollesq́ puellas.
Hos autem luna fines, motusq́ quaternos
Distingunt totidem lucentis tempora phœbi.
Iucundum ver prima refert, exusta secundam
Quadram æstas imitatur: item qua tertia monstrat
Autumnum, qua quarta hyemi respondet: easdem
Quaq́ dies tribuit soli: pars fulgida noctis
Ver sequitur: cum lux alto micat aurea cælo,
Vmbrosæ prior æstati, pars vltima sicco
Autumno similatur, hyems sedet vltima, quando
Nox tegit obscuro gelidas velamine terras.

Secunda causa aerē mutans.

Sunt illæ cæli causæ, motusq́; supremi,
Infandiq́; orbes: nunc quæ grandi infima Luna
Subiaceat regio, qui toto cardine tractus
Terrarum, pontiq́; vias, atq́; æthera dicam.
Musa mihi totum memora, quo margine tellus,
Quo fusæ pateant ripæ, quoq́; æquora portu,
Et quibus ætherea concrescant finibus auræ:
Tu nemus omne, lacusq́; omnes, cælumq́; per terras.

Regio ætherea.

Ardentes inter flammas, terramq́; iacentem
Tres extant cælo regiones, viribus omnes
Distinctæ, variæque locis: prior ignea tangit
Lumina, & inferius montis loca proxima currit:
Tertia per terra faciem, perq́; æquoris vndas
Incedit, medio residet pars cætera tratu.
Prima habet intensum siccis cum viribus ignem.
Propter cælorum raptus, vicinaq́; flammæ
Verbera, & exustos quos subdit terra vapores.
Ima calet partim confusis obruta fumis,
Quos tellus, lymphæque ferunt, partimque reflexos
Solis habet radios: medio quæ ponitur, istis
Orba iacet, neq́; sunt raptus, neq́; communius ignis
Insurgit, nec cum saliens inflectitur ardor
Aureus huc tendit: duo circum denique currunt
Corpora, quæ media regionis frigus, & arctum
Cogunt esse gelu, durosq́; per aera casus.

His ergo cæli spatijs, atque aere in ipso
Innumeræ surgunt quæ mutãt aere causæ.
Quattuor imprimis totum funduntur in orbem

4^or^ Ventus

Ingentes furiæ, terrens quas Æolus intra
Celsa domus premit imperio, nectitque catenis.
Hic quoq; rarentes pluuiæ, furibundaq; grando
Gignuntur, duraque niues, rorésq; sereni
Hic glacies, densumque gelu, pulchrumq; colore
Mamna suo: sic mella fauis, albæque pruinæ,
Et soles, & picta iris, tenuesq; corona,
Virgaq; difformis, varijq; nitoris hiatus:
Nec non horentes aduerso marte Cometæ,
Crinitiq; micant ignes, tonitrusq; sonantes,
Fulmineique ictus, & claris fulgura flammis,
Atque aliæ cæli formæ, speciesque per orbem
Æthereum, longo quas nunc depromere versu
Fas erit; vt fines pateant, arcanaq; rerum,
Atque omnes liquidum quæ mutant aera causæ.

Venti.

Cum Sol ardenti tenebrosum lumine mundum
Exhilarat, placideq; fouet simul omnia vultu:
Hic tellus, placidique vndæ virtute caloris
Soluuntur, variosq; exhalant vndique fumos:
Hi superam in sedem fugiunt, qua sæpe morari:
Cuique datum, dictasque omnes assumere formas:
Isti ergo calidi quando, arentesque (nec ingens
Est leuitas) cæli tractus dum tendere in altos
Contendunt, mediæ regionis frigore pulsi
Inferius, retroque cadunt, totumque per orbem.
Fusi errant venti, nec in vna sede quiescunt.
Quatuor hos prisci totidem de partibus orbis
Constituunt, finguntq; locis, & nomine lustrant.
Primus ab aurato solanus prouenit ortu,

Spirat

Spirat ab occasu Zephyrus, septentrio durum
Fert Boream, mollemq; ater Notus obijcit auram.
His alij iungunt alios; octoque figurant:
Bisenos ponunt alij, quorum vltimus ordo
Noster erit numero pars est hac verior omni.
Solanum à dextris sequitur Vulturnus, ad estum
Eurus adest: laeua Zephyri Lyps horridus instat,
Dextra agilis Corus: grauidum celer africus austrum
Phaenicasq; tenent: hic dextris, ille sinistris.
Aspicit occasus Aquilo, fuluum altior ortum
Cyrcius, in medio velox septentrius efflat.
Inuenère alios nautae, sua numera, ventos:
Hos illi tractent: versent hi flumina, & aequor,
Turrigerasq; petant aduerso murmure naues:
Nostri omnes gradibus distant aequalibus, omnes
Insicco lentore ardent: nanq; omnibus vnum est
Principium vitae, raptique exordia fumi.
At quoniam venti varios tractusque, viasq;
Cursu agitant, variosq; situs, multosq; locorum
Perlustrant mores, distinctas vndiq; formas
Suscipiunt, mutantq; aduersis viribus orbem.
Solanus calet, & siccat: de parte resurgens
Aduersa humectat Zephyrus, frigetq;: calores
Auster habet, mixtasque atra caligine lymphas:
Contra errans multo boreas cum frigore siccat.
Quae virtus eadem ventis lateralibus aequo
Respondet dissecta gradu: quae torrida rursus
Flammantem dat Zona Austrum, sole aridus hic est,
Quem tamen humentem maris ingens copia fecit.
Per campos, rupesq; volans, desertaq; dura

Plena niuis, rigidus multum Septemtrio frigus
Accipit, & rigidis feriens algoribus aret.
Defesso iam sole parum frigescere lenis
Incipit, atq; fretis Zephyrus fumantibus humet.
Hæc tamen in cunctis non æqua est regula terris:
Vere rigent quandoque Noti, medijq; diei.
Frigescunt austris regiones: addimus vrbes
Quas rupes ex parte maris, montesq; niuosi
Circunstant: pariter multis Algarbia ficis
Addimus, & siquæ simili sunt limite gentes.

His ergo formis, his venti viribus, omnes
Alternant terræ mores, & corpore succos.
Auster languentes artus, & languida reddit
Corpora, diffunditq; leues humoribus auras:
Iste foras vales internos reuocare liquores,
Et cæcos reserare poros: hic aspera mollit
Guttura: putrentes hic pleno corpore febres
Excitat, & tepido nigrantes vertice somnos.
Est sanus Boreas, sed molli à vertice rheuma
Comprimit, & rigidos læso trahit ore catharros:
Indurat membrum pariter, clauditque meatus,
Astringitque vias, & laxam roborat aluum,
Et fugat vrinam, & sæuæ fera vulnera pestis.
Solanus, Zephyrusque acti pro parte diei
Sunt varij: verùm melior qui currit ab ortu
Simpliciter censendus erit; pars nobilis addit
Æquam temperiem vitæ, formamq; salubrem.

Cum verò eximis subit exhalatio terris Cometa.

3 afs · Syps —

In superos cæli tractus, quæ sicca calorem
Suscipiat, multas vario pro corpore formas
Induit, & varios diuerso marte colores:
Nunc hastam, sydusque volans, nunc fusa columnam
Flamma refert; nunc forma nitens argentea, nunc est
Illa rosa, succensa modò sunt corpora vultu
Terribili, saltantque suo de more capellæ.
Hæc multa, & viscosa nimis, semperque cohærens
Si fuerit, motusque locis se tollat in altis:
Aut si de propria pars labitur ignea sede,
Quæ non tanta breui spatio fumum hauriat omnem,
Nec multo pereat, medios aggressa vapores
Accendit, sicq; horrentes, mirabile visu,
Apparent parte alta ignes, sæuiq; Cometæ,
Inque obitum solis ducti ex oriente recedunt.
Hi quoque diuersas alia pro sorte figuras
Suscipiunt: medio fumus si crassior, atque
Per latera existat rarus, fit visile telum.
Crinibus armatum varijs; sic ille micantes
Diffundit radios mundo spectabilis omni:
Ast si materia hæc partem extendatur in vnam
Tantundem, si longa nimis sit, cauda vocatur
Caudati, breuiorq; eadem barbata manebit
Stella: fuit cum densa adeo vt se vertere nulla
Parte queat, tunc pila manet: diuersa colores
Causa facie pariter, claros quæ rara, nigrantes
Densior, in media reliqui sunt arte nitores.
Hi morbos, pestem, & lites, sterilique minantur
Infandum campo exitium: isti vulnera rixis
Iuncta mouent, cædesq; armis, hominumq; superbos

Accen-

Accendunt in bella animos: metuenda profundis
Visceribus telluris hiant spiracula, & horrens
Fit motu sonitus, tremebundusq; exilit aer:
Ventorum dira consurgunt vndique classes,
Qui maria ac terras agitant: tunc viribus arbor
Versa solo figit plantas, pendetque retortis
Crinibus, humanam referens inuersa figuram.
Tantaque maiestas superis, tamq; alta Cometis
Est virtus, vt nec mundi magnatibus ira
Parcat agens, tulit interitum quoque regibus acrem.
Sæpe malum, nullum hæc donum, nullam ista salutem
Signa ferunt: semper timido sunt horrida vultu.
Hæc faciunt ignes validi, virtusque Cometæ
Belligeri: nisi maiori de lumine causa.
Impediat, magno velut ingens Cæsare damnum.
Nam mutant hos signa modos, has syderavires.

Fulgur, tonitrus, & fulmen.

Ast quando in media friget vapor humidus aura,
Densatusq; magis nubem erassescit in vnam:
Si forsan (fit sæpe) illuc halatio siccans
Conueniat, nubemq; intra se se inserat ipsam:
Hic vndam effugiens, inimicaq; frigora, primo
In durum conuersa globum magis ignei, & inde
Egressum quærens nubem quatit, atq; per imas
Erumpit teneræ partes, vbi fulgura tortis
Ignibus irradiant, & cæco lumine terrent.
Postea terribilis cælo sonus increpat alto:
(Hunc tonitrum de voce toni dixere priores:)
Hic turbat molles animos, hic percutit aures
Horrenti strepitu, varioq; à Sydere tetris

 Diuersam

Diuersam & monstrat stragem, & florentia dona.
tandem per longos descendunt fulmina tractus,
Et quacunq; ruunt flammis pascentibus omne
In cineres vertunt albos, torrentque calore.
Quòque magis res dura obstat, corpusque resistit
Impatiens, plus sæua nocent: quò mollior extat,
Estque suis plus rara poris, minus aere, rogoq;
Vritur, atque minus patitur: nam defluit horrens
Flamma citò, & citiùs transit, quam lædere possit.
At duris sistit rebus, dumque atra moratur
Continuò magis exurit, sæuitque per ipsas:
Sic illæsa manet vestis, corpusque profundo
Frangitur, atque caro quandoque in tacta rubescit,
Ossaque læsa cadunt: sic forti ardore micantes
Contingit solui gladios, supraque tegentes
Vaginæ nulla accipiunt incommoda, quodque
Durius est, clypeum moles quæ ferrea cingit
Vsta rogo perit, & reliquum laudabile fulget.

Procella. *Huic similes aliæ perturbant æthera formæ*
(Ecnephias dicunt græci, Latijque procellas)
Cum media sub nube iacens vapor ille minoris
Crassitiem lentoris habet, non flammeus altum
Ardor adit, bellum effugiens, nubemque rigentem
Inferius rapitur violentus, & æquore toto
Discursans frangit puppes, mergitq; profundo.
Si tamen hunc nubes geminæ propellere ventum
Contendant, oritur vario discordia bello,
Et partem superans aliam, pars vna, deorsum
Vi trudit, recidunt ambæ, terramque per imam

Circuitu

Circuitu volitant,& curuo turbine certant.
Denique cum tantus fuerit nube impetus,vt secum
Auram,ignesq; ferat,rapidis volat aureus ardor
Cursibus,& velox furibundo in lumine prester
Incautos terrens animos,atq; æthera turbans.

Hiatus, & vorago.

Nocte serenata calidos cum splendida fumos
Cynthia,vel siquod cælo clarum enitet astrum
Accendunt; medijs si pars densata vaporis
Vna obstat,raroque fugit pars altera vultu,
Longius apparet medium,quia nigrius,albet
Maiori fulgens extremum à lumine,sicque
Apparet nobis medio vicinius illo.
Quale modò leui pictoris imagine longum
Fallit iter,fallunt vmbræ,fulgentque propinquis
Alba locis,nigrumque tegunt quæ lucida campum.
Non aliter cælo barathrum,nigrisq; vorago
Faucibus emergit:sic parua molis hiatus
Longinquum cunctis offert spectantibus ortum.
Si neq; rara nimis,nec densa hæc nubila multum
Extiterint,alij diuersa luce colores
Se tollunt;rubens cum Sol,aut Luna vaporem
Collustrant siccum:quando leuis humida fumi
Aduerso radios pars excipit,vndula retro
Cæruleam assumit faciem:sic tempore sicco
Occasus rubet,& pluuijs stat cærulus austris.

Area.

Cum vapor æthereis directè opponitur astris
Idem, vnusq; volans,& grossi corporis,illuc
Collucens tendit radius,densique refractus
Occursu fumi in partes diffunditur omnes

Circuitu accinges nubem, formatque coronam:
Hæc potius Luna in medio, & maioribus astris,
Quam nitido sub sole micat; summo iste calore
Materiam exoluit: fortis perit ae ra causæ
Viribus, & parua Lunæ virtute quiescit.
Si verò hic multum densatur circulus, vndam
Nuntiat: in varios cum ruptus spargitur orbes,
Horrentes abit in ventos: cum soluitur; atq;
In nihilum fugit emoriens, trahit ille serenum
Tempus, & auratum splendente sub aere solem.

Iris. Si quando rorante imbres in nube reflexi
Splendescant solis radij, manet iridis arcus
Mille trahens varias auerso lumine formas,
Præteriti signum fluctus, pacisq; futuræ.
Subflauum imprimis generat lux firma colorem:
Debilior viridem radius depingit, & inde
Purpureum vis parua gerit, viresque coruscans
Vlterius perdit radius, nubisq; nitorem:
Quò magis ista fugit, quò phœbo longior alto,
Tantùm obscura manet, quantùm vicinior ardet,
Clara magis seruat proprios quos sumpserat arcus.
Nonnunquam triplex micat hæc, primaque secunda
Iris imago nitet, partesque acceptat easdem:
Sed vario diuersa loco: quæ terna, secundæ
Reflexis nitet in radijs, primaque colores,
Atque situm seruat, sed paruo est debilis arcu.
Halon. Iris ab Halone est multis distincta figuris:
Semper Luna iris, vel claro Sole coruscat:
Sidere sub nitido micat halos: tempore durat

Istis

Ista breui, longoque iris: nunquam integra lucet
Hæc, in perfectos Halon effingitur arcus.

Cum nubis variæ difformi in corpore partes Virga.
Crassæ aliæ, tenuesque aliæ cernuntur, & ipsa
Ad latus apparet phœbi, rectèque iacentem
Descendit terræ ad faciem, fit virgula multis
Picta modis, longamque ferens de Sole figuram.

Verùm transparens eadem, densoque resistens Soles.
Corpore, quæ cunctas tenet æquo pondere partes,
Et facile in liquidas tota est mutabilis vndas:
Sic micat expressa formosus imagine phœbus,
Verus, & hac species: tres sunt, cum lucidus ardet
Læua in parte vapor diuerso à lumine, sicque
Cælesti cum Sole duplex apparet imago,
Atque triplex vario splendescit in aere phœbus.

Apparens alius nitido color æthere surgit, Via lactea
Sed tamen octauo verè est via lactea cœlo:
Namque huius pars vna aliis cum densior imos
Accipiat solis radios, lucente refracti
Corpore, candentem præbent ad lumina formam.
Illa igitur signo geminis deducta, sagittam
Arciferi claram repetit, tandemque recedit.

Ast pluuiæ, terrensque atra caligine grando Pluuiæ.
Gignuntur, blandoque leuis cum rore pruina,
Fitque gelu glacies, fit pulchro manna colore,
Fit nix alba, apibusque cibus mella aurea: quando

Humidus

Humidus æquorea se se vapor extulit vnda,
Quem generant fontes etiam, quem grandia mittunt
Flumina, & exhalat siquem terra humida fumum:
Hunc Phœbus rapit, & medium super æthera ponit:
Illic concrescens regionis frigore, densas
Vertitur in pluuias: sic maius nubila frigus
Suscipiant, nix alba riget, medioque cadentes
Si cursu densentur aquæ, manet horrida grando.
Humida si quando ferat exhalatio secum
Commistum pariter flatum, tunc plurima cælo
Pro solitis cecidisse vndis animanteia certò
Concedunt, terræ vermes, ranasque paludis,
Pictaque saxa modis: rubeo nunc sanguine tellus
Visa madens, leniq; fuit modò candida lacte:
Nec non & rigidum communi pondere ferrum,
Et lateres volitasse ferunt: sic vellera cælo,
Sic lanam, & diuisa horrentis frustula carnis.
Non alio puteis genere, atque paludibus atris
Vnda iacens, siccoque auræ permixta vapori
Turpes exhalat flatus, atque horrida monstra.
Hæc verò æstiuis potius feruoribus adsunt,
Quam durum per frigus, adest tunc maxima fumi
Copia terreni, & mediis regionibus algor:
Vnde fluunt raræ, sed magno corpore guttæ.
Sunt nebulæ nubis tenuata superflua, quæque
In grossas nunquam potuerunt frigora lymphas
Vertere, & idcirco claro cum sole serenam
Portendunt lucem: terrarum in sedibus imis
Exurgunt aliæ, quas in sublime leuari
Impediit prorsus substantia crassa, suoque

Pondere

Pondere in inferius tendunt, etiamq; serenum
Tempus, & auratum mostrant, super aera solem.
Cum tenues calor astrorum, Phœbiq; vapores
Subleuat, atq; ima cœli regione quiescunt
(Non hos ad mediam potuit deducere paruus
Ille ardor) nigræ densati frigore noctis
Alquirunt roris formam: si maius eadem
Sit frigus regione, prius quam vertat in vndas
Congelat, atque fluit tenuis pro rore pruina.
Non istæ obscuro labuntur tempore guttæ:
Ascendit cælo potius vapor ille sereno.
Siquæ, ingens cum frigus erit, cecidere pruinæ,
Fit glacies concreta gelu; tenuiq; vapori
Si crassus, siccusq; simul iungatur, vtrunq;
Melque, & manna feret: fuerit si plurima fumi
Portio terrestris, tunc dulci manna sapore
Durius efficitur: sed cum vapor humidus atrum
Vicerit, apta fauo remanent alimenta priori.
Cuncta suis liquidas distingunt viribus auras,
Diuersumq; mouent corpus, pro luminis ortu
Cærulei, solisq; rogo: iuuat illa nitentis
Cæli forma, iuuant concreti exordia fumi.

Tertia causa terrestris aerem mutans.

Postremò longæ permutant aera terræ,
Diuersumq; soli genus, & diuersa per orbem
Æquora, diuersique sinus, montesque, locique.
Vtq; suas cælum partes, vtq; ignis easdem
Continet, expressas in longo carmine, tota
Sic tellus diuersa locis, & finibus errat.

Quattuor existunt vario discrimine partes,
Europa est, Asiaque duæ, quibus additur ingens
Africa, & Americi quæ pars fælicior astri
Sunt itidem Zonæ quimque, longissima septem
Sunt climata, ignotiq; alia de parte recessus.
Triginta totum accingunt lata æquora mundum,
Et nonageni diuersis partibus amnes
Magni etiam, longoque fluentes gurgite semper
Sunt quadraginta montes: quibus insola nomen
Viginti, septemq; situs: queis Martius olim
Prouidit populus regiones septuaginta
Atq; octo: insignes varijs sub regibus vrbes
Septuaginta extant, triplicatoq; ordine centum.
Sunt quinque, & centum gentes, quibus addere fas est
Viginti: totidem numerant alias nouus æther,
Ignotiq; ferent aduerso cardine fines.

Incipit ex ortu tellus quo limite diues
Sina ardet, viuuntq; aliæ, sine legibus vltra
Vicinæ soli gentes: finitur ad atros
Occasus eadem, sauos vbi condita mores
Olim seruarat regio, quo postea tractu
Hispani cæpere noui, Lusique priores,
Lata principium terræ dedit humidus auster
Littoris ad fines primi quo Nilus, & aruis
Stat Meroe fæcunda suis: finem insula Thulis
Imponit, clauditque areto cum frigore mundum.
Infandæ medio terræ, infinitaque multis
Regna iacent populis, numerosoque æquora campo.
Has tamen extenso non tantum promere versu,

Sed

Sed numerare quidem longum est, prolixaque cunctis
Historia, & nostri quæ transit muneris oras:
(Lata Geographiæ series) communia dicam
Arua, vbi temperies variæ, longiq; recurrunt
Ætheris effectus: reliquo noua semita mundo
Inde patet, certum reliquas iter aspicit vrbes.

Ingemino bina quæ surgunt limite Zonæ
Frigore continuo torquentur, & imbribus atris
Concretaq; rigent glacie: his habitatio parua est,
Et multi sine gente loci, sine cultibus agri.
Has circum immanes Scythiæ, morisque ferini
Sauromates, Gotthusq; ferox: hic pontus, & Ister
Riphæique iacent montes: hic Anglia multis
Stat senibus, longosq; videns Olandia soles.
Hic auster, longiq; Arabes; hic ima remotas
Arua patent vltra Ægyptos, Nilumq; fluentem.
Istis iunguntur totidem, queis maxima constat
Vita hominum: claræ hoc luces, hoc mollior efflat
Aura polo: magis hoc cælum tolerabile, frigus
Non tantum, non tanta ignis violentia corpus
Arripit: hic maior cultus, sapientia maior,
Atq; decus; maior legum reuerentia bellum
Substrahit, & rabidas premit æquis moribus iras.

Has inter Zonas media est, vbi torrida semper
Flama vrit, rectisque ingens ardoribus æstas
Humanam obscurat faciem, vibratque capillos.
Hic semper tempus simile est, semperque resurgit
Lux tenebris, noctique dies æqualis, & omnes

Apparent æquo similes sub tempore fructus.
Hic etiam pauca viuunt sub cardine gentes:
Sunt multis deserta locis, atque invia siluis
Æquora, sunt grandes colubri, horrentesque lacertæ,
Et vario morsu vermes: iacet undique tellus
Plena feris, quæ dente nocent, quæ aspectibus atris
Deterrent animos, haustu quæ sæpe viantes
Absorbent, nec vasta ingens grauat ilia pondus.
Æthyopum maior pars est ubi perfida quondam
Gens fuerat, duraque animis immanibus iræ:
At postquam Lusi arma viri, regisque supremi
Persensere iugum, & diuina munera legis,
Statim naturam facilem, & tractabile pectus.
Arcu deposito tenuerunt, ortaque cæcos
Lux adijt sensus, superumque induxit amorem:
Nunc Luso parent regno, cui plurima soluunt
Debita, seu dulcis sachari, pulchrive metalli,
Siue coruscantis genera ad sruilia gemmæ.

Climata. *Est quoque diuersus pro septem tractibus ear:*
Ardens in primo calor est, ubi torrida gentis
Pars iacet Æthyopum; florens ubi Sina, fretumque
Ingens purpureas trahit alto gurgite Lymphas.
partim Indus, partim ardet Arabs, ægyptia partim
Regna ardent, tota & Lybia maioris origo.

Hinc aliud longè spatium, quo proximus ardor
Ignis agit, quamuis minor ille: hic Tingis, & ater
Casarea horrentis vultus, mittensque leones
Sylua Afri, Numidæque truces, populique feroces

Marma-

Marmarica: tota Ægyptus, Gætulia partem,
Partim Arabes, Sinaque ferunt, tractusq́; priores.

Tertia pars æquos æstus, æquum attulit ignem,
Qua Cypri, Synaque loci, qua Persis, & altas
Fert Babylon formosa domos: hic fusa, ferique
Carmeni, Lataque hærens Arachosia Drangi,
Ariaque, & Parapanisadæ, Iordanaqua regna,
Desertique Arabes, & pars Petræa: secundi
Multa etiam climatis patria, finesque prioris.

Syriaq;

Aptior in quarto locus est, & suauior aura
Temperies, quo prisca omnis sapientia, & omnis
Vis fuerat: quo clara Rhodos, Hebræaque longè
Regna iacent: sunt Assyrij, facilesque sagittis
Parthorum populi, latoque Acchaia portu:
Nec non ingenti celebris qua Pamphyla tauro,
Et sardi. Epyrique solum, quæque æquore terret
Trinnacris, & fortis Macedum terra inclyta rege.
Italiæ pariter locus est, & Bætis: & omni
Tarraco, quæ mater patriæ, multaque, priores
Quas tractus retinent, & quas pars tertia sedes.

Non valdè hinc lapsum est, nec multum dissidet ista
Quintum à parte clima: est isti concessa supremo
Da cælo virtus, cunctisque potentia terris:
Nec minor agrorum cultus, ventique fluentis
Temperies, lenisque astris clementibus aura
Hic sunt Italiæ fines, Hispaniaque alto
Rege potens, superansque omnem pars lysia tractum

Clara viris, clara imperio, & florentibus armis.
Hic Tybcris, mundique caput Roma inclyta, & omnis
Europæ Lisbona decus: stat Pontus, & atro
Creta mari, Illyridesque oræ, Daciaque rigentes:
Sunt etiam Vngarÿ, Narbonensesque recessus,
Et Chersonesi terræ, & perflantis odores
Armenia, & profugis qua mixta est græcia gallis:
Quæ tygrides Hircana feras, qua Mæsia fortes
Pascit equos: qui Bactri opibus, qua tota resistit
Difficili Margana aditu: pars vtraque Ponto
Subdita, sacari pars bellacissima regni,
Et miras texens nulla inter prælia vestes.

Proximus huic sextus succedit in ordine tractus,
Nec multum absimiles auræ, cælique nitores.
Hoc pars Hesperiæ sedis iacet Astur, & alti
Pirenum montes, victique Nauarria iuris.
Tres quoque Gallorum populi, clara Austria, clari
Vindelici, clarus robustis Vngarus armis,
Binaque Sarmatiæ regio: stat Caucasus ingens
Armeniam, Colchimq́ ferens, queis proximus Ebri
Procurrit campus, simílique Albania crine,
Atque alij, quos quinta dedit partitio, campi.

Septimus hinc oritur, cælestique vltimus orbe
Circulus, horrenti qui maius in æthere frigus,
Maiorem sentit glaciem, terraque rigorem:
Quas etiam quinti, & sexti sub finibus oras
Ferre licet; pariter frigent ea regna situsque.
Hoc igitur tractu postremis Gallia terris,

Multa-

Multaque Germani polis est: hîc plurima tellus.
Cappadocum, maior Scythiarum copia, maior
Seriaca regione orbis, Boreaque gelante.

Has prisci numerant terras, hæc æquora, & vrbes:
Sic errat totus diuerso tramite mundus.
Non tamen hoc satis est: geminos nos addimus orbes,
Atque genus climatis geminum: non ista vetustas
Nouit, non tantum fuit illis nauibus æquor.
Longas nostra vias, longam terram attulit ætas.

Ante prius clima sunt multa, gentesque, plagæq;
Terra sub Ægypto lata est: par subiacet orbis
Vltra fælices Arabes, populosque nigrantes,
Et longæ partes lybiæ: dant vltima Sinæ
Huic loca, & interni quos continet India tractus.
Hîc Taprobanæ longis nata Insula terris,
Et Chersonesi pars est, atque aurea felix.
Suscipit hæc flammas tellus, velut vltima frigus
Quæ post septenum clima ponitur, Anglius vnde
Pontus abit, quo Germanus iacet æquore miles,
Scotusque horrescens, & rupibus Albion albis.
Hîc est hybernum referens Hybernia tempus,
Hic & Hyperborei montes, atque vltima thile,
Danorumque sinus, & duro suauia marte.
Hîc quoque vicini bellis concordibus astant
Gerlanai, Orlandique duces: stat Gotthia partim,
Partim Sarmatiæ, iuga partim altissima montis
Immaui, & rigidi quæ pars longissima tractus,
Atque alij quos longa dies longa inuenit ætas.

Ergo nouem simili currunt sub cardine tractus
Terrarum, sua stat quouis (vt diximus) aura
Ast de victrici stat palma quæstio, adhucque
Indecisa manet, varioque in iudice lis est.
Dat quarto palmam climati Gallenus, eandem
Hippocrates putat esse coi, sequiturq; parentem
Multa cohors: Arabum princeps moderamina ponit
Æquales inter noctes, æquosq; caloris
Excessus: etiam lybica de gente superbus
Hanc quinto laudem concedit Auerrous, hancq;
Defendunt aliqui partem: Manardus, & huius
Temporis affirmant alij climata omnia sextum
Vincere, & in toto fieri moderatius orbe.
Ast ego nec quarto, quintoue hanc ponere laudem
Auderem climati (tellus fugit altera litem)
Diuersa sunt cuique vrbes, varia æquora, montes,
Atque humiles in valle situs: distincta per omnes
Temperie sequitur ratio: loca plurima tractus
Quintus habet, quarti possunt quæ vincere terras,
Et contra: ast medium quartus terræque, polique
Obtinet, extremis reliqui sunt partibus orbes.
Quapropter varios quouis sub cardine mores
Terrarum, variosq; situs partire licebit:
Isti etiam corpus variant, atque æthera mutant.

Situs tertia causa aerem permutans.

Imprimis loca frigescunt sublimia, in istis
Flecti non potuit radius solaris, & omnis
Vndique respirans tenuem facit aera ventus:
Subtilis volat inde magis, membrumque resistens
Perforat, atque imas ventris se immittit in aluos.

Exsic-

Exsiccant magis hæc pariter, nam humentibus absunt
Fontibus, & nullo terrarum humore madescunt:
Purior aura tamen, locus iste salubrior, alto
Putrentes de monte auras, Pestemque retundit.
Contra humilis se tractus habet, qua sistere phœbus
Parte potest, leuiterq; euris perflantibus auræ
Putres conseruat fumos, cœlique calores.
Hic minus est purus situs, & morbosior, at plus
Decrepitis iuuat in senibus, plus seruit & illis
Qui tingunt flaua moribundum syncope vultum,
Vel qui perpetuis efflant suspiria ventis.

Quæ loca sunt Boream versus sublimia, flammas
Emittunt: minus algescunt quæ plana: deorsum
Quæ vergunt, torquent ingenti frigore: ad ortum,
Occasumque situ quæ sunt decliuia, terræ
Temperiem minus immutant: vna aptior vrbs est
Quæ medios cernit soles: quæ pessima lustrat
Oras infensi Boreæ, septemque Triones.
Hoc quoq; in arboribus visum est: quæ respicit austros
Maiores æquo maturat tempore fructus,
Et plures: nostro illa magis iucunda palato
Poma gerit, suauique magis componit odore.

Hæc inter, mediam sedem, mediasque receptant
Temperies salsis quæ sunt loca proxima ripis:
Nec minor ista salus alij: hic crassior aer
Phæbeis pariter flammis, & frigore pugnat:
Putrem etiam absumit flatum salsedine, & annos
Humore elongat placido, faciemq; serenat.

Testis Vlysippo insignis, qua cernitur omnis
Terrarum splendor, leui qua pectore vultus
Sunt rosei, leneśque aurato vertice crines.
Hic quoque continuò ventis spirantibus auræ
Purgantur, ponuntque accepta incommoda, frigus
Omne calet, calet articulus, resolutaque duri
Pars nerui, & gelidis hydrops decrescit ab vndis.

Quæ syluis occlusa ardet, quæ flumine septa
Vrbs fuerit, putres flatus, varioſque fluentis
Effectus auræ recipit: nunc crassior illa,
Nunc tenuis replet morbosis corpora succis.

Deterior quæ pressa cauo, strictoque sub antro
Terra iacet, quam altæ rupes, quamque vndiq; magni
Accingunt montes: nullas hæc ætheris auras
Excipit, efflatus nullos: putredine corpus
Inficit, ingentique animalia strangulat æstu.
Peior adhuc cum lympha putris, cum stagna, palusq;
Vicinum turbant putrentibus aera fumis:
Vel specus est, tellusque vorax, ædesque profundæ
Quæ tetram immittunt auram: quando horrida turpem
Terra fimum gerit, aut putrefacta legumina: quando
In cæsis rupta putrent animantibus alui:
Idque magis cum sæua hominum post bella cadentum
Fœdant sanguineos diffussa cadauera campos,
Æquum contraxit vitium quæ ducta cloacis
Aura fuit, quæ magnam vrbem, numerosaque purgant
Agmina: terribiles possunt hæc omnia morbos
Gignere, & horrendam nonnunquam inducere pestem.
Nec placet arboribus tellus quæ consita multis

Nec

Nec liquidis cum praua hortis olera, & nemus omne
Circunstans plantis, vitiosis que affluit herbis:
Præsertim si pinus erit, si ficus, oliuum,
Atq; nuces, resinamque omnis quæ procreat arbor:
Prauos expirant flatus, queis aera mutant,
Queis imum inficiunt pectus, cerebrumque supremum.
Nulli etiam placuere ignes, nulli aere fumi
Carbonum, nec rapto ater cum turbine puluis:
Humores agitant flammæ, summoque calores
Corde augent, lædunt exusti guttura flatus,
Atque oculos, superumq; caput: quæ puluere membra
Tacta dolent: grauidæ conturbant pectora tusses,
Difficilesq; volant pressis clamoribus auræ.

Illa igitur melius situata ex vrbibus vrbs est,
Quæ mediam spectat lucem gratiq; coruscos
Solis cernit equos: quam flores vndique cingunt
Vicini: quam læta hilares per gramina campi,
Quam rosei decorant fructus: herbæque salubres.
Vlteriùs nullæ syluæ, nulli æthere summo
Circunstent montes, vel prauæ flumina terræ.
Non specus, aut immunda palus, non stagna, lacusque
Iuxta adsint: tota impuris sit limpida rebus,
Et nullo expirans defuncti corpore tellus.
Sit modicus gentis numerus, tranquillaque vocum
Murmura: planities vrbs sit iucunda per omnes,
Quæ nullus labor incessu, via nulla laboris:
Quà bene composito procedunt ordine calles,
Qui longi, qui sunt ampli, quibus omnibus omnes
Quattuor occurrunt directo lumine venti,

Et quisque in faciles paulatim efflectitur arcus.
Hic populus fert quaeque suos quoque fabrica mores,
Atque suos domus vna situs.

Australi quae versa plagae, medioque fenestra
Stat soli, nimium calida est: Aquilonis ad oram
Frigescit: nitidos media est quae respicit ortus:
Solis in occasum quae tendit pessima, tardè
Huius habens ocultos aestiuis noctibus ardet,
Hybernoque ingens assumit tempore frigus.
Structa calet domus à tabulis: quae terrea friget
Deterior: verùm naturis competit illis
Quae sicca vruntur flamma, quae sanguinis vndam
Pectoribus, calidosq; ferunt in fronte dolores:
In reliquis domus alta placet: cum plurimus humor,
Magna iuuat: placet in vacuis angustior: alto
Sublimis tecto faciles spirantibus auras
Praebet, & ingentem maesta in suspiria campum:
Vnde humilis remanet diuersis improba causis:
Est melior crasso quae constat pariete: friget
A saxis contexta domus, duro ipsa calescit
A latere, in cunctis est mitior aedibus vna,
Quaeque abluta nouo, perturbat lumina, saxo

Sic mutant varijs, velut aedes, stracta figuris,
Inter quae melior lectica est: optima verò
Quae neq; parua nimis tua flectere membra, nec ipsum
Diffundi cogat corpus: non ima gelatas
Terrae auras, capiatue humentem frigore succum:
Nec terram effugiens, excelsaque pendeat, vt sic

Terrorem

Terrorem incutiat tremulans, turpemue ruinam
Ostendat, medio remanet tutissima campo:
Sit quoque firma satis, tensosq; hæc vndique funes
Inconcussa habeat: nam sic dessessa quiescunt
Corpora, nec vario turbantur somnia motu.
Tellus profecto manet iniucunda, suoque
Flatu membra grauat: quæ sunt coriacea magnum
Frigus strata prius generant, calefactaq; flammas
Postea: sic ardent etiam quæ corpore toto
Mollia labuntur, leuiter se vertere membra
Non possunt, arctoque iacent velut abdita fundo.
Quæ super accedunt varijs ornata figuris
Stramina, perturbant animos: quæ splendida, quæque
Valde tincta micant ingenti lumine sensus
Offendunt: vno præstant depicta colore,
Qui nec luce oculos feriat splendente, nec altam
Obscuret sæpe inspecta nigredine mentem.

Vestibus hæc ratio quadrat, parq; æthere virtus
Conuenit: in toto fuerit cum debile membrum
Corpore, conducunt plures, vt debile noxas
Aeris effugiat: neque sic, vt copia membrum
Efficiat rarum, atque nouis iam fluxibus aptum.
Paucas membra optant vestes quæ fortia, nudum
Forte caput melius viuit, nuda arma, pedesque
Temporis offendit minus areta iniuria, quando
Robustus nudis assuescit viuere plantis:
Morbosum verò lædit caput, indeque fundit
Rheuma calor, reperit cum nudum: frigus eodem
Comprimit hoc, cogitque auras, truditque deorsum,

Vestes.

Hæc anni tempus variat:domus ima per æſtum
Conuenit, alta iuuat per frigus: ſtragula multa,
Nec multæ verno placuerunt tempore veſtes,
Quæ tamen hyberno ſanæ ſunt:lanea eodem
Conueniunt,alto leuia algent pallia ſole.
In morbis variant etiam;nam frigida flammis
Fit domus,atque calens ad frigus quæritur,illis
Parua,leuiſque placet veſtis,ſed multa,grauiſque
Hoc reparat,curruntq́; pari ſtrata ordine:ſicque
Ceſſant ætherei tractus,& ſydera cæli,
Terrarumque ſitus,pontique acceſſus,& omnes
Ceſſant ingentem quæ mutant aera cauſæ.

LIBER

LIBER SECVNDVS DE SEX REBVS NON NATVRALIBVS DE MOTV, ET QVIETE.

ARGVMENTVM.

VNiuersalis primùm motus rationem persequitur, ipsiusque in partes distributionem, quibus relictis (vtpotè quæ physici tantum sunt) medicas aggreditur exercitationes, quorum prius genera, leges mensuramque exponit. Secundo vlteriorem in exercitio perfectioné inquirit, normas quoque, & præcepta obseruanda perpédens. Tertio quas afferat vtilitates numerat, quantum vitæ, salutiq; prosit, quò morbos fugiat. Inde quietis sociç cōpendiosam affert explanationem, ac tandem cuiusque exercitationis naturam, viresque perpendit, & commissum inter sorores bellum dirimit.

Idem

Idem.

Prima iacet veri motus distinctio, vera
Et species: hinc ad medicum transcendimus vsum:
Tunc genus, & partes, tunc membra exercita leges,
Mensuramque ferunt, pracepta, & commoda: tandem
Ipsa suas fert tarda quies viresque, modosq;
Postea quaque alios ostendit motio ritus
Enumerans, prabetque modos, normasq; seorsim,
Et sauum à placido requiescit praside bellum.

Idem.

Sunt motus; vera sequitur vera actio norma.
Et varia leges, & soror vna quies.

Post tantas mundi classes, & bella, secundo
Subsedère loco motus, tardisque sepulta
Corporibus morbosa quies, quibus alta potestas
Est etiam, vt morbos pariant: ipsosq; repellant
Viscère, dum varios mores, certasque figuras,
Et varias seruant aquali tempore leges.
Inferiùs genus omne patet, nomaque sequenda,

Principium natura mouens, atq; vnicus actus
Entis aaest, cui nullus adhuc nec terminus extat,
Nec finem sociata quies: hic actio primùm
Egrediens ab agente manet, paßoque recumbens
Paßio: sunt motus alij: sumpsère priorem
Subiecti duo membra manum, locus alter, & omnem

Alter-

Alternans motus partem: prior ille secundo
Innumeras variat sedes: est viribus alter
Naturæ, violento alius motore resurgit.
Ille iterum aut sursum rapitur, pronusue deorsum
Contendit: vel sit magnus, vel paruulus, aut est
Debilie, aut fortis, vel iam per membra cohæret
Discretus, vel continuus: iam circulus alto,
Iam via longa patet, multisq; obliqua figuris,
Quæ violentus habet, membrisque cohæret eisdem.
Alternans etiam varios partitur in artus:
Vel transit, proprioque abiens genitore recedit:
Vel manet, atque mouet subiectum immobilis intra
Hoc aut omnino, vel partim hic immanet, iste
Supposito, sed non illo sub limite sistit.
Qui transit quoque diuersas assumere formas
Assolet, est longum cunctas percurrere tempus:
Nunc per iucundos medicinæ incedere campos
Conueniet: da Phœbe animum, tu pinge salutis
Progeniem: sunt propositi gratissima nostri
Munera, sunt alij medico sub cardine motus.

Principio duo membra iacent queis subditus omnis Exercitia.
Motus inest, queis pulchra salus, quibus imminet æqua
Virtutum series, varijque occasio morbi.
Ex istis vnum est virtus exercita, & vnum
Qui torquet iam membra labor: pars prima prioris
Late assumpta potest sibi quemlibet addere motum:
At restricta magis species tantùm accipit illas;
Quæ certum tenuere modum, quæ tempus, & horam:
Et quas sponte sua, suauiq; ex pectore mittit

Mobile, dum grauius spirat, dum floreus ardet
Ore color, venaque tument, & sudor in omne
Prorumpens corpus mollem circum aera fumat.
Hic iterum vel fit validus, vel debilis; aut est
Hic celer, aut tardus; vehemens, motusue remissus;
Æqualis, vel inæqualis: quibus omnibus inter
Motus legitimos locus est: nam terminus ingens,
Factaq; stat multis exercita motio causis,
Ille iterum duplici distinguitur ordine motus:
Alter enim membri est, & parti competit uni;
Vt visus datus est oculis, vt coctio ventri,
Vt iecori placuit generatio sanguinis, vtque
Vrinam efficiunt renes, membra omnia [illegible]rnem:
Alter habet maius, pendeque à corpore toto;
Hunc varij simul articuli, hunc & plurimus edit
Musculus, exoptant æquum membra omnia finem:
Iste duplex, alius quem mobile perficit ipsum:
Vt cursus velox, vt gratis ludus in armis,
Atque pilæ leuior iocus est: pars altera contra
Nil agit, ad motum nullas dat mobile vires:
Omne externa mouent, alienis viribus omnes
Sunt aditus: sic currit eques sine pondere, & altum
Per mare nauis iter concedit: sic leuis æquo
Lectica in spatio, sic ducis currus euntem.
Ast quādo ille ingens fuerit, maiorque mouentis
Impetus, hic labor est cum iam languentia multo
Redduntur membra ex onere, & defessa quiescunt.
Non hic mensuram seruat; non tempus, & horam,
Optatum non pondus habet; nullo ille salutis
Fit medio, reparatue altæ primordia vitæ:

Sed fessum sternit corpus, perditá que salutem.

Ergo cum vitæ partes, animataque sensim
Deficiant, propriog que fluant resoluta calore:
In totum ne absumpta forent, prorsusue perirent;
Concessit natura cibos, potuq́ue liquores;
Atq́ue reluctantes spirante in pectore ventos:
Cumq́ue suas nostro mutare in corpore formas
Hæc soleant, pariterque nouum sentire calorem:
Hinc ortum, vt terno maneant de viscere multis
Excrementa modis, totos quæ fusa per artus
Naturæ frangunt vires, & corpora morbis
Offendunt: calor inde ingens, febrisq́ue resurgunt
Innumeræ species (arctos impucta meatus
Causa fouet, putresq́ue atra caligine fumos.)
Hinc hydrops (grauis vnda artus, aluosq́ue tumentes
Extollit) hæc corde metus, hæc mente veternum
Cælicola, totaque trahunt de parte dolores:
Nunc macie corpus tenuant, nunc languida reddunt
Membra operi: nunc innatum torpore calorem
Afficiunt, vitiantque ingrata albedine vultus.
Si tamen huc sanos species exercita motus
Afferat, & longas agitet sub pectore sedes:
Veloci primùm cursu membra omnia velox
Sanguis adit, sequiturque omni pernicior euro
Aura leuis, quæ cuncta fouet: spatiumq́ue per omne
Diffundit placidos radijs vitalibus ignes:
Isti autem paruum reparant in parte calorem;
Pars molem: viresq́ue capit: fælicior inde
Coctio fit, rubei melior partitio chili,

Et melior teneras quæ perficit actio carnes:
Tunc motu natura potens perfectius omne
Reddit opus: quæ fixa locis excreta profundis
Discutit, & fartos soluit pinguedine ventres:
Sic dura in membris forma, sic viscere primo
Grata fames, totoque ingens in corpore robur:
Sic micat in læui species pulcherrima vultu,
Et clarum per membra decus: sic grata voluntas,
Audacesque animi, promptique in munera sensus:
Sic lenis exultat ridenti in pectore sanguis,
Et mæror fugit omnis, adest vigor omnis, & omnes
Non iam languentes artus, sed robore firmi
Munus agunt solitum: sic tandem pessima tardè
Mors venit, & lentos ætas trahit vltima passus.
Hinc fuit vt syluis, & duro rusticus aruo,
Assumens prauum nullo moderamine victum,
Transigat incolumem vitam: contraq́; sepulti
Delicijs, tenuique cibo, & miro ordine ciues
Continuis scateant morbis (stant sæpe dolores
Mixti epulis, iunctusque leui dulcedine morbus)
Inde magis placuit maris vndula piscibus, inde
Grati amnes, quibus ingenitos piscina sapores,
Atque hilarem immutat succum: sic montibus ales
Gratior est, syluisq́; lepus, quæ morbida fiunt
Clausa domo, molles faciunt viuaria carnes,
Et latum ingrata variant dulcedine sensum.
Inde auis est melior campestribus: inde paludes
Excrementa ferunt: parui inter flumina pisces
Laudantur, prauosque creant cetacea chylos.
Insuaues etiam cæco sub carcere morbi

Nascun-

Nascuntur, putresq́; auræ, toruique colores:
Inualidum est quod semper habet tarda otia membrum,
Et validum quod semper agit: decrescit in illo
Blanda caro, at triplicem sumit quod mobile formam.
Tanta salus nostro motu est morbusq́; quiete.
Qualis cum medio forsan ratis æquore nullum
Cernit iter, pelagique imis obsistit arenis,
Flaui delinqunt animi, sperantque futurum
Exitij genus, atque horrentis vulnera Parcæ:
At postquam ingentis furibundo turbine venti
Mota, vel impositis erecta est viribus, omnes
Lætæ iterum spirant facies, iterum timor omnis
Corde fugit, tristisque alto de vertice curæ.
Non aliter grato respirant corpora motu,
Depountq́; ingens damnum, quod pessima quondam
Iam dederat requies, gratas dum verteret auras,
Torpentemque animum, grauidosq́; relinqueret artus.

Ast non mensura, non æquo pondere cunctis Normæ
Conuenit, omnis item motum non poscit eundem
Terminus ætatis: varij neq́; temporis vnus
Semper adest; pro diuerso distinguitur æuo.
Quæ magnum assumpsit calidi natura recessum
Paruos exoptat gressus: sic debile pectus,
Sic ætas puerilis habet: sic tarda senectus,
Et feruens anni tempus: sed frigida, & horrens
Temperies, durumq́; nigro cum pectore corpus,
Et iuuenis florens ætas, & frigore tempus
Concrescens, possunt maiori pondere motus
Innumeros, semperque graues sufferre labores.

Sit quoque conueniens omni labor omnis: in astu
Lympha placet, calidisque eadem: per frigora cursus
Aptior: & simili in sexu: morbosa senectus
Ambulet, & ludos teneris puer excitet annis,
Durique arma viri tractent, muliebria molles.

Tres extant leges aliæ, quas nostra requirit
Motio: prima locum tempusque secunda, duosque
Tertia diuerso complectitur ordine fines,
Vnus habens tergum sequitur, frontem inspicit alter.
Multo commodior locus est, quem nulla subintrat
Aura nocens, ventisque silet: quo grata recurrit
Temperies, nullumque efflant loca proxima damnum.
Diximus ante poli mores, atque ætheris auram
Conuenit & medio positum moderamine tempus,
Cælestesque rogi: est anni pars optima vernum,
Solis laudatur primus: quando ista recedunt
Per frigus (locus, atque dies) non corpora lenis
Vnda rigat, floretue tumens, nec mollior vnquam
Pellis hiat, nec pressa nouos dant membra calores.
Si tamen illa nimis caleant, nimis omne calescit
Corpus, & erumpit prius alto in pectore sudor,
Quam caro sit roseo mollis iam facta colore.
Tempus erit rursum, veríque occasio motus,
Cum chilus, cum passa ignes alimenta secundos,
Iuuenas sanguis, longosque illabitur artus:
Cum iam vesicæ, stomachique excreta prioris
Defugère foras: cum toto viscere nulla est
Vnda grauans: tunc per motum noua corpore virtus,
Et nouus externis subcrescit partibus humor:

Cum

Cum tamen hæc epulas sequitur, licet apta, recentes
Motio, nec primo saltem sublimine coctas,
Damnum ingens toto insurgit: pars qualibet aucto
Crudos igne rapit chilos: hinc horrida nigro
Lepra sero, liuensq́; atra prurigine membum:
Hinc capiti grauitas, imisq́; obstructio vasis
Accidit, atq́; breuis geniti corruptio succi.

Tertia lex duplicem recipit, quarum vna futurum
Præparat, & factum sequitur lex altera motum:
Illa magis corpus lentum, plus flexile reddit
Ad motum: leuis hoc implet perfrictio munus,
Et gressus leuior, trahit hanc leuis vnctio normam.
Altera restaurat vires, & fessa labore
Membra leuat: quæ clausa poris excreta profundis
Exprimit, & leuius reficit sine pondere corpus.
Hanc similes complent motus, hanc vnctio legem
Præstat, & ambabus quæ facta est frictio palmis:
Pandiculans placet hic etiam, fessoque resultans
Motus equo; iuuat in membro quæ tensa calente
Pars fuit, & clauso collisus pectore ventus.
Nunquam difficiles optant exercita fines
Sed faciles: seruantque leues exordia motus:
In medio grauiora pati, totumq́; laborem
Ferre licet, medio vires, & pondera crescant.
Qualis cum nitido sensim tenuissima sole
Gutta cadit: post hæc vndis crescentibus ingens
Fit pelagus, crescitque nouis cum viribus imber:
At tandem cessant furiæ, pluuiosaque cæli
Tempestas: iterum lenes trahit exitus austros,

Et

Et supero placidi labuntur ab æthere nimbi.

Si tamen has leges, istas exercita normas
Non seruent, nullisq; modis, nec limite constent:
Vel parcè prosunt, vel duro incommoda casu
Multa ferunt: dicto præstabunt ordine motus.

Quies. *Fert quoque mensuram certam, & discrimina legum*
Pigra quies: iuuat illa suo quoque tempore: semper
Non motus, non læta dies, placet humida sæpe
Nox etiam, clarosque fugant quæ nubila soles.
Est æquum mutare vices: noua sessio longos
Post cubitus: post hanc totum cum pectore rectum
Stare iuuat: lento post hac incedere passu:
Hinc variò cursum celerem, saltumq; mouere:
Inde cubare iterum, tandemq; quièscere fas est.
Sic post exactos motus, fessumque laborem
Nostra quies tribuit cunctis sua commoda membris.
Hac cælo tollit mentes, hac viscere chilos
Perficit: hac varios potis est sufferre dolores,
Et duram tolerare famem: nimis arida mollit
Corpora, & ardentes flammarum temperat æstus.
Sed quas somnus habet leges tenet ista, sequenti
In libro series longa est: nunc desinat omni
Cum motû requies, & quæ communis vbique est;
Communes referens virtus exercita causas.
Iam sua particulis ratio, suus aduenit ordo,
Seu veri motus, & pars exercita, siue
Sint alij iacet hic omnis gressusque, laborque:
Vt cunctis pateat campus (sua cuique voluptas)
Quisq; suum capiat, laudetque, & crimine vexet.

DE

DE QVOVIS PARTICV-lari exercitio.

DE LVDO PARVÆ PILÆ.

PAndite nunc helicona deæ, data carmina, namque
Virgilij tacuit iam lyra rauca mei:
Molliaque alterius resonant modulamina vatis:
Nam quoque fert cytharam Naso poeta suam.
Non motus vni, non alternatio simplex:
Est nostra innumeris motio facta modis.
Est pila laudandos inter præstantior vsus:
Huic cedunt varijs munera facta modis:
Hæc alios superat nullo discrimine ludos,
Et motus omnes, & genus omne ioci:
Non habet hæc reliqui subiecta pericula motus:
Non labor huic nimius, non grauis vlla quies:
Lætitiam parit hæc animis, in corpore seruat
Temperiem, pingues non facit, aut graciles:
Est facilis, nullique manens incommoda, nulli
Difficilis: modicas hæc pila quærit opes:
Non canibus, vel equo, multis non indiget armis,
Non sumptus, grandis non petit arma viri:
Omni conueniens generi est: hanc ludere possunt
Rex, monachus, vates, pastor, alumnus, eques:
Hac puer, hac iuuenis, medioque hac plenior æuo.

Gaudet, & ad nullos fæmina ducta iocos.
Corpus in hac omne, & simul omnes corpore partes,
Officium exercent singula membra suum.
Crura, manusque volant, fixis stant lumina telis:
Pectus, & infernæ viscera molis agunt.
Nunc tortum insistit iugulum, modó flectitur omnis
Spondylus, intento vultus in ore iacet.
Nunc riget immotus conuulso poplite truncus,
Nunc flexo, digitis fit labor ille suis.
Omnis in hoc tandem ludi venit actio, certe
Hic, reliqui vires, donaque, motus habet.
Cum tamen existant varij discrimina ludi,
Non vis certa, tribus fit iocus iste modis.
Primus erit quoties pila læui in pariete saltat
Mota, manusque pilam vulnerat, illa manum:
Vel quando ad socium fuerit demissa propinquum,
Captaq; quæ celeri iam fuit acta manu:
Plus firmat plantas modus hic, motuque fatigat
Brachia, mens animo maior, opusque leue est.
Altera succedit species, cum grandior illa est,
Quæ pila per spatium longius ire solet:
Cum celeres validis ludentes motibus instant,
Molliaque innumerus tempora sudor habet.
Non hæc naturæ, non sexu competit omni:
Hæc pila robustis conuenit vna viris.
Tertius in medio modus est; distantia ludi
Est modica, & modicus cernitur ore labor:
Ipse tamen promptum ludens intendere vultum
Cogitur, & vario flectere membra pede:
Nunc cadere in dextram, nunc læuæ incumbere parti,

Nunc

Nunc testudineo conuenit ire gradu:
Iam magis incessus placuit; iam cursus, & ingens
Qui manet ex flexo poplite saltus adest:
Nunc torquere pilam, nunc ambas tendere palmas;
Nunc varijs summam mentem agitare modis.
Hic iocus ætati, naturæ hic commodu Somni est:
Hic vincit reliquos non sine laude iocos.

De ludo ligneæ pilæ nostri dicunt (choqua.)

Est globus alterius generis quem regula format
Lignea, quem baculi pars ferit ima leuis.
Commodus hic etiam iocus est, hic plurima ludus
Diuerso potuit flectere membra gradu.
At labor in dextro maior fit corpore, maius
Pondus habent dextris ilia curua locis.
Est quoque turbatus vario discrimine ludus,
Mistaque lætitiæ pæna, timorque, nocent.
Nonnunquam tingit pila summam sanguine frontem:
Quondoque hirsutos vulnerat illa pedes.
Sæpé etiam baculis læduntur corpora duris:
A baculo, atque pila, pes, manus, ossa, dolent.

De ludo alterius pilæ ligneæ, nostri dicunt (toque emboque.)

Sunt gemini maiore globi qui corpore constant:
Materiæ formam ligna dedere suæ.

Sunt palæ geminæ: ferrata est cuspide ferrum,
Cui dedit æqua ingens circulus arte decus.
Tunc palæ, molemque manus sumpsere rotundam
Quæ breuiter cursum transijt acta suum.
Postea mutatis tangunt se se ictibus ambo,
Seque per æra leuis colat vterque globus.
Est iocus iste leuis, sed flexo crura fatigat
Poplite, in hoc lumbi, spinaque flexa, dolent.

DE TERTIO LVDO PILÆ LIGneæ nostri vocant (bola).

Maior adhuc superest lignoso ex semine moles,
Quam, similem fecit forma rotunda globum.
Sunt binæ geminis ludentibus, vtraque lignum
Oblongum, atque decem postea ligna ferit.
Inter præstantes genus est laudabile motus,
Nam varijs modicus fit labor iste locis.
Vi modò ludentes posita molem eminus illam
Mittere, nunc alijs comminus esse modis:
Iam nunc stare solent, nunc lento incedere passu,
Nunc celeri ad cursum flectere membra pede:
Nunc torquere latus, finesque videre futuros,
Quod pila carpit iter, stractaque ligna, placet.
Primo igitur similis ludo est: vis maior in isto
Pondus vt hic magnum, sic habet ille minus.

De ludo pilæ lapideæ.

Quæ

Quæ iacto belli species fuit altera saxo,
Exercet duplici corpora nostra modo:
Vel lapidem dat funda leuis, vel dura prehendit
Saxa manus, vires motus vterque iuuat.
Ista pilæ similis causa est: membra omnia ludus
Iste mouet: volitant pes, manus, ora, caput.
Multas præterea leges, quas illa, lapilli
Motus habet: grauis est hic tamen, illa leuis.
Nullis illa modis offendit corpus, at iste
Sanguinei ratio vulneris esse potest.
Huic etiam timor altus inest, iræque furores:
Ast in tranquillo fit pila blanda ioco.

De ludo cartharum.

Inter ludentes cartha est venerabilis omnes,
Quam varijs gaudet lusor habere modis:
Quisque animos hilarat, mæstum fert quisque timorem,
Fert dubio varios alea marte iocos:
Nullum venter onus, nullos morbosa labores
Membra ferunt, sola est mista furore quies.
Intentæ solum mentes, animique laborant,
Solaque diuersas spes habet vna vias.
Nonnunquam rapit ira oculos, furibundaque mordet
Cor rabies, dentes curua labella premunt.
Qua propter nostros fugiat cartha improba motus:
Nulla vnquam diues, nulla salubris erit.

De ludo tesseræ.

Proxima bissenis decurrit tessera punctis,
Assimilis primo quæ solet esse ioco.
Ast quæ puncta nouas tabulis errantibus ædes
Concedunt, damnum maius, opusque ferunt:
Succedit capiti grauitas, lumbisque dolores,
Et cubito: reliquo est corpore magna quies.
Maior lætitia est, maior contentio, maior
Actio, maiori mæror, & ira, metu.

De ludo aleæ.

Altera lignosis species depicta figuris
Alea, supremis est quoque mixta iocis:
Ista melancholicas generat, nam tardior, auras:
Paruus in hac labor est, & grauis illa quies.

De ludo gladiatorio.

Qui ludus gladio, durisque exurgit ab armis
Innumeris affert sæua pericla locis
Sæpe caput vulnus petit altum, sæpe receptant
Brachia commissi vulneris arma feri:
Attentique volant oculi, parque ira timori
Crescit, & in dubio mens noua marte tremit.
Si tamen hæç fugias innatum roborat ignem,
Et validam cunctis partibus addit opem.
Diuersis pariter flectuntur corpora formis,
Atque ferunt pondus singula membra suum:

Nnuc

Nunc vertit se dextra retró, nunc ante sinistra
Planta volat, firmo stat modò sura pede:
Hostes vna manus sequitur, fugit altera, veloxque
Omnia naturæ dogmate membra tegit:
Iam caput in flicto procumbit vulnere, iamque
Pectora pectoribus iuncta, manusque manu est.
Verùm maiorem quæ suscepere laborem,
Sunt humeri dextri, brachia dextra, manus:
Atque ideo cum dextra ensem, parmamque sinistra
Sustinet, apta magis pugna, iocusque placet:
Quæque etiam gemino se tollunt prælia ferro,
Quæque vno, & grandi facta fuere, placent.

De jactatione.

Grandius immittit fortis iactatio saxum,
Magnos conatus omnia membra ferunt:
Intra vitalem retinetur anhelitus oram.
Et grauidus thorax, & caput omne manet.
Verùm florenti crescunt in corpore carnes,
Crescit & irriguis humor, & vnda locis.
Totæ etiam gaudent cum naturalibus alui,
Atque acidos aucto pars coquit igne cibos.

De eleuatione ponderis.

Fit labor alter, quando ingens pars altera pondus
Tollit, & vna leuis pars manet, vna grauis;

Siue humeri, seu fortè caput, seu pectus anhelans,
Seu pes vnus agat, siue agat vna manus.
Stringuntur musculi, completurque aere thorax,
Atque infesta suis mox fugit vnda poris.
Sed danum hoc grande est, magni vis plena timoris
Addita: rumpuntur vas caro, vena, manus.

De lucta.

Quando se vario tangit sura utraque nexu,
Collumque vna manus cingit, & vna toros:
Vel cum sura duplex socias premit vndique plantas,
Missaque per geminos est manus alta sinus:
Aut quando hostilem raptat manus vtraque lumbum,
Attamen vna alis ducitur, vna humeris.
Non alio facti placuerunt ordine motus,
Non alijs apta est, sed fera lucta, modis.
Ista iuuat corpus, longas hæc corpore vires
Auget, at in forti pectore sola placet.
Hæc firmam præstat carnem, pinguedine totum,
Et grauida insolito membra timore leuat:
Siccat & hydropes: sic gesticulatio nostra est:
Sed leuis ista nimis, fortior illa fuit.

De ambulatione.

Qui solito incessu, motusque insurgit eundo
Ducit ad infernos omnia damma pedes:
At cum diuersas soleat variare figuras,

Alterna

Alternat varijs corpora nostra modis:
Qui celer, accendit natiuum in corde calorem
Impinguat tardus, tardaque membra facit:
Velox, intensa totum cáput aggrauat aura,
In pigro facilis spiritus ire solet:
Qui longus vires soluit, corpusque fatigat:
Qui breuis est, flatus circum, oculosque mouet,
Ille pedes lædit, caput hic: fugit vtraque damna
Quæ fuit in medio motio facta gradu:
Accliuis, cum membra leuet, cum corpus in altum
Subleuet, alta volans sanguinis aura perit:
Tunc maior liquidi succurrit copia venti,
Vt sic gigni iterum spiritus ille queat,
Turmatimque ruens cæcos aperire meatus,
Inque omnes virtus hæc valet ire locos:
Dispniacis ideo prodest, atque asmathe fessis,
Et magna obstructis est medicina vijs.
Est leuior currens decliui tramite gressus
Dulcius innato pondere corpus abit:
Præ reliquis liquidum deponit rheuma, fatigat
Vtque genu accliuis, sic labor iste femur.
Est quoque pro varijs motus diuersus arenis:
Hunc variant flores, campus, arena, mare.
Qui fit per lætos, vbi sunt viridaria, campos,
Est leuis, at lento replet odore caput.
Durior in solidis se tollit gressus arenis,
Hic suram, atque pedem lassat vtrumque labor:
At firmat cunctas positis conatibus aluos,
Inferiusque omnes materias reuocat.
Iuxta cæruleum qui fit mare siccat, & omnes

Extenuat (tostum sal facit aura) vias.
Humectat circumfontes, & fluminis vndam,
Currit enim lentis fumidus humor aquis.
Qui pluuio cœlo, qui ventis flantibus, illam,
Temperiem pariter quam vapor ille, capit.
In tetris, imisque locis nocet; optimus vmbræ est,
Si plantæ hanc hilares, flos, rosa, poma, tegunt.
Excunctis præstat tabulis qui motus in altis,
Queis auræ lenes, grataque poma volant:
Sic tamen, vt gradiens modò plus, modó lenia tendat
Crura minus, ventres vtraque causa iuuat:
Nunc terram digitis quatiat, modó calcibus ipsam
Vulneret, á gemino sit via facta pede.
Nec fiat rectis intento corpore membris,
Demissos habeant ilia curua pedes.

De cursu.

Extenuat, minuitque omnes in corpore vires
Cursus, & abrupto lædere vase potest.
Ergo nec paci, nec bello hic corpora motus
Exercet, sola est commodus ille fuga.
Pulchrius est stando pugnare, & fortiter hostem
Cædere, quam gladijs subdere terga feris.
Hæc tamen innumerum cordi, membrisque calorem
Præbet, & est ventri motio firma tuo:
Nunc sudorifero mollescit flumine corpus,
Nunc grauat extentum spiritus ille caput.
Materiam quamcumque mouet, quæ partibus hæret

Discu-

Discutit, & fluxum, quem mouet ipsa, fugat.

De saltu.

Sæpe facit tenero fracturas inguine saltus:
Sæpe orta est multis hernia dicta mobis.
Fluctuat vndisonans succenso in pectore flatus:
Ala gemit: ventres ilia quassa mouent.
Verùm contractos vteros, mensesque deorsum
Pellit, & obscænis fæx datur atra locis.
Alter adest saltus quem dat Venus aurea, lætas
Hic ducit choreas, terri pauumque facit:
Aptior hæc gressus species, hæc grata saluti
Dona refert, primum non habet ista malum.
Et succos mouet inferius, plantisque vigorem
Suggerit, & mæstis auxilium est animis.

De varia gestatione.

Nostra velut multis sana est gestatio rebus,
Sic trahit in vario commoda certa gradu.
Siue sit hæc modulans carrus, lecticaue molis,
Vel sit fœmineis facta cathedra locis:
Vel quæ facta ægris, turpique arcera senectæ,
Syluarumque trahæ, rhædaque nobilium:
Seu quod carpentum, quod sumpsit fæmina plaustrum,
Vel quæ basterna motio ducta leui est:
Essedа quam gallus, quæque vna petorita Belgis

Et qui Romano more liburnus erat:
Siue quod inuenit pilentum Hiſpania, quique
Spumantes potuit ducere currus equos.
Eſt leuior reliquis grato lecticia ſepulchro,
Et veſtita omni pulchra cathedra loco:
Et quæ nutricis tenerum leuat vlna puellum,
Totque mouens puerum lectulus ille modis:
Aut ſiquis labor eſt ſimilis, ſine pondere, res eſt,
Nalbas, nulla tamen requies, non labor vllus erit:
Res placida eſt, ſuauique leues dat murmure ſomnos:
Non labor hic, pondus pars trahit æqua ſuum:
Vtilis aſt illa eſt, ſeu vis exercita, namque
Diuerſos geſtans mutat, habetque locos:
Et vigiles reddit ſomnos, tardumque veternum,
Nam cuncta in ſimili membra tenore iacent.
His ergo in cathedris fas eſt geſtare ſedentes:
Sed iuuat in valido membra iacere rogo.
Aſt trepido carrus motu, ductuſque feroci
Currus equo, atque pares que tenuére modos,
Omne magis membrum quatiunt, labor omnibus æquus;
Non ille ad ſomnos, non ea facta quies:
Plus tamen in ſtabili diuerſis motibus ægro
Proſunt, fitque leuis, qui cibus ante cruor.
Quæ ratis in placido decurrit flumine, quæque
Nauigatio Tranquillum ducit per mare nauis iter,
Non ſic extorquent artus, non corpora tollunt:
Accedit primis hæc magis vnda vijs.
Cum tamen hæc auris tremulæ diſcordibus errant,
Præ validis membrum pulſibus omne mouent.
Nunc rapit vndiſonans confuſam nauſea frontem,

Nunc

Nuuc vomit ingestos aluus onusta cibos:
Nunc animus mærore alget, metuensque tremiscit,
Vt per tranquillum gaudet, amatque mare.
In longis ideo prodest hæc motio flammis,
Nam fixum stimulat motio magna serum.
Temperies etiam noua prodest, siccior aura est,
Atque acri leuior forma vapore natat.
Qui lentus procedit eques, tranquillaque seruat
Membra, facit motum gestibus assimilem. Equitatio
Cum subitus celeri quadrupes quatit æquora pulsu,
Maius opus, vires, pondus, & omen habet.
Non tantùm qui currit equus motum edit, at ille
Impulsum pariter qui sedet, addit eques:
Cogitur erectum corpus, spinamque tenere,
Atque affixus equo firmiter esse suo:
Cogitur ante oculos etiam, collumque tenere,
Et sæpe in medio tendere crura loco.
Hic frangit gressus renes, & blanda fatigat
Inguina, nec rupti vis minor ista loci:
Collectis & iam medio sub pectore ventis
Quæ intro cuncta iacent lædere membra potest:
Ventriculi tamen ora iuuat: (premit abdita septo
Viscera, & ad superum fit via lata malum.)
Hos inter motus, cursum, incessumque frequentem
Sunt medij, medium fert equus ipse modum:
Cum lenté excurrit, pedibusque insultat, & alis,
Et facit incerto pectora curua gradu:
Vtque tenet cursu medios media arte tenores;
Sic vires medias, pondus, & omen habet.

De venatione.

Quæcunque exſiccat totum venatio corpus,
Ingratamque imo prouocat ore ſitim.
Sed quia diuerſis venator motibus inſtat,
Sic motus varij pendet ab arte viri.
Namque modò ſequitur lepores, curſuque fatigat
Crura, leues alia nunc vocat arte canes.
Perdices alius poſita perdice fefellit,
Atque ſuum, immoto corpore, munus agit.
Hic retem venator habet, retique prehendit:
Hic laqueo ſtultas colla tenente feras.
Ille coturnices ſæua inter prælia raptat
Dum vocat, & ſimiles efficit ore ſonos.
Turdos obſcuras alius, ſturnumque per vmbras
Vulnerat, accenſo nox micat atra rogo.
Hæc apros ferit haſta feros, ferit illa leones:
Vnus adit lepores, & ſonus alter aues.
Hic trahit accipitrem, falcatam hic vnguibus alam,
Hac perdix, illo mæſta columba gemit.
Sunt motus ſimiles: nigræ qui frigora noctis
Suſtinet, omne gelat: nec leuis humor ineſt.

De Piſcatione.

Friget, & humectat contra piſcatio, ſed plus
Frigida, cum nudo corpore, retis erit:
Non ſic oblongæ moderator arundinis humet,

Nec

Nec friget: nocuit longior vnda minus:
Dura fames tamen est, tristique molestia facto,
Credulus in lenta sit nisi piscis aqua.

De natione.

Attenuat corpus, repletque natatio frontem,
Dum pronum inferior suscipit vnda caput:
At siccam molem, dirosque attemperat æstus:
Digerit, & rabidam vertit ad ora famem:
Digerit (internæ fugiunt ad viscera flammæ)
At frigus neruos, & leuis humor habet:
Multa ideo prodest per cunctos frictio ventres,
Quæque linit cunctas vnctio facta vias:
Vel subito corpus liquidas se mergat in vndas;
Vt caleat frigens; quæ fuit ante, caro.
Hæc fiunt dulci currentis fluminis vnda,
Ista magis lædit, quæ maris vnda minus:
Hæc siccat magis, hæc sanat scabiemque, lepramque,
Et tumido gelidas viscere soluit aquas.
Hucquoque diuersis conducunt balnea rebus,
Balnea quæ multis ars tulit vna modis.
Hæc solis sunt in morbis medicamina, solis
Antiquis vitæ norma fuere suæ.
Vt medicina, placent doctam quæ facta per artem,
Vel quæ grata suo viscere terra parit.
Dulcia si, frigent: eadem quoque nantibus insunt:
Si tepida, antiquis balnea sola viris.
Hinc ergo effugient: lætæ seruanda salutis

Munera,

Munera, propositi non medicina mei est.
Quæ verò longas humectat lotio plantas
Prouocat ore fames, & fugat vna sites,
Humectatque aluos, & forte artemperat hepar,
Post calidos ideo grata sit vnda rogos.

De sermone.

Plurimus efflato replet caput aera sermo,
Et facit ingentem corde calente sitim:
Dissoluit vires etiam, soluiquet cruorem,
Ast in peruerso sæpe iuuat comate:
Cumque sit interne vox mentis nuntia, semper
Mens agit, & superis spiritus ille vijs.
Vox ingens, altumque petens clamatio cœlum,
Siue alto resonent pulpita, seu cathedræ:
Seu grata insurgant tactis modulamina chordis:
Seu plectrum, aut cytharæ, seu lyra parua sonet:
Siue magis placeat sacris quæ musica rebus
Intonat, & duplici quæ fuit vna choro.
Sunt grauidi capitis, siccæque incommoda linguæ,
Sunt quoque cum geminis plurima dona malis:
Nam vasa abstergunt pariter, soluuntque meatus,
Dum multa in partes aura, frequensque ruit:
Et rarum corpus, lenesque in pectore campos
Efficit: ingenij motio prima tui.
Excrementa ruunt vasto de pectore, summus
De tractu fumus, de cute sudor abit.

Splen-

Splendidus absorta grandescit spiritus aura,
    Vna gelu minuit, quæ fugat aura rogum:
Nec non diuersi vario modulamine cantus
    Diuersos docili pars habet arte gradus
Namque modo collum in sonitu elongatur acuto
    Et sursum barbæ, pectora, & aluus, eunt.
Inque graui premitur ceruix, mentumque deorsum
    Fertur, & hæc sequitur musculus inferior.
Ex alijs autem sonitus præstantior ille est,
    Quo varia in numeris vox solet esse suis.
Qui variant cum voce lyras, quibus organa cantus
    Præstant: ex cunctis carminibus lyrici
Non sic heroum placuerunt carmina, non sic
    Cæsura in medio quæ fuit vna loco.
Aptior est numerus lyricis inuersibus, inde
    Forsan idem capiunt quod lyra nomen habet:
Plus variant dulci cantum, vocesque tenore,
    Seu sint scasontes, Alchaiciue chori:
Siue pedes senos referant (senarius vnde)
    Vel qui bis geminos (finis jambus) habet:
Siue choros faciant quæ dicta glyconia, siue
    Carmina quæ maior pes anapæstus habet.
Non Asclepiadis pariter mihi displicet ordo,
    Nec quæ quinque dedit musa Phaleuca pedes.
Exiguo mutant placidas quoque corpore voces,
    Atque placent cunctis sapphica plectra sonis.
Præstant & dulces quos fert memor actio cantus:
    Est capiti, atque animis lectio praua tuis:
Diuertit sensus, mentemque instigat, & ipsos
    Intentos oculos, oraque rapta tenet.

At sunt in cantu normæ, legesque sequendæ;
Sic plus ille iuuat, sic minus ille nocet.
Sit primò vox vna grauis: mox tendat in altum,
Factaque per medios sit via lenta sonos:
Tandem fessa nimis summo de vertice rursus
Descendat simili, quo subit ipsa, gradu:
Post illos etiam sit lenis motio cantus,
Quæque fuit bina frictio ducta manu:
Nam motum quanuis alui fecére priores,
Extima pars omnis torpet auara loci.

De lectione, scripturia, & memoria.

Lectio perturbat mentem, visumque fatigat:
Scriptio tres digitos, cunctaque membra grauat.
Aptius est memori seruare hæc omnia mente,
Quod dicente tamen mens opus ore ferat.

De frictione.

Iure inter reliquos iacet vltima frictio motus,
Sæpe alijs grati munera finis habet:
Sæpe etiam ad varias disponit corpora vires:
Parte igitur medium claudit vtraque locum.
Hæc fouet auxilio, tollitque incommoda, fessos
Hæc artus reficit, fessaque crura leuat:
Hæc fœdas carnes, deprauatosque calores
Corrigit, & nitido membra decore tegit;

Roborat innatæ vires auræque, rogique,
Roborat & totum partis alentis opus:
Sic alimenta trahit, mutatque & corpora nutrit:
Sic humet lentis aridus humor aquis:
Quod motus alij, quod membra exercita præstant
Concedit totum frictio grata bonum.
Cum tamen hæc fuerit diuersis prædita formis,
Diuersis pariter lædit, alitque modis.
Altera per totos excurrit corporis artus,
Altera quæ soli conuenit vna loco:
Vna mouet digitos, summoque á vertice damnum
Auocat, vna pedes, iliaque ima iuuat:
Vna manus graditur sursum, fugit vna deorsum:
Hæc lenta: hæc velox, hæc leuis, illa grauis.
Lenit palma cutes oleo, camposque patentes
Efficit, humentes sicca resoluit aquas.
Digerit, & faciles minuit per corpora carnes
Quæ multa, & gelidis viribus addit opem.
Parua feré ad nullos conducit frictio morbos,
Fert tamen insomni somnia grata polo.
Quæ media est inter paucam, multamque famescens
Corpus alit, carnés auget, & omne fouet.
Dura ligat partes, & contrahit, omnia mollis
Soluit, & á dura fit caro dura manu,
A molli mollis, stat recto frictio cursu
Quæ soluit, mollit laxaque membra facit.
Diuerso transuersa modo est, quæ corpora densat,
Durat, & astringit, contrahit, atque premit.
Inferius rapit humores quæ facta deorsum:
Quæ sursum, est varijs frictio grata modis.

Est etiam sua debilibus, sua frictio quadrat
Fortibus, atque suam vita salubris habet.
Omnis principior leuior, similesque resultent
Fine gradus, medium pondus habebit iter.
Membra etiam motus variant, & mobilis ordo.
Et vis in posita quæ fuit vna manu.
Alta petant pauci motus, sit multa deorsum
Frictio, sit leuior prima, sit ista grauis.
Sit quoque principium leuis per brachia cursus,
Indeque per longas sit via facta manus.
Inde habeat geminos mollis per frictio ventres,
Pectus, & ad medios ilia blanda sinus.
Hinc ad bina locus genua, atque sequentia crura:
Sit tandem ad geminos frictio ducta pedes.
Inde iterum redeat, pronosque perambulet artus,
Et moueat tenuis colla priora manus.
Sic altas lumbi sedes, spinamque fluentem
Tangat, & in sacris sit quoque mota locis.
Per femur ad duros medio cum poplite calces
Currat, & in digitis desinat illa suis.
Denique per superos iuuat vltima frictio crines,
Quò læuis tenui conuenit arte manus.
Nam prius illud habet morbosa superflua membrum,
Quod recipit primos arte mouento rogos.

De reliquis motibus.

Hic sunt præcipui quos grata scientia motus
Inuenit, hæc alijs semita danda locis.

Sunt

Sunt alij (nanque omnis habet sua munera tellus)
Vt faber hic vndas, sic habet ille rogos.
Hic ornat lapides, hic fuluum perficit aurum:
Ciuis agit lites, rura colonus amat.
Sunt alij pariter ludi, normæque, iocique,
Quos fœmella, senex, virque, puerque, ferunt.
Infinita extant nostri discrimina motus:
Nulla tamen cunctos dicere musa potest.
Sint satis isti: alijs remanet via motibus, omnis
Huius ad exemplum motio clara manet.

Iucunda disputatio inter motum, & quietem.

Quid tu pigra quies? si tanta ego commoda motus
Affero? quid facies? quid dabis vna boni?

Extollo placidam suprema ad sydera mentem,
Et lenes animos, & sua membra gero.
Virtutem lassam spatio, fessosque labore
Restituo: & lassos quos facis, ipsa leuo.
Quod tu consumis corpus carne impleo, quodque
Igne, æstusque vris mitius id facio.
Post sumptas sum grata epulas, & viscere crudos
Emendo succos, quos malus ingeneras
Sum magnis præsens morbis, adsumque labori:
Quæ tua laus? solûm stante salute regis.

In longis etiam morbis sum commodus, at tu
Hos, aliosque moues, quos ego cojicio.

Tu facis vnanimes languere ad prælia vires;
Tu sensus omnes, cunctaque membra grauas.
Tu quoque morboso pallentes ore colores
Fingis, & huic similis sub cute vena latet.
Tu gelidum nimia reddis pinguedine corpus,
Ventrososque creas absque decore viros.
Ignauos generas animos, & inertia factis
Corpora, tu flauam corde tremente necem.
Otia dant ventri semen, dant testibus ignes:
Otia si tollas, vix erit vlla venus.
Turpem animam, & mores faciunt, turpem otia vitam:
His sine nil damni est, hæc mala cuncta ferunt.
Quæ cuncta ipse fero contra, præsumque saluti:
Vt te morbus habet, me petit vna salus.

Quæ causa est, quæ tanta duos discordia fratres
Impulit, vt pugnas, vt fera bella gerant:
Temporibus medicina valet: nunc motio lædit,
Nunc iuuat: apta modò est, quæ modó pigra quies,
Cuncta suis sunt acta locis, ibi quærite leges:
Hic fera tantundem soluere bella placet.

TERTIVS LIBER SEX RERVM NONNATVRALIVM.

DE SOMNO ET VIGILIA.

ARGVMENTVM.

IN tertio vniuersa somni ratio continetur: natura prius, & species, quęq; inde somniorum prorumpant genera. Causæ deinceps sunt innumeræ, quę extrinsecus obuiantes somnos faciunt, horumque innumeri effectus, & vtilitates. Hæc sequitur commodi temporis, mensuræ, locique contemplatio, atque aliæ, quæ in somno leges desiderantur, & tandem breuis tractandę vigiliæ præbetur occasio

Idem.

Idem.

Quid somnus, somnique via, quæ somnia ternus
Explicat, & vario geminas discrimine causas.
Effectus inde innumeri, legesque tenendæ
Quæruntur, certique modi, tempusque, locique,
Et tandem longos sociata vigillia motus.

Idem.

Hic sopor, & dubij post horrida somnia casus,
Et curæ vigiles, & sua norma patet.

Proximus obscuro nigrans velamine somnus
Insequitur, cum sensus abest, cum motus, & omnes
Corpore languescunt vires: cum fessa potestas
Exterius fugit obiectum, solitisque recedens
Muneribus placidam sumit post bella quietem.
Iam calor extremo fugiens de corpore summas
Paulatim quærit sedes, & vertice fulgens
Spiritus ardentes tollit de pectore curas.

Ast cum multiplices distinguant corpora causæ
Causarumque via; totidem partire soperes
Fas erit: in superas cum se vapor humidus arces
Extulit, excelsi concrescens frigore membri,
Inque graues conuersus aquas, cœlum irrigat illud,
Occluditque locos, & sensum, animamque soporat.
Res eadem est, cum molle grauis caput irrigat humor,
Constrin-

Constringitque gelu, & cerebro se se inserit ipsi.
Ergo cum nimius supra succusque, vaporque,
Et grossa alterius fuerit substantia, totos
Causa ligat sensus, totos in corpore motus
Impedit, æqualem generans cum morte veternum
In quo nec manibus patiens, nec vocibus altis
Compulsus sentire potest, sociosque videre.
Hinc tamen excipies præstantem ad pectora motum
Qui solum vita pereunte expirat, & omnes
Ex naturali pendentes munere vires:
Sic vitæ cogit ratio, & spirata per arctos
Aura sinus, cordisque ignes: sic spiritus ardens,
Et quæ purpureo surgit de sanguine virtus.
Cum tamen ille modum non tantum excedit, & intra
Naturæ sistit metam, sensus ligat omnes,
Et motum: sed voci aures, digitisque patentem
Tactum habet, & validis saltem clamoribus iste
Somnus abit: sic imo epulæ sub ventre recentes,
Sic tenera dormire solent ætate puelli,
Quorum nulla graues confingunt somnia mentes.
Si minus extet adhuc crassus vapor additus, omnes
Externos tollit sensus, primumque secundæ
Classis adit (iusto communem nomine dicunt)
Verùm quæ talem sequitur phantasia sensum,
Quæque memor facti virtus, ratioque futuros
Agnoscens fines, simili non obruta somno
Assuetos edunt actus, & conscia rerum
Diuersos agitant vario discrimine casus.

Hic species cupiens gemino de limite surgit, Somnia.

O Dumq;

Dumque horrens fugit obiectum, placidumque capessit
Auxilio accurrit motiua potentia, dumque
Missa errat, sensum pariter, corpusque fatigat.
Hinc visum est aliquos somno clamare, loquique,
Atque alios pedis ingenti conamine fessos.
Triplex sō- *Hinc etiam ternam desumunt somnia legem:*
niorũ ge- *Naturale prius, quando ex humoribus unum*
nus primũ *Insequitur ratio: quo pallens corpore bilis*
Feruet, & accenso fumant vasta hepata succo,
Surgunt incerto suscepti marte furores,
Ardentesq́; ira: nullis sunt prælia causis,
Nullis arma vijs: obscuro autore sequuntur
Saui animi, & rabidæ diuersa ad iurgia lites.
Nunc tristes horrent cædes, nunc tela cruore
Sparsa madent, crepitantque enses, clypeique resultant
Impacti clypeis, & fracta hastilibus hasta.
Iam quisque exultat victor, pedibusque superbos
Contundit reges, atque agmina: iam fera bello
Vulnera suscepto inflixit pro vulnere, & ira
Persitus obstantes fertur moriturus in hostes.
Hic armis, hic ense ferox vno amputat ictu
Ceruicem, vno rescindit pectusque, pedesque,
Et passim vitam eripiens, cadensque vicissim
Facta edit nullo acta æuo, nullo edita mundo.

Cum verò illa atram recipit magis ardua formam,
Terribiles fiunt casus, metuendaque vultu
Corpora, & horrenti mors denigrata sepulchro.
Iam toruæ apparent facies, cæcæque per atras
Conualles adsunt tenebræ, laberynthaque monstra

Iam

Iam minor ille horror, studij sque occulta profundis
Sunt loca, sunt nigri mæsto modulamine versus,
Et vaga turbato sunt argumenta timore.

Si phlegma exundat nimium, diuersa per vndas
Succedunt: nunc flante euro, flante æquora & austro
In rabiem sublata fremunt: nunc lapsa tumentes
Puppis habet fluctus: nunc vnus mergitur alto,
Et clausis moritur ventis, statimque resurgit
Rorantem extollens frontem, madefactaque tergens
Lumina: iam cœlo montes voluuntur aquarum,
Et tellus facta vnda madet: iam flumina ripas
Transiliunt, latosque ruunt furibunda per agros.
Iam mare tranquillum est, iam lætum flumen, & omnis
Vnda placet: blando Zephyri modò nauigat vnus
Murmure: nunc istos piscator arundine pisces
Extrahit, hos manibus tractat, retique prehendit.
Hic natat, hic effusa hilares lympha irrigat hortos:
Hic bibit, hic se fonte lauat: sunt denique cunctis
Humida, & humentes liquido sub pectore somni.

Ast quando superat sanguis, quia pulchrior vnda,
Contingunt suaues cantus, musæque sonoræ,
Ornatusque hilares, gratisque sedilia gemmis:
Passim altæ resonant Cytharæ, passim omnia pulchra
Succedunt, & plena leui conuiuia baccho:
Nunc lætæ oblectant choreæ, pictique colores:
Nunc cœli recreant facies: nunc gaudia replent
Corpus, & accendit titillans pectora risus.

His verò somnis addes ea somnia fumi
Quæ genuere leues, vel longo murmure ructus:
Tunc magni apparent saltus, & turribus altis
Horrendi terrent casus: tunc somnia captans
Se partim tollit sursum, partimque deorsum
Contendit, partim ventis discordibus errat:
Hinc volat, & tenuem laxis quatit aera pennis
Alitis in morem, & simili dat carmina voce.

Hæc fiunt quando totam molem occupat humor
Corporis, ast quando certas decumbit in oras
Non sic res agitur, nec tanto in somnia casu
Somnus habet: teneros veluti cum phlegma per artus
Soluitur, & proprio subiectam frigore plantam
Afficit, in durum ludens phantasia saxum
Conuertit plantæ frigus: si dulce palatum
Attingat, mella ore sonant: si bilis, amaram
Colluuiem, si nigra, rigens mens format acetum.
Sæpe tamen res maior erit per somnia, quam sit
Causa grauans, sensum plus nota illudit imago.

Exurgunt alio nostra ordine somnia, quando
Transactæ lucis species haud lapsa cerebrum
Deserit, at fixa constans in mente quiescit.
Hæc igitur leuibus veniunt spectra obuia somnis.

Tertia commistas variant composta figuras
Somnia, quæ partim sexum, humoresq; sequuntur
Ingenitos: actis partim sub lumine rebus
Concrescunt, somnisque manent conflata duobus.

Hæc

Hæc vltra genus infensum, atque insensile monstrum
Somnia dæmon habet, sensumque illudit inanem:
Hic varias turbare auras, & gignere visus,
Formarumque modos potuit, cerebrique tenorem:
Sic memores mutat species, mentique sepultæ
Ille suas trahit obscura sub imagine causas.
Sublimi deus arte, hilari non somnia cordi
Falsa refert: veros constanti in pectore casus
Ponit, & optanti generat noua gaudia mente.

Externi somni causæ.

Ast non illa vagos somnos, & somnia tantùm
Conficiunt, externo aliæ sunt æthere causæ
Quæ flatus mutare valent, magnumque cerebrum.
Componit dulcis iucundos musa sopores
Dum rapit ad se se mentem, calidumque coercet
Ne totum in corpus fugiat: sic frictio palmæ
Facta leui, blandæque vngues, strepitusque sonori
Fluminis, aut claræ oblectantia murmura lymphæ:
Sic prolixa nimis, sensuque audita remisso
Concio: sic tepidi quæ lenta oratio cordis
Sic moles pluuiæ sonitus, atque arbore fractus,
Et folijs ludens Zephyrus dant somnia, dumque
Chara fouet puerum mater, gremioque iacentem
Sustinet, immemorem tenero modulamine reddit:
Sic plectrum, suauesque lyræ, cytharæque sonantes
Concentu somnos faciunt, volucresque canori
Mellifluo liquidum permulcent carmine cælum.

At gressus, motumque sequens labor horridus illos
Conciliant, quià spiritibus iam fessa solutis

Vis quærit requiem: sic multis fluxibus error,
Sic Venus, & vigiles turbant quæ pectora curæ
Somnum etiam vocat aucta quies, sequiturque quietem
Quæ sequitur nox atra dies, lucemque tenebræ,
Et post ingentes secreta silentia voces:
Tunc rapitur calor interius, pellemque relinquit,
Nec sensus pars ulla mouet: cum denique primis
Infans in cunis trahitur, vel grandior ætas
Lectica fertur, rectas cum spiritus erret
Ipse vias, solitos alijs haud partibus actus
Suggerit, at summo placidos trahit æquore somnos.

Somni effectus. *Effectus etiam varios, & munera noster*
Somnus habet: sit ficta licet priuatio verum
Reddit opus, verosque facit per corpora casus.
Fessos hic artus reficit, lassamque labore
Virtutem, pungenśq; vlcus: sauum iste dolorem
Mitigat, & modicos seruat sub corde tenores.
Vlterius calido natam dum corpore formam
Cogit, opus varium naturæ intendit, & ipsas
Roborat ex quadruplo conflatas ordine vires:
Et quanuis minor externis sit partibus ardor,
Plus coquit: vnus enim sistens, introque gelata
Densatus cute maior adest, sumitque vigorem:
Nulla etiam in pugna, nullis in motibus errat,
Tranquillus per membra iacet.

At postquam somni medium, coctisque recessit
Flamma cibis, tardoque iterum petit extima passu,
Maior adhuc actus, melior fit coctio, & altum

Iam

Iam leuitat cerebrum: toto flamma addita ventre
Digerit, & totas confortat spiritus aluos.
Inde magis remanent aptæ post somnia mentes:
Inde omnes melius repetunt sua munera sensus,
Omneq; respirat lato cum pectore corpus:
Crescunt innumeræ somnis crescentibus artes.

Perpetuò sopor humectat, dum sanguinis autor,
Dum calidum fouet innatum: dat frigora quando
Febris agit, bilisque acri viget arida morsu.
Cum verò crudi putrent in corpore succi,
Cum flamma interius crescit (cum scilicet intro est
Phegmoneis pars vsta rogis) per somnia maior
Ignis adest; imis sæuit calor igneus oris,
Externæ quando moriuntur frigore partes.
Non hæc lirante in rapido, pressisue calore
Verticibus, non succo altum mordente cerebrum
Hæc cogit ratio: potius somnique; quiesque
Illis grata manent; superos dum frigidus ignes
Fumus adit, dum vis crescit, dum cæca quiescit
Mens nullis resoluta modis, & spiritus alta
Sede vigens animos pariter, viresque ministrat.

Pultricem demum exanimem, succosque fluentes
Compescit somnos, dum lento corpore sistunt
Immoti, fixique suis in sedibus hærent:
Dum nulli membris sensus, alienaque virtus
Pungentes spernit stimulos, causamque dolentem.
Intendunt vires alijs, mensque abdita curis.
Hoc tamen ex numero demes quos vena liquores

Mollis

Mollis habet, pellisque poris fouet vna, forasque
Exprimit: in guttas illi voluuntur, at istæ
Se soluunt, largoque humectant flumine corpus.
Ille igitur somno flatus (dum concoquit imo
Ventre calor) magis increscit, partisque gelante
Frigore concretus liquidos erumpit in amnes.
Cum vigili plus rara cutis membro, atque calo rem
Fusum habeat, vapor accedens respirat, & extra
Dum refugit, tacito labuntur corpora motu.
Accedit minor exusti purgatio fumi,
Et minor exuuijs aditus quas cocta relinquunt
Post passos alimenta ignes: non mollia ventre
Phlegmata non humens premitur de vertice muccus.

Variæ sõni species ex tempore, & mensura.

Hæc ratio somni, & causæ, quiq; ista sequuntur
Effectus: mensura modò tempusque tenendum,
Atque hora opportuna deest: si longior ille est,
Confectisque viget dapibus, iam pascere dura
Membra potest; iam lassa grauat, flatuque manente
Omnia visceribus parit excrementa profundis.
Hinc pigræ languent vires; hinc pallida vultus
Effigies tumet, & grauidos dant lumina visus.
Verùm si breuior sopor est, coctasq; solutus
Ante epulas: minor est virtus, minor vna per ambos
Lux oculos: abeunt vultus: caro torrida membris
Decrescit, gemina decrescit spiritus aluo,
Incoctoque leues surgunt de viscere fumi.
Ergo mensuram somni, legesque coquendùs
Chilus habet, tempusque ipsi, metamque reponit.
Post duram fert damna famem: nam siccat, & omnem

Corporis

Corporis exoluit molem, sed commodus illis
Qui replent lentas molli pinguedine carnes.
Si post incisam misso cum sanguine venam
Contingat: tunc pellis inops, vacuataque succis
A somno plus sicca manet; cum viscera sanguis
Alta petit, finesque fugit: cum pallida corde
Syncopis, & letho similis circunstat imago.

Vlterius qui grata hilaris per lumina phœbi
Somnus adit, malus est: nam cum celer, atque profundo
Sit minor in spatio, crudos in viscere chilos
Deserit, & miscet fumis horrentibus: isti
Concrescunt nullis resoluti viribus: inde
Sunt multis excreta modis: sunt viscera turpi
Plena sero, putrique graues de sanguine morbi:
Cumque leues nerui pateant, atque omnis hiatet
Pars cerebri, vapor ascendens loca perforat, vnde
Mollescunt illi, atque dolet caput: ille per artus
Cum se diffundit, languentia membra, porosque
Efficit, & totas premit alto pondere vires.
Denique nulla quies somno est inuenta diurno:
Tunc passim insurgunt voces, strepitusque sonori:
Quodque caput mouet, & cerebrum, quod lumina terret
Lumen adest, tenebraque absunt: magis excitus ardet
Ignis, & in varios rapitur nullo ordine motus:
Nanque idem cum luce foras se vertit, & intro
Vi somni compulsus abit, pellemque relinquit:
Quare diuerso turbantur somnia cursu.
Luciferis tamen ex somnis noxam vsque minorem
Attulit, assumptus primo qui manne serenum

Corpus alit (sol manè iuuat) tunc fusa vapores
Suaues extollit virtus, cerebroque reponit.
Præterea si quando nigræ per tempora noctis
Confecta non sint epulæ, laudabilis ille
Somnus erit: nullos lædet, multosque iuuabit.
Ast quæ per medias contingunt somnia luces
Deteriora manent: tunc molles corpore nerui,
Pigraque membra iacent: tunc album pallida tingit
Forma decus, toruoque tument duo lumina vultu.
Hic grauitate caput vapor opprimit; iste per omnes
Languorem facit articulos: hic mollia reddit
Molli membra sero, & crebris grauat ora catharris.
Ius tamen est, æquumque istos concedere somnos
Debilibus, queis venter inops, queis coctio, & omnis
Difficile est virtutis opus, flammæque recessus:
Præsertim insomnes ripetant si lumina noctes:
Si lecto curis iacuit mens fixa profundis:
Si non à subito rumpuntur somnia motu,
Tranquillosque tenet iucunda obliuio sensus:
Præsertim cum longa dies, breuis humida nox est:
Cum ripis sistunt cursus: cum tosta per æstum
Rura iacent, raucæque canunt de monte cicadæ:
Tunc aditus patet in cerebrum quo fumus, & omnes
Ire queant flammæ: calidi tunc viribus alto
Humiditas fluit, & sensus, animamque soporat.
At placet hyberno cessare hos tempore somnos:
Nam tunc parua dies, & nox immensa profundas
Exoptat requies, gelidis quas sumere membris
Multum difficile est: riget hirtum frigore corpus.
Nec molli in lecto, non illa tapetibus altis

Somnia

Somnia suscipies: potius per strata, domosque
Sumpta iuuant, quæ sparsa tegat rosa lenis odorem,
Somniferamque efflans auram, quæque amnis amicæ
Exornent salices, atque orta papauera somno.
Sic iuuat excelsas quæ præbet forma cathedras,
Nec minus in læto viridis cum gramine campi
Fessus habet somnos, vbi venti leniter omnes
Aspirant, lentoque cadit leuis vmbra sub vlmo:
Quò iucunda sonant currentis murmura riui:
Quò placidum mare lactescit, suauesque volucrum
Vndique consurgunt dubio certamine voces.
Quò varios inter modulos dulcissima cantu
Mille sonat philomela modis, sequiturque canentem
Sturnus, & auratam merulus qui concinit odem.
Illic assuetos formosa calandria versus
Componit, turturque gemit, plorantque columbæ,
Et mittunt leni placidos de pectore ventos.
Quò turdus, quò pica loquax, quò trinsat hirundo;
Quò tetrinit anas, & drensant flumine cigni,
Ranaque limosis submersa coaxat in vndis.
Sola obscura deest ratio: sola ætheris atri
Conditio, & siqua tenebrosa silentia corpus,
Atque animos torpore grauant: densissima quare
Vmbra placet: seu sint altis sub rupibus alta
Tegmina, vel grandes ingenti mole cauernæ,
Effugiantque imæ nemorosa per æquora valles.

Vespertinus obest etiam, & morbosior omni est:
Lux fugiens ea damna auget, phœbusque recedens
Non ignem fouet innatum, pugnamue futuram.

Noctur-

Nocturnus placet ex somnis, quem frigora noctis
Arcta iuuant: quem grata quies, tenebraque silentes
Conciliant, solisque omni labor additus orbe.
Hic melior, si venter agens alimenta ministrat
Debita: si inferius iam sint, fundaque sub aluo
Lapsa cadant: si facta quies fuit vnica, & omnis
Mens longo, somnoque iacet defixa profundo:
Si natura calens gelidum tenet aera, frigens
Per noctes fumos quærit, sedesque calentes.
Si maiore senes humectent corpora somno:
Si crudos pueri superent in viscere chilos,
Et ferat in reliquis mediam nox atra quietem:
Si prius in dextrum patiens, posthacque sinistrum
Decumbat latus, & tandem se vertat in illud:
Si nullo pars tensa loco: non corpore recto
Sit cubitus: caleant sinuatis viscera musclis.
Hic situs, hic ordo, dapibus modus iste coquendis
Competit: has trudit melius pars dextra deorsum;
Et pars læua coquit: magnus iuuat hepatis ardor.
Cum verò latus in nullum, stomachoque supino
Fit somnus: tunc rene ignes, tunc pondera lumbis
Succedunt: cerebro quod rheuma effunditur alto
Declinat retro, & primi fugit ora palati:
Vnde paralitici veniunt, tristesque podagræ,
Et qui pectoribus grauidas tulit incubus auras.

Vigilia *Huic hæret, sequiturque suum soror vnica fratrem*
Quæ vigiliat, quæ semper adest, quæ lumina semper
Viua patent, sensusque omnes motusque vicissim
Insita diuersis concedunt munera rebus:

Cum

Cum labor, & curæ adsunt: quando regia virtus
Quærit opus varium, partesque effusus in omnes
Irradiat calor, & toto se corpore præbet:
Cum partis constant vires: cum spiritus ardet
Subtilis, velóxque aditus se vertit ad omnes.
Hanc naturalem dices cum corpora totum
Post somnum leuiora manent, parque ima voluptas
Gaudet: & accepta suaui dulcedine regnat.
Hæc etiam morbosa fuit, nec limite constat
Naturæ: cum fundo acer de pectore fumus
In superos subit anfractus, mordetque cerebrum:
Vel siccus partem humor habet: vel feruidus ignis
Ardor adest: hæc multa iuuant; iuuat aere claro
Lux radians, & causa mouens: iuuat horridus alta
Parte sonus, clamorque virum, clangorque tubarum:
Quæ tristes agitant animos, quæ pectora curæ
Dilacerant: quæ fixa leues meditatio sensus
Abstrahit, & viuo quæ facta oratio corde:
Hanc animus fouet exultans: hanc ira superbi
Cordis alit, pungensque dolor, mærorque, metusque,
Et siqua superam conturbat passio mentem.
Impediunt somnos etiam qui viscera chili
Tensa inflant, corpusque mouent, atque ardua præbent
Somnia: sic putres fungi, lachrimosaque poma,
Et fumo turgente fabæ.

Hæc igitur nostris conducens actio rebus Effectus.
Humores mouet, atque animos: per viscera fluxus
Incitat: hæc siccat minuens, introque retenta
Conterit, atque vijs ducit, tandemque repellit.

Hæc celerem extinguit flatum: hæc ad pectoris vndas
Auxilium est: hæc ventri alto, membrisque vigorem
Suggerit, atq; famem primo sub cardine ponit.
Extremis addit natos in partibus ignes,
Quas reparat, mouet, atque auget: quas robore firmat
Ingenti: quas rore fouet, rubroque serenat
Sanguine, & excretis tergit, soluitque tumentes.

Norma vigiliæ.

Huic certum quoque tempus inest, mensuraque certis
Apta modis: spatio cum somnus, & ordine recto
Transijt, hæc vigiles capiant sibi tempora motus.
Cum verò iam vis motus, sociæque quietis
Per longum pateat librum: parque vnica motus
Sit vigili ratio, requiesque simillima somno:
Non est cur tantos referat iam musa labores:
Languentes torquet repetita oratio sensus.

QVARTVS LIBER RERVM NONNATVRALIVM.

DE INANITIONE, ET REpletione.

ARGVMENTVM.

EXposita plenitudinis natura, longum in eadem iter, diuersasque adit ambages quibus nutritionis opus confici solet. Secundo nutriendi species, & modos explicat. Tertio qui ad varium repletionis genus effectus consequantur. Hinc, relicta repletione, cunctas inanitionis attingit differẽtias, seminalemque persequitur, vt mira pateat generationis series; denique cuiusque seorsim naturam, viresque perpendit.

Idem

Idem.

Quartus habet succos, vacuataque corpora: primò
Queis fiant hæc plena modis: quo munere partes
Nutritæ: quo chili abeant; quo tramite rubrus
Sanguis eat: quas ipse ferat formasque, genusque,
Et quos longa habeat varios per membra colores.
Hinc vacuos sequitur tractus, quibus omnibus addit
Spermata, vt in multis quæ sit generatio rebus,
Matricisque aditus pateant, sexusque figuræ:
Tandem quæque suam præbet vacuatio normam.

Idem.

Succis plena suis, vacuataque pectora quartus
Continet: at vincit spermatis altus honor.

Replectionis necessitas.

Tu quoque corporibus nostris repletio nutrix
Æternum vitæ auxilium, morboque dedisti:
Seu mollem reparare habitum, & morientia sensim
Corpora continuis moderatæ influxibus alui
Sustentare iuuat, natumque afferre tenorem:
Seu cum magna grauas, pressaq́; à pondere vires
Succumbunt, plenoque manet calor obrutus ore:
Dum calor humorem pascit: dum primus in vndas
Ardor agit, stat vita: vnum si desinat, omne
Subiectum perit, & socij victoria martis.
Qualis sub viridi consurgens ilice flamma
Suffocata perit grauitate, & grandior ignis

Cum

Cum syluam accendit tenuem spectantia velox
Lumina destituit, pastuque absumitur ipso.
Sic calor in membris ardet: sic viscera sumptis
Ima calent epulis, virtusque aduersa resistit.
Ergo erit ambabus causis modus vnus, & vnum
Pondus: vt ingenitus semper calor humida pascat
Viscera, & optatam falix det vita salutem.
At quia subiecto nimium cibus omnis alendo
Dissimilis, variusque inter certamina casus:
Natura effecit partes, atque organa, vt vnum
Membra, cibusq; forent: aquo simul ordine fecit
Ipsa vias, vt sanguis eat, nutriendaque tangat
Corpora, & excretis pateat late exitus vndis.

Impletur vero gemino sic tramite corpus. Quatuor alendi modi.
Primus erit cum læta cibus capit oscula nutrix,
Internosque aditus oris, summumque palatum.
Hic ergo lingua motu, partisque calore
Digeritur moles, & acuti robore dentis
Fracta cadit, cacumque petit per guttura collum.
Hinc primum ruit in ventrem, quo mæsta laborat
Ore fames, ingensq; dolor: quo plurimus ardor
Ignis agit, massamq; albas conuertit in vndas.
Pars similis nutrit stomachos, & spiritus omnes
Ille vias raptus fumantes corpore vires
Sustinet: inferius pars grossa illabitur: inde
Grossior in fundam, per cacum, atq; ileon, aluum
Descendit: verum reparans, & candidus humor
In miseras totum venas se se inserit: ista
In iecoris tendunt portam, qua scissa tenellos

Q Diffun-

Diffundit ramos: ignito in gurgite tandem
Mersa latet, capitis densos imitata capillos.
Hic focus alter, & ingens flamma, hic mobile membrum
Venarum fons primus adest, quo flumina totis
Corporibus: quo forma omnes: vbi candida rubro
Se tingunt alimenta habitu, mutantque colores.

Postquam autem iam sanguis erat, puramq; recepit,
Quam iecur immisit, bilem vesicca (moueret
Vt duri excrementa alui) pars catera vadit
Missa foras: qua parte cruor, biliq; cruori
Mista iacet, nigransq; humor, pituitaq; dulcis.
Cuncta cauum venère locum, venamque fluentem,
Quæ plus cocta nouas (ardent quoque vascula) formas
Assumunt, auctumq; decus, viuosq; colores.
Sic ingens truncus paulatim incedit, & intra
Paruum subsistit spatium, statimq; recisus
In duplici graditur ramo: pars altera sursum
In cordis tendit sedes, transuersaque septi
Perforat: hinc septum venas, membranaque cingens
Pectus habet: pulmoq; leuis spumantia cordis
Accipiens alimenta, auras pro munere soluit
(Arteria has venosa dedit, pro sanguine vena
Arteriosa fuit) prior ista spiritus arce,
Innatiq; fluunt ignes: hoc plurima trunco
Flumina discedunt, quaque vna, & coniugis expers
Hinc oritur: dorsum inde grauans nutritur, & alti
Thoracis regio multis se crinibus ornat:
Hic super aligerum pectus se tollere riuus
Incipit, atque prius collum quam ascendat in omne

Innume-

Innumerum immittit seriem, quas inclytus vndas
Excipit in gremio thorax, mammaque per orbem
Fæminea vertunt albos de sanguine chilos.
Hinc aliæ pariter currunt ad brachia venæ,
Quæ cubitum, digitosque rigant : ad guttura rami
Contendunt alij: claues, humeriq́; receptant
Bini alios, faucesque suos; ad verticis oras
Magnus se fundit numerus, quibus ora, genæque
Implentur, nasoque aures, & lumina portis
Clausa suis, omnesque externæ in fronte capilli.
Non minus internæ vasto de flumine partes
Suscipiunt, cerebrum Princeps, ventresq́; supremi,
Duraque languentes quæ tangunt ossa medullæ,
Et cuncta in supero quæ surgunt sydera cælo.

Altera pars fontis primi, truncique prioris
Inferius cadit in lumbos, dumque ima secatur
Tramite, continuo renales flumine thecas
Irrigat: vlterius contentum vena cruorem
Mulget, & in testes longa prolabitur aluo.
Cum verò caua sub renes deuènit, & ingens
Truncus in abdomem dextra, læuaque perennem
Promittit fluuium, partesque attingit inanes.
Hinc aliæ retro incedunt quas vertebra paruo
Dura sinu recipit, consertaque ossibus alui:
Ast quando genus ad sacrum se contulit, omnis
In duo sanguinei distinguitur oscula succi,
Quæ primò quam crura petant, surasque, pedesque
Multiplici prole accingant, loca proxima venis
Circundant, succosque fouent: hinc lumbus, & omne

Vicinis sacrum os membris sumpsere cruorem:
Hinc ramos siphac, & quæ loca fætida podex
Continet, hinc lotij fons, & quos fœmina ventres
Mollis habet, rectoque leues ab domine testes:
Harum aliæ in mammas subeunt, supremaq; vasa
Pectoris: inferius rami sub pectinis vmbras
Deuenère aliæ, & tandem genitalia membra
Diuersis ornant æquali munere riuis.

Postquam igitur loca magna cruor, venasq; tumentes
Transit, in angustum genus, & tenuissima longè
Vascula se voluens infert: vbi purior omnis
Massa fluit, longoq; via confecta labore.
Mox vacuum ros in spatium, similesq; per artus
Funditur, & primùm membris apponitur: inde
Iam tandem arescens coquitur, lentusq; calore
Natiuo se se iungit, carnemque figurat:
Vel duro liquidus concrescit glutine sanguis:
Vel lentos abit in muccos, mollesq; medullas:
Inde suam nerui (visu mirabile) formam
Muccus habet, gluteng; cutim se vertit in albam,
Et spissata leues concrescunt ossa medullæ.

Ex alio nutrita modo se corpora replent,
Elapsaque rubro surgunt de sanguine vires.
Cum liquidum clister habuit; cum grata vitello
Splendenti sua iura madent, quæ dulcia reddat
Dulce fouens ægros: hæc ergo prima sub arcto
Intestina sinu capiunt, auidusq; reposcit
Ventriculus, chilumq; facit: chilum intima raptant

Viscera: tunc illas venas, illosq; per artus
Ducitur, & tandem membris accommodus omnes.
Languentis vires reficit, carnemq; ministrat.

Altera per geminas facta est repletio nares
Quis vapor ingreditur nutriens, quas plenus odore
Fumus adit: caput inde petit, cerebriq; per imos
Se fusus miscet ventres, animumq; vigorat.
Aut hac in totum grata exhalatio pectus
Labitur, & postquam pennis sub mollibus ardet,
Corde sedet, vitaque alter iam spiritus, altas
Extollit vires, profugumq; à fronte colorem.
Hoc autem fert grata meri substantia donum,
Fumosaq; vapor cereris, ferroq; calente
Insignes bonitate dapes, & olentia poma.

Vltima per cæcos nutritio facta meatus,
Perq; poros cutis incedit: celer intima quærit
Viscera, queis vires recreat: loca prompta fuerunt:
Abdomen prægnantis habens stillantia pinguis
Iura bouis, tostamq; mero rorante farinam:
Ventriculi prima ora simul, quo plurima fumos
Exhalant alimenta suos: ex carpite demum
Vitalis surgit flatus, durasq; subintrans
Arterias lapsæ reparat primordia vitæ.
Siue tamen vapor hic nares, latosq; canales
Irruat, aut primi calidò de viscere chili
Se tollat, partesq; leuis se effundat in omnes,
Non sic densari valet, aut crassescere tantum,
Vt constans fiat sanguis, firmumq; rubentis

Assumat carnis pondus, solidumque vigorem:
Spiritus hoc tantùm crescit, tenuisque resurgit
Hic vapor: & profugos conseruant ora colores.

Repletionis hinc species,

Sic pars, & vires crescunt, repletioq; omnis
Corpus adit, quæ rectà modò, moderataq; constat,
Et robur, partesque auget: modò plurima totum
Aggrauat, & venas implet: quando ora, genasq;
Purpureum tingit decus; ingens omnia quando
Membra tumor premit, & totos turgentia tendunt
Vasa artus, crescuntq; omnes in corpore succi:
Præsertim si assueta suos excreta meatus
Non adeant: si multa quies iuuat, atque labores
Deficiunt soliti: si mollis vertice somnus
Languet, & in modico moderati temporis æstu
Surgunt innumeræ crescenti in sanguine vires.
Hæc igitur parit ingentes morbosque, necesque:
Elati sic tensa fluunt per membra tumores:
Sic corpus labor infestat, demersaque totis
Vnda poris sensum pariter, motumq; recludit,
Spirantemq; animam, vitalesque impedit auras.
Nunc dolor est, tardoque pigri sunt corpore motus:
Nunc iter obstructum est: nunc multo infarta cruore
Rumpuntur vasa, & rubeo liquor exilit ore.

Altera morbosis minor est repletio succis,
Quæ vires, non vasa grauat: quæ punctio maior
Membra tenet, scabiesque riget, mordentque dolores:
Quæ calor exurens acer: cum scilicet vnus
Humorum creuit: sedes sola vna per omnes

Causa

Causa vrget, quam flamma ingens, quam putridus ignis
Corripit, & certam virtus demittit in aluum.
Hac igitur prauam adquirens in corpore formam
Ingenitas minuit vires, totique resistens
Naturæ, bellum pariter, mortemque minatur.

Vtraque pars longos medicinæ postulat vsus:
Hæc petit antiquos mores, & corporis æquam
Temperiem: iuuat oppositum seruare tenorem,
Et quæ sit praui diuersa expulsio succi.
Illa per incisam de tracto sanguine venam
Infensam amittit molem: vena omnis in omni
Parte iuuat: magis in cubito placet, hepatis vnde
Grandia in extensum decurrunt flumina corpus.

Aduersa de sede soror, gratoq; resultat
Munere, pallescens vultu, & tenuissima toto
Corpore: sunt amplæ tenui sub cuspide nares:
Sunt pressæ malis foueæ, collapsaq; frontis
Tempora, & in vacuis mærent duo lumina cælis.
Sic gracili incumbens baculo, pedibusque remissis
Progreditur totum minuens vacuatio corpus:
At postquam paruum egit iter, sedemq; reliquit
Supremam, remanet duplex: mæstum vtraq; morbum,
Vtraque iucundam potuit conferre salutem.
Altera naturam insequitur, propriisq; resurgit
Viribus: vna artis longo moderamine pendet,
Et medici: illa modos totidem, totidemque figuras
Illa capit, quot ventre ignes, quot corpore ventres,
Visceribusq; viæ subsunt, excretaq; toto.

Vacuatio.

Quod

Quod stomachus, iecorisq; cauum, quod continet omnis
Intestinorum regio turbata, per aluum
Purgatur: nisi cum mordens se tollit in altum
Succus, & externas vomitu contendit in auras.
Verum quæ iecori prosunt conuexa caleuti,
Coniunctisq; vijs renes, vesiccaque grandis
Per lotium purgata manent: qui vertice summo
Stat morbus loca multa petit: pars humida nares
Irrigat, atq; eadem lachrimis, fletumq; perennem
Concedit binis oculis, vndamque palato.
In lentum gluten quæ pars concreta, per aures,
Atque arctos salit anfractus: pars siccior omnis
In superam tendit faciem, partimq; capillos
Efficit, & partim rabidos cum furfure vermes.
Quæ grauidæ luctant vitali in pectore causæ,
Pulmonisq; premunt follem, motæ aere pulso
Lata per ora ruunt: loca præstant aspera munus.
Quæ membris tandem, corpusq; effusa per omne
Excrementa iacent, horum pars grossior arctis
Mixta poris exit tenues demissa per artus,
Atque insensibilis fugit illo tramite fumus.

Fit quoque sanguinei similis vacuatio succi,
Quem pellit natura foras, cum flumina toto
Exundant campo, aut grauidam liquor opprimit aluum.
Aptior illa alijs, illa est assuctior omni
Fæmineis quæ facta locis quam menstrua dicunt:
Hanc hæmorrhoidum sequitur purgatio, & istam,
Effluxus narum: turpes minus apta per oras
Facta iuuat: minus oris adhuc placet altera summi:

Seu vomitu mittat stomachus, seu mollia tussi
Pectora, vel superum rubeas caput expuat vndas.

Altera spermaticum tribuit vacuatio fluxum,
Vitales quo ventre auræ, quo corpore lætus
Vasa cruor tingit: qua fulgens spiritus aluo
Excitat innumeras diuersa ad pondera vires:
Quo iecur est alimenta ferens, cerebrumq́; gubernat
Alta in sede micans: vbi corregit omnia summo
Pulsum agitans, ludensq́; alios phantasia sensus
Ad se se rapit & placido deludit amore:
Quæ verò sine mente errant, sine sanguine, nullum
Semen habent, nullos pariunt animantia fætus.

Ergo suas Venus alma prior, natusque sagittas
Imprimit, hæ longè volitant, animosquæ iacentes,
Innocuosque mouent iucundo vulnere sensus.
Mens ridet pulchro veneris pellecta decore,
Et socium instigat corpus: volat omne per omnes
Membrorumque aditus, generantisque vstia sexus:
Ex templo (seu vera venus, seu somnia fallant
Grata animos) gemini referunt sua munera testes,
Spermaticumq́; genus: cum totus venter, & omnis
Vena tumet, premiturq́; omnis per corpora virtus:
Cum fremit os, cum fusa leuis præcordia motus
Glande hilarat titillanti, conuulsaque currunt
Membra alto, & calidos ingens tremor occupat artus.
Iam tunc ingentes æstus, & flammeus imas
Ignis habet partes; iam turuo lumina raptu
Se tollunt, præbentq́; aquas morientibus vmbras.

Illi iterum ſucco vacui noua renibus altis.
Auxilia expoſcunt: incipes quæ proxima renes
Vaſa trahunt, vſq; in ſtomachum, ventreſq; ſupremos,
Quò ſedet illa fames teſtis, quò tractio ſiſtit
Inferior, cerebrumq; fluens, & mollia membra
Soluuntur; tenebris oculi, lapſoq; recedunt
Lumine, & ab ſumptis decreſcunt oſſa medullis.
Et quamuis omnes tribuant ſua munera partes,
Hæc magis in coitu minui, plus corpora lapſus
Hac illos ſentire ſolent, veneremque negare:
Plus tamen iſte hominis labor eſt, quo mollior omnis
Facta caro fluit, & facili tenuiſsima ſucco
Aura viget, facili quæ ſæpe illabitur æſtu:
Addite maiores quos mens ſublimior actus
Perficit, & magnos cupiens quos ſenſus amores,
Quas deſiderium vires dedit, omnia grandem
Promittunt coitum, & fuſo membra hauſta calore.
Præſertim cum ſomnus adeſt: cum ſomnia totos
Grata mouent animos: tunc mens intenſior altè
In coitu breuiore horret, tunc acrior inſtat,
Expellitq; omnes inferna ad flumina vires:
Non eadem cauſa in reliquis animantibus, omnes
Turpe gerunt corpus, craſſoſq; ad gaudia ſenſus:
Quas inter minor in gallis lapſuſque, laborque
Debilitant: generi non huic obnoxia tantum
Pulchra Venus: gaudent potius, forteſque, ferique
Poſt coitum exultant, cantusque, & prælia tentant.
Vlterius lex certa feris, moderataque fræni
Temperies conceſſa, & certi occaſio menſis:
Solæ agitant hominem furiæ, ſolum vna libido

Præci-

Præcipitem rapit, & cæco sub lumine pellit
Nec gelidus finis mæror, nec sufficit ingens
Debilitas: non turpe genus, non mentis honores
Defectæ, non hunc varius sine limite morbus
Amouet à vitijs: tantum valet illa voluptas,
Tantum amor ille potest: nunquam satis iste, nec illa
Non veneris, non vuluæ vnquam satiata cupido.
Sic natura parens mundo prouidit, vt omnes
Seruaret populos, prolemq́; in secla futuram.
Iam veneris labor immodicus caput hausit, & imi
Manserunt sine mole sinus, sinc pondere matres.
Sic maiora boum, quam duri cornua tauri,
Eunuchusque tenet raros in fronte capillos.

Hinc manet assimilans spumante in semine forma, Similitudo
Quæ sexum, & speciem fingit, quæ membra figurat:
Summæ altum virtutis opus, cælique potestas.
Sic hominem producit homo, materque ferarum
Est fera: gignit equus similem, rigidumq́; leonem
Dat Leo: Tigris habet tigridem: patris arietis agnus
Filius, hircorum capra est, taurique iuuencus.
Ex colubro ferus anguis adest: serpente lacerti
Non fiunt, serpens oritur: sua nascitur ales
Alite, & ex pisci generatur in æquore piscis.
Sic mancum generat mancus: similemq́; puellum
Claudus habet: sic ægra salus: sic æqua parentum
Temperies sequitur natos: hæc attamen imis
Corporibus fixa esse decet, neq́; mobilis; vnde
Non febres, veloxque dolor, non sponte catharrus
Eueniens: non doctæ artes, sensusue recurrens

Sensibus, aut celeri fabricata scientia mente:
Sed quæ firma habitum traxit, fixaque cohæret
Radice, hæc semper constans, atq; vna per omnes
Aparbus currit natos, sequiturq; nepotes.
Sic tales, prisciq; habitus, veteresq; podagræ
Et fixi mores animo turpesque, bonique:
Sic fortis gignit fortem (robusta columbas
Non molles aquila ingenerat) sic virgo pudicum:
Vtque hominem producit homo: sic æquus, & æquum;
Atq; malus, prauum generat: non dulcia syluæ
Poma ferunt, dulcesue agrestia munera plantæ.

Cur verò magis hic patris, magis ille figuram
Matris habet fœtus: patruos hic fingit, & alter
Sanguinei recipit, proauique exordia summi:
Assimilans hoc forma dabit, simulacraque patrum
Fortia, & exuperans semen, vel debile contra,
Et paucum, atq; obscura nimis genitoris imago
Quarto exhausta loco: nam quo se longius illa
Abdidit, atra manet, viresq; amittit eundo.
Fœmellas patri simeles hæc fœmina pingit,
Illa mares, vtrunq; sibi trahit altera sexum,
Vel patri: natum ista sibi, natam illa parenti,
Vel contra assimilat: nullas hæc patribus aluos,
Nec matri similes reddit: sic lumina patris
Hic habet, ille tenet maternos fronte capillos,
Et totum per membra decus, moresq; parentis:
Sæpe animos tribuunt patres, & corpora matres:
Sæpe sui fœtus maiorem fœmina partem,
Maius soluit opus: tantum fera menstrua possunt:

Omnia

Omnia commutat formatrix semina virtus.
Accedunt huic cæcus amor, mentisq́ue potestas
Innumeræ, quæ multa valet, cui corpus & omnis
Inferior moles, omnisq́ue obtemperat actus.
Iam nigras albis mater de partibus aluos
Produxit, nigraque albos de matre puellos:
Iam pulchros genuit formoso ex lumine fœtus,
Et turpes visu fœdati pectoris : vrsum
Viderat, & peperit villosum fœmina monstrum
Vnguibus vrsinis: vnus vero altè pullus
Accipitrem ceruicè tulit ; conceperat olim
Gallina aspiciens, rapidoq́ue exterrita monstro.
Sic nato veras obscurat adultera formas
Verorum patrum , falsisq́ue parentibus æquat:
Sic magnus patrum diuino munere princeps
Cortice nudauit, sparsitque ad flumina virgas,
Quò pecudes aqua venientes pingeret arte.
Est varijs distincta etiam regionibus auræ
Temperies, varijq́ue loci, & diuersa puelli
Tempora, diuersumq́ue genus potusque, cibique,
Atque potens nimium diuerso insidere virtus:
Quæ causæ non certa modò natalia patris,
Maternasq́ue valent bello peruertere formas,
Ast etiam externis similes in vultibus ipsos
Interdum fingunt natos, ornantque figuris.
Tantùm æqualis erit Nino regina marito,
Sic toto similans, vt post sua funera fortem
Regnaret mentita virum, pugnasque moueret.
Tres Lepidi obducto similes in lumine quondam
Vixerunt, nullus frater, gente attamen omnes

De lepida: cunctos pueri vicère gemellos,
Quorum vnum genuere Alpes, tulit inclyta rebus
Vna Asia, ambos diuersis à patribus ortos.
Sublimi dedit Augusto Romæ infima ciuem
Plebs similem: dedit Antiocho similem altera regi
Artemium: magnus qualis Pompeius in ore,
Talis erat ciuis plebeia Vibius urbis.
Syluestri orator de Mirmillone Seuerus
Protulit aspectum: sic sura imitabilis vno
Piscatore fuit; non vultus limine solum,
Corpore seruabat ritus, & voce loquelas.
Sparti hastam retulere patris, similesq; parentum
Sinæ oculos, barbæque pilos, frontemque supremam:
Diuersas longè patiuntur semina causas.
Ast quoniam non tanta feris ratione, genusue
Causarum accedit, tanto discrimine fatus
Non variant: æqua potius sub imagine cunctos,
Cunctaq; membra ferunt: sunt illis tempora partus,
Et coitus simul vna, vnus cibus, vna per vndas
Potandi species, paribusque habitatio terris.
Vlterius semper veneris formamque, tenoremq;
Obseruant vnum: rapida non mentis imago
Tanta fluit, neque pars animi tam mobilis audet
Obiecti mutare vices, sensusque figuras.
Hæc insensatis autem mutatio rebus
Multo est vsque minor: paribus paria omnia campis
Nascuntur: tota æqua suo viret herba parenti,
Flosq; suum similat florem: nata arboris arbor
Est eadem, folijsque, & fructu ornatur eodem.

Sic ergo illæ omnes distincto pondere causæ
Sic nostras variant facies, sic corpora mutant.
Mens varios reddit casus (vt diximus) albos
Frigida, nigrantes tellus parit vsta colores.
Nascitur in glacie Danus, qua gotthus, & horrens
Istra iacet: qua sunt Galli, Suauiq; feroces,
Candentesq; gerens formosa Albania crines.
Æthiopes torrens æstus, Garamantas, & Indos
Procreat, in longo se tollunt corpore fortes
Germanique, Scythaque (altos calor intimus artus,
Rore premente, facit) gignunt Hetrusca *minores*
Rura viros, paruasq; ingens creat India gentes
Albi de gelido consurgunt spermate vultus,
Quod non vis siccans, sed lenior irrigat vnda.
Sic epulæ, sic tempus edax: hæc qualia, talis
Fit succus: qualis sanguis, sunt spermata, & inde
Disposito similis prorumpit viscere fætus.

Ex cælo densos Aries in vertice crines
Efficit, & media componit vellera fronte:
Qui sequitur grandes oculos, mentumq; rotundum
Taurus habet, crassoque ingentia guttura collo.
Vt mentem, geminant corpus, Ianosque bifrontes
Depingunt gemini: difformia corpora reddit
Turpe animal cancer, latasque extendit in aluos.
Thoracis magnos aditus, frontemque superbam
Dat Leo: postremo minor est in corpore virtus:
Omne tamen decorat granis excellentia membrum.
Virgo breues artus, tenuataque viscera fingit,
Concinnatque locis partes, ponitque nitorem

Fœmineum

Assumat carnis pondus, solidumque vigorem:
Spiritus hoc tantùm crescit, tenuisque resurgit
Hic vapor: & profugos conseruant ora colores.

Repletionis hinc species,

Sic pars, & vires crescunt, repletioq; omnis
Corpus adit, quæ rectà modò, moderataq; constat,
Et robur, partesque auget: modò plurima totum
Aggrauat, & venas implet: quando ora, genasq;
Purpureum tingit decus; ingens omnia quando
Membra tumor premit, & totos turgentia tendunt
Vasa artus, crescuntq; omnes in corpore succi:
Præsertim si assueta suos excreta meatus
Non adeant: si multa quies iuuat, atque labores
Deficiunt soliti: si mollis vertice somnus
Languet, & in modico moderati temporis æstu
Surgunt innumeræ crescenti in sanguine vires.
Hæc igitur parit ingentes morbosque, necesque:
Elati sic tensa fluunt per membra tumores:
Sic corpus labor infestat, demersaque totis
Vnda poris sensum pariter, motumq; recludit,
Spirantemq; animam, vitalesque impedit auras.
Nunc dolor est, tardoque pigri sunt corpore motus:
Nunc iter obstructum est: nunc multo infarta cruore
Rumpuntur vasa, & rubeo liquor exilit ore.

Altera morbosis minor est repletio succis,
Quæ vires, non vasa grauat: quæ punctio maior
Membra tenet, scabiesque riget, mordentque dolores:
Quæ calor exurens acer: cum scilicet vnus
Humorum creuit: sedes sola vna per omnes

Causa

Causa vrget, quam flamma ingens, quam putridus ignis
Corripit, & certam virtus demittit in aluum.
Hæc igitur prauam adquirens in corpore formam
Ingenitas minuit vires, totique resistens
Naturæ, bellum pariter, mortemque minatur.

Vtraque pars longos medicinæ postulat vsus:
Hæc petit antiquos mores, & corporis æquam
Temperiem: iuuat oppositum seruare tenorem,
Et quæ fit praui diuersa expulsio succi.
Illa per incisam de tracto sanguine venam
Infensam amittit molem: vena omnis in omni
Parte iuuat: magis in cubito placet, hepatis vnde
Grandia in extensum decurrunt flumina corpus.

Aduersa de sede soror, gratoque resultat Vacuatio.
Munere, pallescens vultu, & tenuissima toto
Corpore: sunt amplæ tenui sub cuspide nares:
Sunt pressæ malis foueæ, collapsaque frontis
Tempora, & in vacuis mærent duo lumina cælis.
Sic gracili incumbens baculo, pedibusque remissis
Progreditur totum minuens vacuatio corpus:
At postquam paruum egit iter, sedemque reliquit
Supremam, remanet duplex: mæstum vtraque morbum,
Vtraque iucundam potuit conferre salutem.
Altera naturam insequitur, propriisque resurgit
Viribus: vna artis longo moderamine pendet,
Et medici: illa modos totidem, totidemque figuras
Illa capit, quot ventre ignes, quot corpore ventres,
Visceribusque viæ subsunt, excretaque toto.

Quod

Quod stomachus, iecorisq́; cauum, quod continet omnis
Intestinorum regio turbata, per aluum
Purgatur: nisi cum mordens se tollit in altum
Succus, & externas vomitu contendit in auras.
Verùm quæ iecori prosunt conuexa calenti,
Coniunctisq́; vijs renes, vesiccaque grandis
Per lotium purgata manent: qui vertice summo
Stat morbus loca multa petit: pars humida nares
Irrigat, atq́; eadem lachrimis, fletumq́; perennem
Concedit binis oculis, vndamque palato.
In lentum gluten quæ pars concreta, per aures,
Atque arctos salit anfractus: pars siccior omnis
In superam tendit faciem, partimq́; capillos
Efficit, & partim rabidos cum furfure vermes.
Quæ grauidæ luctant vitali in pectore causæ,
Pulmonisq́; premunt follem, motæ aere pulso
Læta per ora ruunt: loca præstant aspera munus:
Quæ membris tandem, corpusq́; effusa per omne
Excrementa iacent, horum pars grossior arctis
Mixta poris exit tenues demissa per artus,
Atque insensibilis fugit illo tramite fumus.

Fit quoque sanguinei similis vacuatio succi,
Quem pellit natura foras, cum flumina toto
Exundant campo, aut grauidam liquor opprimit aluum.
Aptior illa alijs, illa est assuetior omni
Fæmineis quæ facta locis quam menstrua dicunt:
Hanc hæmorrhoidum sequitur purgatio, & istam,
Effluxus narum: turpes minus apta per oras
Facta iuuat: minus oris adhuc placet altera summi:

Seu

Seu vomitu mittat stomachus, seu mollia tussi
Pectora, vel superum rubeas caput expuat vndas.

Altera spermaticum tribuit vacuatio fluxum,
Vitales quo ventre auræ, quo corpore lætus
Vasa cruor tingit: qua fulgens spiritus aluo
Excitat innumeras diuersa ad pondera vires:
Quo iecur est alimenta ferens, cerebrumq́; gubernat
Alta in sede micans: vbi corregit omnia summo
Pulsum agitans, ludensq́; alios phantasia sensus
Ad se se rapit & placido deludit amore:
Quæ verò sine mente errant, sine sanguine, nullum
Semen habent, nullos pariunt animantia fœtus.

Ergo suas Venus alma prior, natusque sagittas
Imprimit, hæ longè volitant, animosque iacentes,
Innocuosque mouent iucundo vulnere sensus.
Mens ridet pulchro veneris pellecta decore,
Et socium instigat corpus: volat omne per omnes
Membrorumque aditus, generantisque vestia sexus:
Ex templo (seu vera venus, seu somnia fallant
Grata animos) gemini referunt sua munera testes,
Spermaticumq́; genus: cum totus venter, & omnis
Vena tumet, premiturq́; omnis per corpora virtus:
Cum fremit os, cum fusa leuis præcordia motus
Glande hilarat titillanti, conuulsaque currunt
Membra alto, & calidos ingens tremor occupat artus.
Iam tunc ingentes æstus, & flammeus imas
Ignis habet partes; iam turuo lumina raptu
Se tollunt, præbentq́; aquas morientibus vmbras.

Illi iterum succo vacuì noua renibus altis
Auxilia exposcunt: incpes quæ proxima renes
Vasa trahunt, vsq; in stomachum, ventresq; supremos,
Quò sedet illa fames testis, quò tractio sistit
Inferior, cerebrumq; fluens, & mollia membra
Soluuntur; tenebris oculi, lapsoq; recedunt
Lumine, & ab sumptis decrescunt ossa medullis.
Et quamuis omnes tribuant sua munera partes,
Hæc magis in coitu minui, plus corpora lapsus
Hæc illos sentire solent, veneremque negare:
Plus tamen iste hominis labor est, quo mollior omnis
Facta caro fluit, & facilè tenuissima succo
Aura viget, facilè quæ sæpe illabitur æstu:
Addite maiores quos mens sublimior actus
Perficit, & magnos cupiens quos sensus amores,
Quas desiderium vires dedit, omnia grandem
Promittunt coitum, & fuso membra hausta calore.
Præsertim cum somnus adest: cum somnia totos
Grata mouent animos: tunc mens intensior altè
In coitu breuiore horret, tunc acrior instat,
Expellitq; omnes inferna ad flumina vires:
Non eadem causa in reliquis animantibus, omnes
Turpe gerunt corpus, crassoq; ad gaudia sensus:
Quas inter minor in gallis lapsusque, laborque
Debilitant: generi non huic obnoxia tantum
Pulchra Venus: gaudent potius, fortesque, feriq;
Post coitum exultant, cantusque, & prælia tentant.
Vlterius lex certa feris, moderataque frani
Temperies concessa, & certi occasio mensis:
Solæ agitant hominem furiæ, solum vna libido

Præci-

Præcipitem rapit, & cæco sub lumine pellit
Nec gelidus finis mæror, nec sufficit ingens
Debilitas: non turpe genus, non mentis honores
Defecta, non hunc varius sine limite morbus
Amouet à vitijs: tantum valet illa voluptas,
Tantum amor ille potest: nunquam satis iste, nec illa
Non veneris, non vulua vnquam satiata cupido.
Sic natura parens mundo prouidit, vt omnes
Seruaret populos, prolemq; in secla futuram.
Iam veneris labor immodicus caput hausit, & imi
Manserunt sine mole sinus, sine pondere matres.
Sic maiora boum, quam duri cornua tauri,
Eunuchusque tenet raros in fronte capillos.

Hinc manet assimilans spumante in semine forma, Similitudo
Quæ sexum, & speciem fingit, quæ membra figurat;
Summæ altum virtutis opus, cælique potestas.
Sic hominem producit homo, materque ferarum
Est fera: gignit equus similem, rigidumq; leonem
Dat Leo: Tigris habet tigridem: patris arietis agnus
Filius, hircorum capra est, taurique iuuencus.
Ex colubro ferus anguis adest: serpente lacerti
Non fiunt, serpens oritur: sua nascitur ales
Alite, & ex pisci generatur in æquore piscis.
Sic mancum generat mancus: similemq; puellum
Claudus habet: sic ægra salus: sic aqua parentum
Temperies sequitur natos: hæc attamen imis
Corporibus fixa esse decet, neq; mobilis; vnde
Non febres, veloxque dolor, non sponte catharrus
Eueniens: non docta artes, sensusue recurrens

Sensibus, aut celeri fabricata scientia mente:
Sed quæ firma habitum traxit, fixaque cohæret
Radice, hæc semper constans, atq; una per omnes
apentribus *Aparbus currit natos, sequiturq; nepotes.*
Sic tales, prisciq; habitus, veteresq; podagra
Et fixi mores animo turpesque, bonique:
Sic fortis gignit fortem (robusta columbas
Non molles aquila ingenerat) sic virgo pudicum:
Vtque hominem producit homo: sic æquus, & æquum;
Atq; malus, prauum generat: non dulcia sylua
Poma ferunt, dulcesue agrestia munera plantæ.

Cur verò magis hic patris, magis ille figuram
Matris habet fætus: patruos hic fingit, & alter
Sanguinei recipit, proauique exordia summi:
Assimilans hoc forma dabit, simulacraque patrum
Fortia, & exuperans semen, vel debile contra,
Et paucum, atq; obscura nimis genitoris imago
Quarto exhausta loco: nam quo se longius illa
Abdidit, atra manet, viresq; amittit eundo.
Fæmellas patri simeles hæc fæmina pingit,
Illa mares, vtrunq; sibi trahit altera sexum,
Vel patri: natum ista sibi, natam illa parenti,
Vel contra assimilat: nullas hæc patribus aluos,
Nec matri similes reddit: sic lumina patris
Hic habet, ille tenet maternos fronte capillos,
Et totum per membra decus, moresq; parentis:
Sæpe animos tribuunt patres, & corpora matres:
Sæpe sui fætus maiorem fæmina partem,
Maius soluit opus: tantum fera menstrua possunt:

Omnia

Omnia commutat formatrix semina virtus.
Accedunt huic cæcus amor, mentisq́; potestas
Innumera, quæ multa valet, cui corpus & omnis
Inferior moles, omnisq́; obtemperat actus.
Iam nigras albis mater de partibus aluos
Produxit, nigraque albos de matre puellos:
Iam pulchros genuit formoso ex lumine fœtus,
Et turpes visu fœdati pectoris: vrsum
Viderat, & peperit villosum fœmina monstrum
Vnguibus vrsinis: vnus vero alite pullus
Accipitrem ceruicè tulit; conceperat olim
Gallina aspiciens, rapidoq́; exterrita monstro.
Sic nato veras obscurat adultera formas
Verorum patrum, falsisq́; parentibus æquat:
Sic magnus patrum diuino munere princeps
Cortice nudauit, sparsitque ad flumina virgas,
Quò pecudes aqua venientes pingeret arte.
Est varijs distincta etiam regionibus aura
Temperies, varijq́; loci, & diuersa puelli
Tempora, diuersumq́; genus potusque, cibique,
Atque potens nimium diuerso insidere virtus:
Quæ causæ non certa modò natalia patris,
Maternasq́; valent bello peruertere formas,
Ast etiam externis similes in vultibus ipsos
Interdum fingunt natos, ornantque figuris.
Tantùm æqualis erit Nino regina marito,
Sic toto similans, vt post sua funera fortem
Regnaret mentita virum, pugnasque moueret.
Tres Lepidi obducto similes in lumine quondam
Vixerunt, nullus frater, gente attamen omnes

imagi

De lepida: cunctos pueri vicère gemellos,
Quorum vnum genuere Alpes, tulit inclyta rebus
Vna Asia, ambos diuersis à patribus ortos.
Sublimi dedit Augusto Roma infima ciuem
Plebs similem: dedit Antiocho similem altera regi
Artemium: magnus qualis Pompeius in ore,
Talis erat ciuis plebeia Vibius vrbis.
Syluestri orator de Mirmillone Seuerus
Protulit aspectum: sic sura imitabilis vno
Piscatore fuit; non vultus limine solum,
Corpore seruabat ritus, & voce loquelas.
Sparti hastam retulere patris, similesq́ parentum
Sinæ oculos, barbaque pilos, frontemque supremam:
Diuersas longè patiuntur semina causas.
Ast quoniam non tanta feris ratione, genusue
Causarum accedit, tanto discrimine fatus
Non variant: æqua potius sub imagine cunctos,
Cunctaq́ membra ferunt: sunt illis tempora partus,
Et coitus simul vna, vnus cibus, vna per vndas
Potandi species, paribusque habitatio terris.
Vlterius semper veneris formamque, tenoremq́
Obseruant vnum: rapidæ non mentis imago
Tanta fluit, neque pars animi tam mobilis audet
Obiecti mutare vices, sensusque figuras.
Hæc insensatis autem mutatio rebus
Multo est vsque minor: paribus paria omnia campis
Nascuntur: tota æqua suo viret herba parenti,
Flosq́ suum similat florem: nata arboris arbor
Est eadem, folijsque, & fructu ornatur eodem.

Sic

Sic ergo illæ omnes distincto pondere causæ
Sic nostras variant facies, sic corpora mutant.
Mens varios reddit casus (vt diximus) albos
Frigida, nigrantes tellus parit vsta colores.
Nascitur in glacie Danus, qua gotthus, & horrens
Istra iacet: qua sunt Galli, Suauiq; feroces,
Candentesq; gerens formosa Albania crines.
Æthiopes torrens æstus, Garamantas, & Indos
Procreat, in longo se tollunt corpore fortes
Germanique, Scythaque (altos calor intimus artus,
Rore premente, facit) gignunt Hetrusca minores
Rura viros, paruasq; ingens creat India gentes
Albi de gelido consurgunt spermate vultus,
Quod non vis siccans, sed lenior irrigat vnda.
Sic epulæ, sic tempus edax: hæc qualia, talis
Fit succus: qualis sanguis, sunt spermata, & inde
Disposito similis prorumpit viscere fœtus.

Ex cælo densos Aries in vertice crines
Efficit, & media componit vellera fronte:
Qui sequitur grandes oculos, mentumq; rotundum
Taurus habet, crassoque ingentia guttura collo.
Vt mentem, geminant corpus, Ianosque bifrontes
Depingunt gemini: difformia corpora reddit
Turpe animal cancer, latasque extendit in aluos.
Thoracis magnos aditus, frontemque superbam
Dat Leo: postremo minor est in corpore virtus:
Omne tamen decorat grauis excellentia membrum.
Virgo breues artus, tenuataque viscera fingit,
Concinnatque locis partes, ponitque nitorem

Fœmineum

Fœmineum: pulchros ornat libra humida vultus,
Et pingit leniplanos in fronte capillos.
Scorpius ardentes oculos, faciemque rubentem
Suscipit, & longos aquilina cuspide nasos.
Membra Sagittarij, quo vir, generosa, ferarum
Sunt fera membra: trahit longos in fronte recessus,
Et rigidos hirta Capricornius ægide crines.
Mollia nimbiferens concedit Aquarius ora:
Informes vultus, demissaq; corpora piscis.

Saturnus, rigidum corpus, fuscataque membra
Procreat, atque humiles (reprimunt quas frigora partes.
Iuppiter in nitida iucundos fronte colores,
Et magno gerit orbe artus: hos amplius acri
Mars leuat igne, feroque armat torua ora rubore.
Gratum addit Venus alma decus: totum illa venustat,
Mollitiem toto ponit, viuumq; decorem,
Et cunctis lætos oculis inspirat honores.
Mercurius carnem solidam, membrisq; vigorem
Suggerit, & varias diuerso in pectore formas.
Dat Phœbus robur, maiestatemq; supremam,
Et crocum decus: albentes vaga cynthia vultus,
Exiguoq; parit molles in corpore neruos.

Sunt alia in supero pariter quæ sydera cælo
Collucent, vultusq; alij, qui corpora, & artus
Innumeris pinguntq; modis, ornantq; figuris:
Verùm ingens patris, atque ataui, proauiq; potestas,
Et quæ fœmineo se tollit spermate virtus.

Postquam

Generationis ordo.

Postquam igitur breuis exiuit, vuluæque per imas
Fœmineæ subit alba vias substantia, tandem
Consistit, latoque hæret matricis in antro:
(Hoc prisci dixere animal, quòd spermata poscat:
Quod lætum gratis, quod mæstum ex tristibus adsit,
Et prauos fugiat, lætosque inquirat odores)
Extemplo gelidum muliebria cornua succum
Emittunt: volat ille celer, sparsusque repente
Lætum agitat sensum, & fontem circum irrigat omnem.
Sic parat in vestem chorion: hac arte sorores
Extruit in natum geminas, quarum vna futuræ
Substaret locus vrinæ; fusum vna vaporem,
Concretumque sinu caperet: post semen vtrunque
Iungitur, & vires iungit, licet altera maior
Vis maris, vna minor quam fœmina suggerit: vnus
Sexus, & alter agit, patiturque: exordia fætus
Mas habet: insequitur motu fœmella secundo,
Fœmineoque maris nutritur spermate semen.
Huc etiam (dum principijs sunt omnia) raptus
Occurrit de mense cruor, qui seminis auget
Materiam, carnique refert alimenta priori.
Totum vulua sinu capiens, auidoq; recondens
Pectore connectit partes, & tota per orbem
Cogitur: ora simul, subiectaque limina duro
Percludit nexu: non iam leuis ire per imam
Pollet acus, tenuisue liquor, semenque, serumque:
Aduentu nisi vulua sui se se hospitis omnem
Pandat auens (petit ista mares, hanc seminis aluum
Torquet dira fames, venerisque accensa voluptas.)
Vnde superfœtus casu sæpe accidit illo.

S *Amphi-*

Amphitrioniades vno duo lumina ventre
Finxerunt: geminos emisit adultera partus,
Vnus adulter adest, verum forma vna maritum
Pingebat pueri: binos ancilla sodales
Vno est passa die, & gemino plena ilia fatu.
Non autem sic ille frequens: assuetior inter
Vasa canum, leporisque vteros: hunc cætera raro
Turba parit: res humano rarissima sexu est.

Maris & fæminæ diuersa occasio.

Ergo illic spumant succi, & quæ mixta vicissim
Congeries aptat vires, ponitq; vigorem.
Sic bullit mira arte globus, tandemq; cohæret,
Et tumidi certa ventris sub parte quiescit.
Hæc cum dextra, marem generat: cum dexter, & ingens
Testis agit, prius in flatum quem prima iuuentus
Protulerit: cum tosta calet natiua parentum
Temperies, semenque aquis se se ignibus offert:
Cum veneri, vuluaque æquo moderamine parci
Indulgent patres: cum vir: fæmellaque, fortes
Corpore in ardentes connectunt oscula risus:
Vim tandem causa omnis habet: de viribus ipse
Vir fuit, vt molli mulier de semine dicta est.
Accedunt ætas medio quæ constitit æuo,
Et notus exsiccans, & vernum frigore tempus,
Quæque ferunt maria astra mares; vt Iuppiter altus
Saturnusq; senex: sic Mars ad prælia mauors:
Sic claro lustrans spatiosum lumine mundum,
Et matutino quæ surgunt sydera sole.
Efficiunt quoque signa mares cælestia fætus:
Hos Aries parit, & Geminis: leo feruidus istos

Procreat

Procreat, & magnum quæ sumpsit libra calorem:
Hos etiam tribuit, pharetram qui gestat, & arcum,
Et qui fæcundos concedit Aquarius imbres.
Sic prima, & terna est: sic quæ trahit altera cunctos,
Horaque quinta mares: similes fert septima vires,
Nonaque, quæque omnes inter penultima currit.
Sicca tamen, patrumq; calens cum semine virtus
Princeps causa fuit, quæ plus sola omnibus vna
Præualet, hanc augent reliquæ, turbantque, iuuantque.

Hæ causæ: sunt signa maris dextra vbera matris Signa maris.
Quæ rubeos tenuere arcus: quæ plena tumescunt
Lacte prius: tunc fessa magis, languensque laborat
Quæ grauidi pars dextra loci: tunc dextera magnos
Vena trahit motus, & forti robore pulsat.
Tunc dextri celeres oculi, & pars dextera plantas
Quæ breuior mouet vna suas, dextrisque lacertis
Firmatur, cum prona solo se tollit ab imo
Fæmina, vel teneros supponit carpite vultus:
Maiorem quoque dextra ferunt quæ vasa tumorem,
Præsertimque tumet pars mollis dextera linguæ.
Vltererius sunt signa maris. quod grossius vndam
Currentem lac non generat, sed sistit eundo
Mobilis argenti referens, perlæque decorem:
Tunc mulier pulchram faciem, mundosque colores
Leuis habet: tunc prompto agiles in corpore saltus,
Et parui surgunt tranquilla ad viscera morbi,
Nec tanta ingratum turbant fastidia ventrem.
Agnoscunt etiam primis in mensibus illos
Quos matres tenuere mares: statim obstrepit alto

Ventre puer, motu semper, pulsuque frequenti
Conuellit matrem, quæ partu abrupta futuro
Maius opus, magnisq́; solet perferre dolores.

Fœminæ varia occasio.

Aduersos mores, aduersas fœmina causas,
Signaque ventris habet, primique exordia fœtus:
Exuperans facit hanc humor, frigusque recedens,
Languentesque patrum vires, & debile semen:
Hanc ventris pars læua capit, generatque sinister
Testis, & extremos ætas quæ continet annos,
Seu fuit illa minor pueri, seu grandior æuo.
Ista iuuant vteri, venerisque superfluus vsus,
Dextraque crura patris sursum, cubitusque sinister
Matris ab incepto coitu.
Accedunt regio humectans, & temporis humor
Plurimus, & liquido ventus qui currit ab austro.
Addite fœmineas quæ gignunt sidera vires
Lucinam, veneremque: vagus iacet inter vtranque
Mercurius, nunc ille mares, nunc ille puellas
Efficit: in quasuis potuit se vertere formas,
Vt Proteus: coniuncta dabunt huic astra figuram.
Iungito fœmineis quæ cœli à culmine lapsa
Occiduum versus decurrunt sidera solem:
Hæc sequitur signorum acies recto ordine: primus
Taurus adest, Cancerque humens, celebrataq́; Virgo:
Qui riget horrendis metuendus Scorpios armis:
Qui totus lucet vario Capricornius astro,
Et gelidus peperit quem discolor vndula piscis.
Fœmina fœmineos etiam facit herula partus:
Inter masculeas certo iacet vtraque nexu.

Hæ

Hæ causæ monstrum efficiunt: est fœmina monstrum,
Nam semper melius natura intendit, at istam
Defecti patres generant, peruersaque succi
Natura, astrorumque vigor, cœliq; potestas.

Signa fœminæ.

Verùm seu monstrum, seu naturalis imago,
Imperfecta tamen fuerit, motusque remissus,
Talia fœmineos monstrabunt symbola ventres.
Omnia quæ maribus pugnant conuersa, puellas
Ostendunt; lac, planta, oculi, tumor, vbera, pulsus,
Et grauidi pars læua vteri, motusque sinister.
Maius habet cerebrum, maius simptoma canales
Opprimit, in toto plures sunt corpore morbi,
Et maiora grauant altum fastidia ventrem.
Sic longo vita in spatio, sic languida fœtus
Motio: sic lenes animi: sic viscere moles
Illa minor, partuque minor motusque, laborque.
His adde ingentes qui fœdant membra tumores,
Quæque pedum tumidas depascunt vlcera plantas,
Atque niger tingit postremos circulus orbes.

Variæ dispositiones vtriusque sexus.

Istis illa patent signis: has fœmina causas,
Masque tulit, quæ cum similes vna, & simul omnes
Fœturam inuadunt, aut saltem maxima longi
Pars generis, maiorque calens in semine virtus:
Tunc si mas, durus, constans, & fortior omnis
Nascitur, atque ardens toto: si fœmina contra
Debilis, & toto frigens, humensque resultat.
Si tamen in varijs consurgant prælia causis
Et facit causa vna marem, causa altera monstrum,

Aut sint dissimiles generante in semine partes?
Vel mas fœmineus surget qui membra, figuram,
Temperiem, mores, animos, habitumque, cutemque,
Fæmineamq; habeat molem; cui sola supersit
Virga maris signum: vel durus fœmina transit
Masculus, in membris maior, quæ hirsuta capillos
Per mentum, surasq; ferat, quæ robore possit
Magnanimos æquare duces, atque arma mouere.
Inde prauatis quales animantibus vrsi
Pantheræque, lupusq; ferox, pardiq; leones,
Quorum fæmineo maior stat semine virtus.
Quales lysiadum regio tulit inclyta: quales
Brachara robusto produxit tempore matres:
Aut quæ flammigerum spernens fornaria tectum
Hispanam inuadit turmam metuenda, feroque
Decertans ligno septenos vulnerat hostes,
Et totidem nigro demittit corpora letho.
Huic similes alias noua procreat India, tellus
Lusa tamen genuit, toto in discrimine belli
Scutatas Turcis mammas, & brachia ferro
Ostendunt fortes: irato postea marte
Torquent arma viros muliebria: corripit ingens
Turba fugam, tingitq; abruptos sanguine muros.
Non minor his Volscorum olim de gente Camilla
Magnanimos premit Æneades: huic æqua superbit
Per medios hostes, pugnantisque agmina Graci
Pantisilæa ruens: arcu deturbat Orion
Virga suum: nati lachrimas, flectusq; parentum
Tomiris abscondẽs animo rapit arma, fugatq;
Ingentem Cyrum, & longis obtruncat in aruis.

Arma

Arma dedit, certasque acies, pugnamq; Minerua
Bellatrix: fuit hebrææ noua gloria gentis
Debbora: peruersum regni caput abstulit alti Iudic
Magnanimis Iudith: toties Poncella Britannos
Pellit equos; toties victrix iam Gallia cælo
Ostendit caput: illustris sua mœnia, claramq;
Emit luna vrbem generoso milite: fortis
Bellum armat: fortis duro stat Mannia sexu,
Romanis metuenda aquilis; erumpit in hostem
Sæua arcu, duplicíq; horrens Zenobia telo.
Æthyopes inter, fuscosq; Semiramis Indos
Arma gerit, belloque nouos sibi suggerit ortus
Post patris interitum: ducit Vellasca cohortem
Fœmineam, læditq; mares: formosa salutem
Lesbia militibus reddit, Turcasq; sequentes
Vulnerat: ardentes absorbet Porcia flammas:
In media Tyberim transcendit Clælia nocte,
Miraturq; animos hostis: fera suscipit arma
Hyppolite in Theseum: fortis se se armat in atrum
Dido ensem: Romæ vires, atque agmina frangit
Ilyrici regina sinus: Meleagria virgo
Sternit aprum, grandique audet se opponere monstro.
Has ergo, & similes ornant maris aspera duri
Pectora, & ingentes atro cum semine vires,
Solaq; signa viri testes, virgamq; negauit
Natura, & turpi genitalia condidit aluo.

Si tamen illæ omnes æquali pondere causæ Hermaphroditus
Concurrant, nullique ingens victoria parti
Annuat, Androgini (visu admirabile) fætus

Nascuntur

Nascuntur, geminoque horrentia viscera sexu:
Causa alia est multum semen quod fœtibus ambo
Pingere membra potest: digitum sic brachia sextum:
Sic aures possunt nimiam sibi iungere carnem:
Sic vna duplex innascitur arbore pomum,
Debile vtrunque tamen, veluti pars vtraque fœtus.
Tertia cælesti dependet sydere causa:
Quando senex alto formosi culmine cæli
Pars Hermetis erit iunctus, genitique figura,
Marsque aduersus adest: species fuit altera maior
Mercurio permixta venus, queis nomen ab astris
Hermaphroditus habet: veteres posuere Latini:
Sexus vterque iuuat, mentemque oblectat, at ille
Fœmineum elegit vates, quem multa libido
Multis grata modis, & longior excitat vsus.

Sed mirum magis, atque horrens: non viscere tantum,
Internisque vteri sinubus: crescentibus annis
Fit monstrum: mutat natiuum fœmina sexum
In durum conuersa marem: calor abditus intro
Feruet, & externos rumpunt genitalia ventres.
Sic fuit vnus Cassini, fuit alter in Argis:
Africa dat Lutium ciuem, dat Smyrna puellum,
Qui maris omnimodam sumpsere ex virgine formam.
Caietana etiam multis quæ vixerat annis
Nupta viro, mas facta suam virgamque, virilesque
Extra habuit testes: ast diro exterrita monstro
Atque pudens ciues pariter, sociumque reliquit,
Et monachus vitæ reliquum pertransijt æuum.
Quæ sponsa quoque iuncta mari, mas reddita vixit,

Et

Et Melij cæpit (quæ dicta Æmilia) nomen.
Quæ tandem Lusas nata est Pachequa per oras
Pro luna motu, soliti pro sanguine mensis
Extra membra viri pepulit quo postea signo
Masculus, & celebri Manuel cum nomine surgit.
Accidit hæc, sed rara tamen, mutatio: verùm
Nunquam fœmineas potuit mas sumere formas:
Nunquam deterius rapitur, contendit in altum
Ire parens semper natura ac omnibus vna
In melius mutare vices, & pellere damnum.
Ast quando certam vuluæ non semen in oram
Concrescit, molesque sinus aqua irrigat ambos,
Fœmineum quam semen alit, quam menstruus humor
Adiuuat, æquales diuersa in parte gemelli
Nascuntur, nunc ambo mares, nunc vtraque lenis
Fœmina: nunc ambos habuere tumentia sexus
Viscera: distinctos chorion leuat vna puellos,
Quam tenuis medio sciungit corpore vestis.
Hic est humano communis viscere sexus:
Ast quoniam breuius reliquis animantibus æuum,
Vitaque diuerso ferri est obnoxia fato,
Nec ratio pugnare docens, neque sistere contra
Bella potens: vt vita foret, longinquaq; prolem
Seruaret natura suam: quo plurimus esset
Fœtus, in internis æquali tramite vuluis
Innumeros posuitq; sinus, pinxitque figuras,
Et totidem summo produxit pectore mammas.
Contingunt tamen humano miracula sexu.
Ter geminos mater Curios vna expulit aluo:
Quinque vno fratres concessit Horatius alter

Nascuntur, geminoque horrentia viscera sexu:
Causa alia est multum semen quod fœtibus ambo
Pingere membra potest: digitum sic brachia sextum:
Sic aures possunt nimiam sibi iungere carnem:
Sic vna duplex innascitur arbore pomum,
Debile vtrunque tamen, veluti pars vtraque fœtus.
Tertia cælesti dependet sydere causa:
Quando senex alto formosi culmine cœli
Pars Hermetis *erit iunctus, genitique figura,*
Marsque aduersus adest: species fuit altera maior
Mercurio permixta venus, queis nomen ab astris
Hermaphroditus habet: veteres posuere Latini:
Sexus vterque iuuat, mentemque oblectat, at ille
Fœmineum elegit vates, quem multa libido
Multis grata modis, & longior excitat vsus.

Sed mirum magis, atque horrens: non viscere tantum,
Internisque vteri sinubus: crescentibus annis
Fit monstrum: mutat natiuum fœmina sexum
In durum conuersa marem: calor abditus intro
Feruet, & externos rumpunt genitalia ventres.
Sic fuit vnus Cassini, fuit alter in Argis:
Africa dat Lutium ciuem, dat Smyrna puellum,
Qui maris omnimodam sumpsere ex virgine formam.
Caietana etiam multis quæ vixerat annis
Nupta viro, mas facta suam virgamque, virilesque
Extra habuit testes: ast diro exterrita monstro
Atque pudens ciues pariter, sociumque reliquit,
Et monachus vita reliquum pertransijt æuum.
Quæ sponsæ quoque iuncta mari, mas reddita vixit,

Et

Et Melij cœpit (quæ dicta Æmilia) nomen.
Quæ tandem Lusas nata est Pachequa per oras
Pro lunæ motu, soliti pro sanguine mensis
Extra membra viri pepulit quo postea signo
Masculus, & celebri Manuel cum nomine surgit.
Accidit hæc, sed rara tamen, mutatio: verùm
Nunquam fœmineas potuit mas sumere formas:
Nunquam deterius rapitur, contendit in altum
Ire parens semper natura ac omnibus vna
In melius mutare vices, & pellere damnum.
Ast quando certam vuluæ non semen in oram
Concrescit, molesque sinus aqua irrigat ambos,
Fœmineum quam semen alit, quam menstruus humor
Adiuuat, æquales diuersa in parte gemelli
Nascuntur, nunc ambo mares, nunc vtraque lenis
Fœmina: nunc ambos habuere tumentia sexus
Viscera: distinctos chorion leuat vna puellos,
Quam tenuis medio sciungit corpore vestis.
Hic est humano communis viscere sexus:
Ast quoniam breuius reliquis animantibus æuum,
Vitaque diuerso ferri est obnoxia fato,
Nec ratio pugnare docens, neque sistere contra
Bella potens: vt vita foret, longinquáq; prolem
Seruaret natura suam: quo plurimus esset
Fœtus, in internis æquali tramite vuluis
Innumeros posuitq; sinus, pinxitque figuras,
Et totidem summo produxit pectore mammas.
Contingunt tamen humano miracula sexu.
Tergeminos mater Curios vna expulit aluo:
Quinque vno fratres concessit Horatius alter

In partu: fuit illa mares qua femina binos,
Infantesq; duas vtero gestauit eodem.
Vna quater peperit geminos enixa puellos,
Et totidem viuos aluit: dedit altera fœtus
Viscere septenos mulier: ternum altera ventrem
Nostris visa, tulit, medio cui pectore nata est
Tertia mamma: prior geminatas lysia diuas,
Atque decem genuit: multo scatet aurea fœtu
Vndula, qua trepidi septem rigat ostia Nili.

Hæc fiunt cum grata salus, cum semen vtrunq;
Temperies fouet aqua, habitique in sanguine menses
Non error, nulla increscit pigra motio, cumque
Recte vterus, testesq; valent: ast fæmina quando
Ægra fuit, masq; ipse ager: cum sanguinis illa
Eluuies corrupta omnem fœdauerit aluum:
Cum vulua fuerit calor imbecillis, & ipsum
Cum maris exiguum fuerit, cum debile semen,
Læsaque putrentes implerint ilia succi:
Tunc, aut ægra manent generati exordia fœtus,
Ægraq; debilibus nascuntur corpora formis:
Aut fera multiplici contingit mola parente:
Vel natura potens aliis miracula rebus
Procreat, & fœdis horrentia monstra figuris:
Aut tandem sterilis mas, vel famella, vel ambo
Nec monstrum generare valent: causa effugit omnis
Illa cito, & spernens hilarem manet irrita fatum.

Morbosum ventrem, morbosi in semine flatus,
Æterniq; patrum morbi, vuinaque labores

Efficiunt

Efficiunt: nocet illi etiam praua ætheris alti
Temperies, prauaq; aura, potusque, cibique,
Et quæ morbosis facta est nutritio succis:
Sanguineos etiam quæ causa induxit abortus
Faturam lædit: sic motus fortis, & ingens
Saltus, & ingentes ducenda ad pondera vires:
Sic stomachus turgens epulis, & inania chilis
Vasa suis: seu lapsa fluant, sed languida mittant
Intestina serum: seu fuso sanguine vasa
Decrescant: vel pura altum ieiunia ventrem
Corrodant, turbentue vteros, tandemque per omne
Facta genus natum minuat vacuatio robur.
Hunc cicer, hunc apium, venerisque assumpta capilloꝝ
Efficit, atq; atros quæcunq; monentia succos:
Hunc facit & tenuis substantia seminis, istum
Internis sinubus venti, & quæ plurima totas
Humiditas mollit vestes, & viscera laxat.
Accedunt rigidæ quæ raptant ilia tusses,
Quæque magis totum vis commouet irrita corpus.
Addite post septem veniunt qui tempora nuptus,
Et per longinquum quæ durant balnea solem:
Qui vires frangit morbus, totumque fatigat,
Quodque animos simptoma grauat: quæ pectora turbat
Causa horrens, seu læta nimis, seu tristia rebus
Fata ferat: siue ira rubet, pallentue timores,
Aut terrent subitò incautam fera nuntia mentem.

Hæc etiam miscère suas astra omnia vires,
Membraque diuersis fecere obnoxia morbis.
Infensis cum terræ locis duo lumina cæli

Sol, & Luna sedent, aut claro lumen ab astro,
Aut rutilos dement oculos, aut splendida multis
Lux veniet suffusa modis: Saturnius addit
His tenebras, iunctusq; agiles Mars promouet ignes.
Mercurius lingua varium, vociq; minatur
Exitium prauo visus cum sydere, nanq;
Tardantes vocis flatus, scissosq; per auras
Impedit, & rauco confundit pectora vento:
Iam fauces leue murmur habent, disruptaque cæcos
Lingua sonos: tremulos fingunt iam labra susurrus:
Cum Venus aduerso crescentem lumine fætum
Cernit, & opposita languescens Virgine surgit,
Aut immaturo morbosum tempore natum
Deijcit, aut ruptum prorsus, ferroque recisum
Cum gemitu ingenti materno ex viscere mittit
Efficiunt alios etiam noua sydera morbos
Signa poli, signisq; deæ, diuisq; Planetæ:
Nunc pedibus faciunt claudos, nunc gibbere lumbos
Afficiunt, nunc gibra altis præcordia costis:
Iam soluunt neruos, iam fatus stringere membra,
Et mutilo possunt fædam dare corpore formam:
Sic pellem mordens scabies; sic surgit & horrens
Pruritus, cunctasq; vorans lepra horrida carnes:
Et corpus fædans elephas, pungensq; petigo
Nascitur, & duplicem referens morphæa colorem:
Nonnunquam viru, diraq; ea sydera tabe
Maternos siccant vteros, vruntq; calore:
Hinc podagras, hinc hydropes, hinc tormina ventri,
Cardiacumq; ferunt morbum, reniq; dolores:
Et tollunt de fronte decus, de vertice crines

Et

Et prima faciunt albos ætate capillos:
Sæpe sonos, binisque negant latam auribus auram:
Fœtentes sæpe ore mouent, membrisq́; vapores:
Interdum rabies, & sacram fulminis iram,
Luctantemq́; creant sensum, rapidamque phrenitim.

Molæ autem longo varias discrimine moles Molæ.
Euariant, mutantq́; nouas per viscera formas:
Istæ implent, vterosq́; grauant: ista aere turbant
Aluum omnem, & veri fallunt sub imagine fætus.
Cum maris exiguum, cum semen debile turpis
Venter habet, quod grande humens, quod menstrua totum
Obruit eluuies, nec certum effingere natum
Tanta dedit moles: misero tunc nascitur vtre
Indigesta caro, & monstrum mirabile: ranas
Illa modò similat: nonnunquam est aspera sæui
Forma gregis: nunc dira homini simulatur imago,
Cui crines sunt fronte duo, cui lumina vultu
Quattuor, & duplex difformi in cuspide nasus:
Vel caput in totum refugit, confusaq́; plantæ
Membra gerunt, surgitque rudis pro corpore truncus.
Fœtibus hac similis mola est: quæ pauca virilem
Succum animat virtus vitalem inducere formam
Est potis, & paribus componere membra figuris,
Non tamen omnimodum perfectè absoluere corpus.

Altera fœmineo tantùm de semine moles
Se tollit, quod succus alit, quod menstrua totum
Congeries admista fouet: minor insitus huic est
Spiritus, atq́; minus robur: non addere vitam,

Non aliquam fœtus legem, membriq; figuram
Ponere, nec certos valuit depingere vultus:
Informis tantùm species, carnosaq; frustis
Scissa lues tumida crescit sub viscere matris.

Tertia fit moles, quando pars spermatis alumni
Nulla adijt, solusq; cruor, sola horrida flatus
Menstrua, sola uteri pondus, tum effœtaq; matrum
Viscera, & ingentes partu genuere dolores.
Ast semper (seu prima aderit, seu mola secundi,
Seu terni generis) mammarum sanguis in altas
Ire parat sedes: turgescunt vbera magno
Pondere: grandescit thorax, & viscere pleno
Fit motus, clauditque grauis prima ostia venter.
Nec non turbatur stomachus, refugitque paratos
Arte cibos: alius supero color ore resultat,
Et suppressa omni requiescunt menstrua fluxu.

Huic similes genuisse ferunt hominesque, ferasque
Naturam rerum matrem, quibus omnibus artes,
Viuendiq; modos, pulchrumq; induxit amorem
Quas Arimaspus habet gentes, quas Millia tellus
Procreat, hi versis pingunt vestigia plantis
Octoni cubiti, totam vno lumine frontem
Illi ornant, partimq; aquilas, partimq; leones
Tecti armis in bella vocant: mouet vndique pugnas
Auri sacra fames, gratique occasio nummi.
Albentes pueris deserta Albania crines
Efficit, & nigro quæ cernunt lumina cælo,
Quiq; videns tenebras oculos parit India celso

Monte

Monte genus queis ora canum, quibus horridus aer,
Latrantesq; soni: solitis pro vestibus atra
Membra tegit pellis: sunt pro fulgentibus armis
Tela manum, victusq; fera, quas ille per agros
Grex raptat, quas dente ferit: nam montibus altis
Sæpe habitat, proprioq; cibum sibi comparat vngue.
Nulli sunt vultus alijs, nullum eminet alta
Parte caput, nulli est ceruix: stant brachia palmis
Bina suis, geminaque hærent duo lumina claui.
Hinc Astommorum miras tulit vltima gentes
India, qua liquidi viuunt circum aurea Gangis
Flumina: sunt auibus similes plumantibus, hirtum
Corpus habent, frondisq; aptant lanugine vestes:
Nullum os ore sonat, tenui sub viscere nulli
Sunt victus: solos iucundi floris odores
Depascunt, secumq; ferunt, si longius omnes
Ire parant, ne absente animos mors sanguine turbet
Pascenti exanimes aura.
Hos etiam sequitur paruis bellator in armis
Pigmæus semper diues: claro æthere semper
Pingue solum: sæpe in plantis sua munera, sæpe
Vernantes herbis terra, cælumq; salubre.
Hoc pressit natura genus: qui longior vnum
Vix æquare potest cubitum, puerumne triennem.
Hos feriunt, mordentque grues: hi tempore veris
Caprarum hærentes dorsis, humeroque gerentes
Arcus, & pharetram lateri, simul agmine facto
Æquoreas repetunt oras, vbi pullea sæui
Congeries inimica gruis parit oua, suaque
Proli alta in latos diffundit semina campos.

Illa autem in tenerum genus, & mollissima sæuit
Membra cohors: stantes animis, passimq́ furentes
Duris oua terunt pedibus, tandemq́ reuersi
Victrices tollunt suprema ad sydera palmas.
Singula Sciopodas non flexo poplite crura
Veloces reddunt, & magno solis in æstu
Postratos tellure pedum tegit umbra supinos.
Hic Troglodita populi rubra æquora versus
Voce carent, stridentq́ feri, viuuntq́ ferinis
Victibus, & fossis noctu conduntur arenis.
Est fauni, Satyriq́ genus venerabile monstrum;
Caprarum incedunt plantis, totoq́ fluentes
Corpore subnectunt crines: at certa virorum
Effigies animos tollit, redditque potentes:
Syluarum gaudent latebris, non vrbibus altis
Stare iuuat, nullis fas est requiescere tectis:
Humanos fugiunt ritus, vocesque, laresque,
Cursu agiles superant damas, non ocior Eurus,
Non boreas: senio tantùm, morboq́ iacentes
Infensis cedunt palmis: Antonius vnum
Ad saltus vidit solitos, cui plurima diuus
Verba dedit, placidique tulit responsa loquentis:
Ecce ego (faunus ait) desertis vnus eremis
Accola quem satyrum cunctos delusa per orbes
Gens vocat, & falso diui me tollit honore.
Altera finitimi gens est in partibus Indi;
Monstra animis, pedibusq́ ferunt: vno vnica maior
Planta sedet cubito, nec cruris munera turbat.
Sunt inter Nomadas populi, quos prisca Syrictas
Linga vocat, queis naris abest, geminumq́ foramen

Ore

Ore patet, lorique pedes, & crura retortis
Versa tenent digitis, gelidos imitata colubros.
Existunt etiam magnorum horrenda gygantum
Corpora, sex aquant cubitus: aqua altera molis
Viginti palmos superant: longissima cunctis
Vita fuit, grandique ingens in corpore virtus.
Sunt alij, queis cauda, viri, sunt auribus illi
Qui frontem, corpusque tegunt: est ardua gentis
Progenies qua prima albis atate capillis,
Posteriore nigris fruitur: feruentibus vna
) Nec nudos ferit ira pedes) incedit arenis,
Immotoque videt splendentem lumine phœbum.

Talia fert monstra, aut potius miracula fortis
Diuerso natura gradu: sub spermate multa
Est species: similem fœda ars, turpesque virorum
Producunt formam coitus, vertuntque figuras.
Sic hominis, taurique genus fœdissima proles
Minotaurus adest, Creta qui clausus in antro
Septem iacta viri sorberet membra quotannis,
Ni foret ægei proles fortissima regis,
Quem regina fouet, vanoque inquirit amore.
Sic Fauni, Satyrique genus: sic dira Celano,
Harpyiaque truces, gens quondam mista, aliaque
Huc verti possunt, quas diximus ante, figura.
Qui leuibus volitant pennis, qui cornibus altis
Pegasides armantur equi, qua crocuta sæuis
Iuncta lupis, canibusque horret, ceruina feroci
Leucrocuta sunt crura: rubet Leo pectore, collum,
Longaque cauda rubet: qua pars postrema rapacem

 Tota

Tota refert mellim, diuisumq́; vngula taurum:
Os latum scindit vultum, dentisq́; tenore
Perpetuum grauidas os respicit vndique malas.
Fert Chaus ex Pardo maculas, faciemque lupinam,
Humanas Caphus plantas, cubitusque, manusque:
Flauescit, nigrisq́; fremit torua eala membris,
Primaque pars aprum similat, postrema elephanti
Exurgit cauda in morem: longissima semper
Cornua turbatos variant certamine motus.
Horrentes pariter diuerso corpore constant
Manticoræ, tenet Inda feras regio, ordine terno
In se se coeunt Velut vno in pectine dentes:
Humanæ similis facies: sunt membra leonis
Cætera: sunt oculi noctis: tela vltimus addit
Scorpius: humanos hæc bestia pascitur artus.
Sunt alijs feræ monstra modis, aliaque per orbem
Contingunt molis formæ, quas dira libido
Procreat, & cæco delusa insania vultu,
Vel sæui ritus, & mens peruersa ferarum.

Hos etiam superi generant cœli aspera casus
Sydera, & ex multis quæ constellatio rebus
Esse potest: fuit aura suis noua fertilis astris
Temporibus, quæ mole sues, magnoq́; salutis
Impleuit cumulo, sed porci vultibus ipsos
Nascentes pinxit (visu mirabile) fœtus,
Humanasq́; alta species in fronte negauit.

Sterilitas.

Cum verò nullum istorum, tamen irrita virtus,
Frustratusq́; labor generantibus accidit, omnes

Langues-

Languescunt coitus: omnis forma euolat, omne
Effusum exhalat lato in certamine semen:
Tandem nulla manet rerum generatio, nulla
Seruatur species: sola inter viscera gratos
Mula negat fœtus, certamq; in semine prolem,
Quod turbant mixti vario de stipite sexus.
Multa ergo steriles reddunt vuluasq; virosque:
Si gelidum maris est semen: si frigida testes
Temperies, morbusq; grauant: si plurimus illos
Exhaurit coitus: si multa virgula carnis
Longa patet, virtusq; ferax, & spiritus omnis
Prolixo exhalant spatio, perduntq; vigorem.
Extinguit venerem supero quod vertice magnum
Vulnus hiat: quod retro altas abscinditur aures,
Et quod varicibus membrum liuentibus horret.
Concisis etiam non solum testibus alma
Vis abit, at toto fortis de pectore ritus
Succumbit: cuncta languent sine viribus alui,
Et segnes remanent diuersa ad munera sensus:
Verùm sunt pulchræ voces, sonitusque canori,
Et tenues resonant astricto in guttere flatus.

Hæc vir frustrato lapsa est de viscere proles
Fœmellæ sterilis: quando vel plurimus humor,
Multaq; turbatos fœdarit fluxio ventres
Menstrua, & alterno languescens flumine vena
Corruerit: vel cum certis in mensibus omnis
Deficit, & siccum remanet sine sanguine semen:
Aut quando torpens intenso frigore venter
Constipat succum, vel prauo humore madescens

Corrumpit, nec raptat auens, gremioque recondit,
Sed sinit inferiús morbosa potentia labi.
Infæcunda etiam, nullosq; arentia fætus
Viscera promittunt, multis quæ torrida fumis,
Et sicco rugata sinu non mollia iuncti
Membra viri capiunt: superos non spermata fontes
Ire valent: via nulla patet: percluditur omnis
Ille aditus: tosta sic multo à lumine pelles,
Sic corium solet accensis concrescere flammis.
Qualia in humentes forsan cum semina campos
Fusa madent, turpiq; iacent immersa palude,
Multo absorpta cibi pereunt: aut arida quando
Nullas dat tellus, vires, succosq; perennes
Sistit, & absumpto marcescunt omnia victu:
Sic vterus, semenque viri.
Ampla etiam, tortoq; grauis cum tramite matrix
Acceptum excludit semen: sic addita summo
Ventre caro, sanguisq; tumens: sic dura cicatrix:
Sic multis verruca modis, vlcusque perenne,
Oraque laxa nimis, tumefactaq; flatibus aluus,
Impediunt omni generandum in viscere fætum.

Communes tandem sexu cernuntur vtroq;
Causæ aliæ: velut atra leues quæ passio mentes
Commouet, aut mæstis figit præcordia curis:
Est pariter gelidum semen coeuntis, & arctis
Visceribus pinguedo grauans, membrumq; recondens:
Sic ingens dolor, aut morbus: sic parte labores
Præcipua, fortisq; calor, puerique puellæ
Iunctus amor, vel tarda senes comitata libido:

Quiq;

Quique merum sequitur coitus, satiataq; multum
Corpora, quæ tetros mittunt de pectore ructus
Quem non æqualis sequitur natura parentum,
Et simili manet æqua viro: quem plurimus error
Lasciuæ perdit veneris, tollitque vigorem:
Quo velox, vel tarda nimis per membra voluptas
Cæca ruit, sociæque expers manet altera virtus.
Accedunt varij qui membra gerentia casus
Offendunt: quæ dura cauum vesica foramen
Suscipit, atq; imis quæ vena abscinditur oris.
Astrorum tandem vires, cælique potestas
Multum in stirpe valent, coitusque accendere flammas,
Et contra steriles virgas, patresque gelatos,
Et nullo infaustam possunt matrem addere partu
Quas inter vires, inter quæ lumina cœli
Maius habet Venus alma decus, quæ sydere prauo,
Et mæstis coniuncta astris sterili omnia casu
Deijcit, & generis mirandum exhaurit amorem:
Cum male præsertim positi Saturnus, & ardens
Mars, fuerint: ille adiunctus, Mars horridus illam
Aspiciens, pollent fœcundam abrumpere diuam,
Et calidos turbare rogos, prolemque futuram:
Impetus iste magis crudescit, & acrior instans
Vim veneris, fatumq; negat, quando aurea sedes
Martis inest Aries, Saturniq; altera regis
Vndosum signum, & diuæ descensus amantis.

Sed iam tempus erit quo nostrum absoluere fatum Totum fæturæ tẽpus in vtero.
Conuenit, & tanta fines imponere moli.
Vos modò persona trina, summiq; potestas

Vna dei: tu diua parens, & filia, vosque
O proceres cœli, & regio infinita deorum
Este animis: me nulla iuuant iam plectra, nec omnes
Musarum possunt cantus: nil docta vetustas,
Nil veterum monumenta valent, versusque Maronum:
Altius ire paro: longe me grandius alti
Quærit opus cæli. Postquam matricis in oram
Succi abeunt, primò corpus se cogit in vnum
Hæc moles, mistumque chaos: mox turgidus omnes
Spiritus inuadit partes, quibus ipse calorem,
Primaque longæuæ concedit munera vitæ:
Iam nutrix, iam vis operans, auctrixq; tenellum
Corpus in augmentum tollunt: de hinc altera virtus
Grandis opus dextræ, nitidoque simillima cælo
Incipit: hinc vires capit ardens spiritus, ipsamque
Aggreditur fœtus legem, pulchrumque nitorem
Ponit, & in vario diuersas tempore formas.

Primùm igitur solidas depingit linea partes,
Illa equidem rudior, corpusq; incerta per omne,
Fundamenta tamen, certasq; ad cætera cellas
Innuit, atque suas numerosis partibus aluos.
Septenis fiunt rudimenta hæc prima diebus,
Quando ingens oritur feruor per spermata, tresque
Lucentes fiunt bullæ, quarum vna cerebro
Inseruit, iecur vna facit, cordi altera sedes
Tertia, sed primum vitæ quæ traxit honorem.
Clarior inde oculis membrorum exurgit imago,
Et primi fit cordis opus, distinctaque certo
Regis forma loco: socium duo membra sequuntur

Et iecur, & cerebrum: ter quino in lumine formam
Trina rudem capiunt: sed postquam tempora septem,
Vigintique nouo tenuerunt sydere cursum
Perfectam ostendunt molem, membrique figuram:
Atuenter medius prior omni absoluitur aluo.
Hinc diuersa iterum forma est, & semine toto
Aptior elucet species, dominumque sequuntur
Arteriæ, venaque iecur, neruique cerebrum,
Membranaque locis hærent: tunc crassior ossa
Pars generat, succumque ipsis, vestemque reponit.
Cuncta suis distant spatijs: iam à vertice distat
Per collum, pectus: supero de pectore crura
Per ventrem diuisa manent: cubitusque, manusque
Ex alto veniunt humero: sensim omnia pingit
Triginta, septemque parens natura diebus:
Incertum licet hoc tempus, semperque puellis
Sit maribus mora facta minor.
Postea continuò fœtus membra omnia crescant,
Inque dies perfecta manent: iam viribus ignis
Siccior in vasto maiores corpore vires
Suscipit, & tunicis magnum, neruisque vigorem:
Iam pellis riget exterior: iam vertice crines
Luxuriant, manibusque vngues: iam cernitur omni
Carne decus: turpisque fugit de pectore muccus:
Iam sensus partes stimulat, namque altera corpus
Alta mouet totum species, lucetque regentis
Diuersum virtutis opus, formaque potestas,

At postquam ternus maribus, quartusque puellæ
Fit mensis, vis maior adest, & durior omnis

Artus,

Artus & ossa manent: pleno cum viscere motus
Incipit, atque infans trepidis iam calcibus almam
Contundit matrem, & duro quatit ilia casu:
Iam tunc distincta numerantur corpore partes
Ordine quaque suo: rectam iam tempora frontem
Accingunt: iam clausa suis duo lumina fossis
Collucent, agilesque errant in finibus hastæ.
Binas nasus habet nares, mentumq; sub ore
Prominet, & curuam pars vtraque suscipit aurem.
Hinc retro sequitur ceruix, & guttura collum
Protegit: hinc humerus duplex, totidemq; sequuntur
Infra alæ: tunc pectus adest, septemq; priores
Demonstrat costas, & quinque in finibus armat.
Sunt claues supra, medioque in pectore firmum
Os iacet, in miram clypei quod desinit artem.
Incedunt lumbi retro, mollesque medullæ,
Spinaque dura simul, multis quam vertebra scindit
Torta vijs, tandemque cauo se se inserit ano:
Iam sinus in stomacho surgit, ventremque per omnem
Circulus in medio latitat, geminasque profundus
Distinguit clunes locus, & leuis inguina venter:
Post vna in medios concrescit virgula testes,
Et sequitur totum inde fremur: cum poplite durum est
Inde genu, & sociam comitatur tibia suram.
Sunt infra tali duplices, imparque cohæret
Imparibus numerus digitis: tenet infima binos
Tandem planta pedes, & totum substinet orbem.
Nec minor in supera cubitus se parte tetendit,
Atque genus focilis geminum; metacarpite carpo
Cernitur: hinc simili post binas ordine palmas.

Procurrunt

Procurrunt digiti: claro simul omnia sensu
Clara patent, monstrantq; suos sine crimine motus.

Iamque ita dispositis formato in corpore membris,
Ecce amor æternus, cœlique altissima virtus
Insolitum conspirat opus; cùm pulchrior actus,
Consilioque potens anima, & ratione, resurgit
Ex nihilo producta: imò cùm pectore firmam
Sedem habitat, formatque suum, quem lumine fatum
Æthereo illustrat, quem multis viribus implet,
Quem fouet amplexu, miroque extollit honore:
Cui dociles membris motus, summumq; vigorem
Ponit, & in reliquis dominum viuentibus alta
Sede locat, leuibusque iubet premere omnia plantis.

Tres igitur venère animæ, tamen vna superstit
Quæ tota in toto micat, & sub qualibet omnis
Parte iacet: verùm vna operum celeberrima sedes
Est caput, & ternam cerebrum quod continet aluum.

Ast licet hoc totus concrescat tempore fœtus,
Vsque nouem toti crescunt membra omnia menses:
Maiores motus, maioraque ventribus ossa,
Maius partis opus: gratum iam pelle decorem,
Iam valido magnum paulatim pondere robur
Adquirit, sensimque datum contendit in ortum.

Sic Deus, atque parens rerum natura superbum
Constituere hominem: sunt hæc primordia tanti
Principis, hic ordo, tanta est hæc fabrica molis.

Qualis in assidua cum pictor imagine totus
Figitur, atque animus pariter, digitique laborant:
Primò turpe aptat lignum, ferroque tacentes
Abscindit rimas, & mira læuigat arte:
Inde operit totum gypso, certamque figuræ
Decernit molem: tunc aqua in parte futuris
Dat membris sedem: tunc plantæ extrema, manusque
Signat agens metam, & certo parat omnia nexu.
Iamque rudes ponit fibras, iam pingere dextra
Incipit, & varium toti conferre nitorem:
Hinc atræ fugiunt vmbræ: stat comminus illinc
Albedo: pulchra hic nitido sub lumine forma:
Illic carnosæ species, viuique colores
Obscuram exornant faciem, moribundaque membra,
Et tandem nigro se tollunt omnia fine.

Postquam igitur facta hæc vtero, natusque mouetur
Grandior, & nonum circa fert tempora mensem,
Optatum quærens finem, vitamque futuram,
Maioremque cibum, tenuatique aeris auras:
Vlterius ventre occludi, nec carcere tanto
Ipse premi patitur: stricto se viscere voluens
In sublime pedes tollit, partesque secundas
Corporis, atque caput medio supponit hiatu:
(Si naturales promittant tempora partus)
Iamque instare magis, maturaque soluere vincla
Incipit, & pedibus medias abrumpere vestes:
Tunc ingens matri labor est: iam tormina ventres
Distendunt, pubemque ingens dolor afficit omnem:
Vincula iam linquit chorion, lapsaque secundæ:

Iam

Iam cruor inde fluit, mediisque illabitur oris:
Iam liquidæ vertuntur aquæ: cum soluitur infans
Viscere, & in terram veloci confluit ictu.
Eximia veluti concrescens arbore fructus
Continuò innatum rorem, succosque liquentes
Absorbet, sumitque aquam cum robore molem:
Iamque ætate sua maior, solisque calore
Blanditiem caro concepit, succusque saporem:
Tunc simul arentes plantæ, languensque senecti
Pars pomi fronde abrumpi, seque arbore tota
Soluere contendunt: proprio cum pondere pomum
Labitur, atque cito petit arui gramina cursu.
Sic puer in ventre acrescit: sic linquit eundem,
Inque graues casus, & duras exit in auras
Humanam plorans sortem, ventumque rigentem.

Artis euacuatio.

Illum, aliosque potest natura absoluere motus:
Efficit ars similes, finemque intendit eundem:
Siue aluum mollem elleborus, seu soluat anethum
Guttura, vel turbans tepidæ concoctio frugis:
Siue apius tribuat lotium, mensesque fluentes:
Siue hos herba dedit gratos imitata capillos:
Aut venerem extinctam, flammasque eruca sepultas
Excitet, & mordens succenso lumine bulbus:
Lenia seu madidam faciant medicamina pellem:
Aut hæmorrhoidas folium, & res aspera duras
Auocet, & nigrum cogat descendere flumen:
Aut violæ, corylique leues, sacharataque lenes
Arte vias faciant, sputumque ex pectore ducant:
Vel (si forte iuuat) mordacem naribus vndam

Illa autem in tenerum genus, & mollissima sæuit
Membra cohors: stantes animis, passimq; furentes
Duris oua terunt pedibus, tandemq; reuersi
Victrices tollunt suprema ad sydera palmas.
Singula Sciopodas non flexo poplite crura
Veloces reddunt, & magno solis in æstu
Postratos tellure pedum tegit vmbra supinos.
Hic Troglodita populi rubra æquora versus
Voce carent, strident q; feri, viuuntq; ferinis
Victibus, & fossis noctu conduntur arenis.
Est fauni, Satyriq; genus venerabile monstrum;
Caprarum incedunt plantis, totoq; fluentes
Corpore subnectunt crines: at certa virorum
Effigies animos tollit, redditque potentes:
Syluarum gaudent latebris, non vrbibus altis
Stare iuuat, nullis fas est requiescere tectis:
Humanos fugiunt ritus, vocesque, laresque,
Cursu agiles superant damas, non ocior Eurus,
Non boreas: senio tantùm, morboq; iacentes
Infensis cedunt palmis: Antonius vnum
Ad saltus vidit solitos, cui plurima diuus
Verba dedit, placidique tulit responsa loquentis:
Ecce ego (faunus ait) desertis vnus eremis
Accola quem satyrum cunctos delusa per orbes
Gens vocat, & falso diui me tollit honore.
Altera finitimi gens est in partibus Indi;
Monstra animis, pedibusq; ferunt: vno vnica maior
Planta sedet cubito, nec cruris munera turbat.
Sunt inter Nomadas populi, quos prisca Syrictas
Linga vocat, queis naris abest, geminumq; foramen

Ore patet, lo rique pedes, & crura retortis
Versa tenent digitis, gelidos imitata colubros.
Existunt etiam magnorum horrenda gygantum
Corpora, sex æquant cubitus: æqua altera molis
Viginti palmos superant: longissima cunctis
Vita fuit, grandique ingens in corpore virtus.
Sunt alij, queis cauda, viri, sunt auribus illi
Qui frontem, corpusque tegunt: est ardua gentis
Progenies quæ prima albis ætate capillis,
Posteriore nigris fruitur: feruentibus vna
) Nec nudos ferit ira pedes) incedit a renis,
Immotoque videt splendentem lumine phœbum.

Talia fert monstra, aut potius miracula fortis
Diuerso natura gradu: sub spermate multa
Est species: similem fœda ars, turpesque virorum
Producunt formam coitus, vertuntque figuras.
Sic hominis, taurique genus fœdissima proles
Minotaurus adest, Cretæ qui clausus in antro
Septem iacta viri sorberet membra quotannis,
Ni foret ægei proles fortissima regis,
Quem regina fouet, vanoque inquirit amore.
Sic Fauni, Satyrique genus: sic dira Celæno,
Harpyiæque truces, gens quondam mista, aliæque
Huc verti possunt, quas diximus ante, figuræ.
Qui leuibus volitant pennis, qui cornibus altis
Pegasides armantur equi, quæ crocuta sæuis
Iuncta lupis, canibusque horret, ceruina feroci
Leucrocutæ sunt crura: rubet Leo pectore, collum,
Longaque cauda rubet: quæ pars postrema rapacem

Tota refert mellim, diuisumq́ vngula taurum:
Os latum scindit vultum, dentisq́ tenore
Perpetuum grauidas os respicit vndique malas.
Fert Chaus ex Pardo maculas, faciemque lupinam,
Humanas Caphus plantas, cubitusque, manusque:
Flauescit, nigrisq́ fremit torua eala membris,
Primaque pars aprum simulat, postrema elephanti
Exurgit cauda in morem: longissima semper
Cornua turbatos variant certamine motus.
Horrentes pariter diuerso corpore constant
Manticoræ, tenet Inda feras regio, ordine terno
In se se coeunt Velut vno in pectine dentes:
Humanæ similis facies: sunt membra leonis
Cætera: sunt oculi noctis: tela vltimus addit
Scorpius: humanos hæc bestia pascitur artus.
Sunt alijs fera monstra modis, aliæque per orbem
Contingunt molis formæ, quas dira libido
Procreat, & cæco delusa insania vultu,
Vel sæui ritus, & mens peruersa ferarum.

Hos etiam superi generant cæli aspera casus
Sydera, & ex multis quæ constellatio rebus
Esse potest: fuit aura suis noua fertilis astris
Temporibus, quæ mole sues, magnoq́ salutis
Impleuit cumulo, sed porci vultibus ipsos
Nascentes pinxit (visu mirabile) fætus,
Humanasq́ alta species in fronte negauit.

Sterilitas. *Cum verò nullum istorum, tamen irrita virtus,*
Frustratusq́ labor generantibus accidit, omnes

Langues-

Languescunt coitus: omnis forma euolat, omne
Effusum exhalat lato in certamine semen:
Tandem nulla manet rerum generatio, nulla
Seruatur species: sola inter viscera gratos
Mula negat fœtus, certamq; in semine prolem,
Quod turbant mixti vario de stipite sexus.
Multa ergo steriles reddunt vuluasq; virosque:
Si gelidum maris est semen: si frigida testes
Temperies, morbusq; grauant: si plurimus illos
Exhaurit coitus: si multa virgula carnis
Longa patet, virtusq; ferax, & spiritus omnis
Prolixo exhalant spatio, perduntq; vigorem.
Extinguit venerem supero quod vertice magnum
Vulnus hiat: quod retro altas abscinditur aures,
Et quod varicibus membrum liuentibus horret.
Concisis etiam non solum testibus alma
Vis abit, at toto fortis de pectore ritus
Succumbit: cuncta languent sine viribus alui,
Et segnes remanent diuersa ad munera sensus:
Verùm sunt pulchræ voces, sonitusque canori,
Et tenues resonant astricto in guttere flatus.

Hac vir frustrato lapsa est de viscere proles
Fæmella sterilis: quando vel plurimus humor,
Multaq; turbatos fœdarit fluxio ventres
Menstrua, & alterno languescens flumine vena
Corruerit: vel cum certis in mensibus omnis
Deficit, & siccum remanet sine sanguine semen:
Aut quando torpens intenso frigore venter
Constipat succum, vel prauo humore madescens

Corrumpit, nec raptat auens, gremioque recondit,
Sed sinit inferiús morbosa potentia labi.
Infæcunda etiam, nullosq́; arentia fætus
Viscera promittunt, multis quæ torrida fumis,
Et sicco rugata sinu non mollia iuncti
Membra viri capiunt: superos non spermata fontes
Ire valent: via nulla patet: percluditur omnis
Ille aditus: tostæ sic multo à lumine pelles,
Sic corium solet accensis concrescere flammis.
Qualia in humentes forsan cum semina campos
Fusa madent, turpiq́; iacent immersa palude,
Multo absorpta cibi pereunt: aut arida quando
Nullas dat tellus, vires, succosq́; perennes
Sistit, & absumpto marcescunt omnia victu:
Sic vterus, semenque viri.
Ampla etiam, tortoq́; grauis cum tramite matrix
Acceptum excludit semen: sic addita summo
Ventre caro, sanguisq́; tumens: sic dura cicatrix:
Sic multis verruca modis, vlcusque perenne,
Oraque laxa nimis, tumefactaq́; flatibus aluus,
Impediunt omni generandum in viscere fœtum.

Communes tandem sexu cernuntur vtroq́;
Causæ aliæ: velut atra leues quæ passio mentes
Commouet, aut mæstis figit præcordia curis:
Est pariter gelidum semen coeuntis, & arctis
Visceribus pinguedo grauans, membrumq́; recondens:
Sic ingens dolor, aut morbus: sic parte labores
Præcipua, fortisq́; calor, puerique puellæ
Iunctus amor, vel tarda senes comitata libido:

Quiq́;

Quique merum sequitur coitus, satiataq; multum
Corpora, quæ tetros mittunt de pectore ructus
Quem non æqualis sequitur natura parentum,
Et simili manet æqua viro: quem plurimus error
Lasciuæ perdit veneris, tollitque vigorem:
Quo velox, vel tarda nimis per membra voluptas
Cæca ruit, sociæque expers manet altera virtus.
Accedunt varij qui membra gerentia casus
Offendunt: quæ dura cauum vesica foramen
Suscipit, atq; imis quæ vena abscinditur oris.
Astrorum tandem vires, cælique potestas
Multum in stirpe valent, coitusque accendere flammas,
Et contra steriles virgas, patresque gelatos,
Et nullo infaustam possunt matrem addere partu
Quas inter vires, inter quæ lumina cæli
Maius habet Venus alma decus, quæ sydere prauo,
Et mæstis coniuncta astris sterili omnia casu
Deijcit, & generis mirandum exhaurit amorem:
Cum male præsertim positi Saturnus, & ardens
Mars, fuerint: ille adiunctus, Mars horridus illam
Aspiciens, pollent fæcundam abrumpere diuam,
Et calidos turbare rogos, prolemque futuram:
Impetus iste magis crudescit, & acrior instans
Vim veneris, fatumq; negat, quando aurea sedes
Martis inest Aries, Saturniq; altera regis
Vndosum signum, & diuæ descensus amantis.

Sed iam tempus erit quo nostrum absoluere fatum
Conuenit, & tanta fines imponere moli.
Vos modo personæ trinæ, summiq; potestas

Totum fæturæ tẽpus in vtero.

Vna dei: tu diua parens, & filia, vosque
O proceres cæli, & regio infinita deorum
Este animis: me nulla iuuant iam plectra, nec omnes
Musarum possunt cantus: nil docta vetustas,
Nil veterum monumenta valent, versusque Maronum:
Altius ire paro: longe me grandius alti
Quærit opus cæli. Postquam matricis in oram
Succi abeunt, primò corpus se cogit in vnum
Hæc moles, mistumque chaos: mox turgidus omnes
Spiritus inuadit partes, quibus ipse calorem,
Primaque longæuæ concedit munera vitæ:
Iam nutrix, iam vis operans, auctrixq; tenellum
Corpus in augmentum tollunt: de hinc altera virtus
Grandis opus dextræ, nitidoque simillima cælo
Incipit: hinc vires capit ardens spiritus, ipsamque
Aggreditur fætus legem, pulchrumque nitorem
Ponit, & in vario diuersas tempore formas.

Primùm igitur solidas depingit linea partes,
Illa equidem rudior, corpusq; incerta per omne,
Fundamenta tamen, certasq; ad cætera cellas
Innuit, atque suas numerosis partibus aluos.
Septenis fiunt rudimenta hæc prima diebus,
Quando ingens oritur feruor per spermata, tresque
Lucentes fiunt bullæ, quarum vna cerebro
Inseruit, iecur vna facit, cordi altera sedes
Tertia, sed primum vitæ quæ traxit honorem.
Clarior inde oculis membrorum exurgit imago,
Et primi fit cordis opus, distinctaque certo
Regis forma loco: socium duo membra sequuntur

Et

Et iecur, & cerebrum: ter quino in lumine formam
Trina rudem capiunt: sed postquam tempora septem,
Vigintique nouo tenuerunt sydere cursum
Perfectam ostendunt molem, membrique figuram:
Atuenter medius prior omni absoluitur aluo.
Hinc diuersa iterum forma est, & semine toto
Aptior elucet species, dominumque sequuntur
Arteriæ, venaque iecur, neruique cerebrum,
Membranaque locis hærent: tunc crassior ossa
Pars generat, succumque ipsis, vestemque reponit.
Cuncta suis distant spatijs: iam à vertice distat
Per collum, pectus: supero de pectore crura
Per ventrem diuisa manent: cubitusque, manusque
Ex alto veniunt humero: sensim omnia pingit
Triginta, septemque parens natura diebus:
Incertum licet hoc tempus, semperque puellis
Sit maribus mora facta minor.
Postea continuò fœtus membra omnia crescunt,
Inque dies perfecta manent: iam viribus ignis
Siccior in vasto maiores corpore vires
Suscipit, & tunicis magnum, neruisque vigorem:
Iam pellis riget exterior: iam vertice crines
Luxuriant, manibus que vngues: iam cernitur omni
Carne decus: turpisque fugit de pectore muccus:
Iam sensus partes stimulat, namque altera corpus
Alta mouet totum species, lucetque regentis
Diuersum virtutis opus, formaque potestas,

At postquam ternus maribus, quartusque puellæ
Fit mensis, vis maior adest, & durior omnis

Artus,

Artus & ossa manent: pleno cum viscere motus
Incipit, atque infans trepidis iam calcibus almam
Contundit matrem, & duro quatit ilia casu:
Iam tunc distincta numerantur corpore partes
Ordine quaque suo: rectam iam tempora frontem
Accingunt: iam clausa suis duo lumina fossis
Collucent, agilesque errant in finibus hastæ.
Binas nasus habet nares, mentumq; sub ore
Prominet, & curuam pars vtraque suscipit aurem.
Hinc retro sequitur ceruix, & guttura collum
Protegit: hinc humerus duplex, totidemq; sequuntur
Infra alæ: tunc pectus adest, septemq; priores
Demonstrat costas, & quinque in finibus armat.
Sunt claues supra, medioque in pectore firmum
Os iacet, in miram clypei quod desinit artem.
Incedunt lumbi retro, mollesque medullæ,
Spinaque dura simul, multis quam vertebra scindit
Torta vijs, tandemque cauo se se inserit ano:
Iam sinus in stomacho surgit, ventremque per omnem
Circulus in medio latitat, geminasque profundus
Distinguit clunes locus, & leuis inguina venter:
Post vna in medios concrescit virgula testes,
Et sequitur totum inde femur: cum poplite durum est
Inde genu, & sociam comitatur tibia suram.
Sunt infra tali duplices, imparque cohæret
Imparibus numerus digitis: tenet infima binos
Tandem planta pedes, & totum substinet orbem.
Nec minor in supera cubitus se parte tetendit,
Atque genus focilis geminum, metacarpite carpo
Cernitur: hinc simili post binas ordine palmas.

Procurrunt

Procurrunt digiti: claro simul omnia sensu
Clara patent, monstrantq́; suos sine crimine motus.

Iamque ita dispositis formato in corpore membris,
Ecce amor æternus, cœlique altissima virtus
Insolitum conspirat opus; cùm pulchrior actus,
Consilioque potens anima, & ratione, resurgit
Ex nihilo producta: imò cùm pectore firmam
Sedem habitat, formatque suum, quem lumine fatum
Æthereo illustrat, quem multis viribus implet,
Quem fouet amplexu, miroque extollit honore:
Cui dociles membris motus, summumq́; vigorem
Ponit, & in reliquis dominum viuentibus alta
Sede locat, leuibusque iubet premere omnia plantis.

Tres igitur venère animæ, tamen vna superfit
Quæ tota in toto micat, & sub qualibet omnis
Parte iacet: verùm vna operum celeberrima sedes
Est caput, & ternam cerebrum quod continet aluum.

Ast licet hoc totus concrescat tempore fœtus,
Vsque nouem toti crescunt membra omnia menses:
Maiores motus, maioraque ventribus ossa,
Maius partis opus: gratum iam pelle decorem,
Iam valido magnum paulatim pondere robur
Adquirit, sensimque datum contendit in ortum.

Sic Deus, atque parens rerum natura superbum
Constituere hominem: sunt hæc primordia tanti
Principis, hic ordo, tantæ est hæc fabrica molis.

Iam cruor inde fluit, mediisque illabitur oris:
Iam liquidæ vertuntur aquæ: cum soluitur infans
Viscere, & in terram veloci confluit ictu.
Eximia veluti concrescens arbore fructus
Continuò innatum rorem, succosque liquentes
Absorbet, sumitque aquam cum robore molem:
Iamque ætate sua maior, solisque calore
Blanditiem caro concepit, succusque saporem:
Tunc simul arentes plantæ, languensque senecti
Pars pomi fronde abrumpi, seque arbore tota
Soluere contendunt: proprio cum pondere pomum
Labitur, atque cito petit arui gramina cursu.
Sic puer in ventre acrescit: sic linquit eundem,
Inque graues casus, & duras exit in auras
Humanam plorans sortem, ventumque rigentem.

Illum, aliosque potest natura absoluere motus: Artis euacuatio.
Efficit ars similes, finemque intendit eundem:
Siue aluum mollem ellcborus, seu soluat anethum
Guttura, vel turbans tepidæ concoctio frugis:
Siue apius tribuat lotium, mensesque fluentes:
Siue hos herba dedit gratos imitata capillos:
Aut venerem extinctam, flammasque eruca sepultas
Excitet, & mordens succenso lumine bulbus:
Lenia seu madidam faciant medicamina pellem:
Aut hæmorrhoidas folium, & res aspera duras
Auocet, & nigrum cogat descendere flumen:
Aut violæ, corylique leues, sacharataque lenes
Arte vias faciant, sputumque ex pectore ducant:
Vel (si forte iuuat) mordacem naribus vndam

Beta ferat, totumque graui de vertice rheuma
Prouocet, aut aquæ similes trahat arte liquores
Saliua, quæ liquido fuerit coniuncta palato:
Aut insensibiles per totum frictio ventos
Extrahat, & pigro conducens corpore motus:
Ex naso tandem venas, vastumque per orbem
Ars ferit, & scindit carnes, vritque calore.

Hæc in communi mira ars, naturaque multo
Grandior efficiunt: iam mollis distichus omnes
Inferius monstrat species, minimasque recensens
Particulas, dat cuique suas certo ordine vires.

DE PARTICVLARIBVS euacuationibus.

De euacuatione narium.

QVi solet ex geminis erumpere naribus humor,
Si cruor est, triplici labitur ipse modo.
Vel quia præ nimio rumpuntur sanguine vasa,
Vel quoniam tenuis feruet, & ora meat:
Vel quia mordaces erodunt membra liquores,
At magis ad nasum primus, & alter eunt.
Si prior, ardenti distentam sanguine frontem

Subleunt,

Subleuat,& magnos,si crisis vlla: focos.
Qui sequitur malus est per acuta in febre,soletque
Currere cum medio phæbus in axe micat.
Quæ verò fluit ex reliquis purgatio succis
Multa iuuat,multis conuenit vna modis:
Liberat à liquidis pectus,frontemque catharris,
Et membra à tardo fessa sopore leuat:
Commoda sacrato morbo est,veterique podagræ,
Atque alijs purgat membra,caputque malis.
Sponte sua latas quandoque hæc vndula nares
Irrigat,& sensim vasta per ora fluit.
Nonnunquam cerebri ventres succusque,vaporque
Mordet,& in similes pellitur inde vias:
Vnde sonant magno sternutamenta fragore,
Vna appoplexis vita,salusque tuæ.

De euacuatione per os.

Sunt tria dentatum quæ purgat membra foramen:
Ventre gula est,pulmo gutture,fronte caput.
Si vomitus stomachi liquor est,dant pectora tussim:
Si simplex sputum verticis humor erit.
Fit vomitus,cum ventre leuis natat vnda,sinumque
Commouet,& laxo funditur alta mari.
Qualis in vndoso raptatur flumine lympha,
Et ripas,austro pulsa ruente,subit.
Fit tussis,morbosa vias si causa prehendit
Pectoris,atque celer transit in ora liquor.
Humida fit quando medij sunt pectora succi

Sicca fit, extremus cum loca succus habet:
Nam fugit impulsum tenuis, ventumque ruentem,
Morbosoque tenax figitur vnda loco.
Sæpe etiam sicco torquentur pectora motu,
Cum nullus molem pectoris humor habet:
Ast intemperies premit illas horrida partes,
Expulsusque nihil, quod ferat, ignis habet.
Fit simplex sputum, nulloque extrusa fragore
Phlegmata, cum guttur verticis humor adit.
Cumque per excelsum fuerit delapsa palatum
Guttula, vel partes oris hiantis adit.
Tres dixi species, ventrem quarum vna priorem
Mundat, & vna cauum pectus, & vna caput.
Vtraque pro varijs praua est, & commoda causis,
Et varijs tribuit damna, bonumque modis:
At semper mæstus cruor est: seu vertice summo,
Seu ventre, aut medio confluat ille sinu.

De euacuatione per secessum.

Quod iacet inferna positum sub parte foramen
Intestina suis omnia mundat aquis.
Hæc medio semper consistit, plurima vires
Deijcit; & ventres, cordaque, pauca premit.
Respondet quæcunque epulis purgatio sumptis
Non tollit vires, sed graue cordis onus.
Humida temperies auget, quæ siccior atrum
Imminuit stercus, strictaque membra facit.
Expultrix etiam virtus, contraque retentrix

Hæc

Hæc agit: illa valens soluit, & ista premit.
Est leue ventris opus, geminos si plurima renes
Causa adit: in fontes mox fugit vnda suos:
Vel cum languenti patiuntur in hepate vires,
Nec flaua in solitum bilis inundat iter.
Stercus erit, mordax cum pungit viscera succus,
Vel quando vlcus erit, primaque vasa fluunt.
Verùm quæ prauis contingit fluxio succis
Diuersi vires, signaque ventris habet,
Pro numero, causa, stomacho, vi tempore, morbo
Vna simul corpus lædit, & vna iuuat.
Illa etiam placuit medio quæ dura tenore,
Et quæ citrati picta coloris erit:
Nec fætoris inops, nec multum fætida, quæque
Non seruat spumam, nec fera damna rogi:
Quæque foras exit consueto tempóre, quæque
Vnum habet æqua bonum, nullaque signa mali.

De Hæmorrhoidibus.

Proximus huic alter locus est, dat nomina sanguis
Hæmorrhoidibus dum fluit vnda tuis:
Vtque hæmorrhoida læsus serpente cruorem
Mittit, ab hoc manat sic cruor ille sinu:
Hic imam impuro lapsus dum corpore sedem
Irruit, has multis gignit, alitque modis.
Si niger, & crassus liquor est, res durior ano,
Et verrucosum corpus hiare solet:
Si magis iste rubet, turgentes procreat vuas:
Si mistus, mori forma prioris erit,

Prima

Prima alijs grauior, pariter quæ ſurda laborem
    Fecit, & internis quæ iacet alta locis
Mitior á leni prorumpit ſanguine, quæque
    Irrigat externas humida facta vias.
Vtraque pallentes facies, atqne arida membra
    Reddit, & innatum corpore ſoluit onus:
Cæca magis turbat ſuccos, atquo inficit hepar,
    Humida plus vires haurit, & omne gelat:
Sæpe tamen furiam reparant, mæſtumque laborem;
    Auxiliumque alijs ſæpe tulere malis.

De euacuatione per vrinam.

Altera veſiccam purgat, reneſque ſupremos
    Fluxio per ſtrictæ vaſa minora viæ:
Paruum iter eſt melius, liquidiſque hoc ſufficit vndis:
    Res ſolidæ magnas obtinuere vias:
In maribus teſtes etiam, vuluaſque puellis
    Mundat, quæque iſtis ſunt loca iuncta locis:
Hic diuerſa tulit breuis excrementa meatus,
    Arteria naturæ viribus ire ſolent:
Eſt lotium, ſemenque maris, ſanguiſque puellæ:
    Cætera morboſos ſunt comitata ſinus:
Quando virga tulit ſaniem, rubrumque cruorem,
    Vel duros lapides, vel graue rheuma tulit:
Vel cum pinguedo, vel ſtridens currit arena,
    Siue leuis furfur, ſiue capillus erit.
Aſt placet hic tantúm naturam afferre magiſtram.

Tantúm

Tantúm naturæ est hoc, mihi finis, opus
Est vrina serum quarti, ternique liquoris,
Quem propria renes arte, manuque trahunt:
Híc tenet vrinæ formam, lotijque figuram:
Hinc per vessiccam,, strictaque vasa fluit.
Hæc venis monstrat morbos, atque hepate vires:
Hæc iuuat, vt primis ventribus, atque nocet.
Non tamen est idem cunctis animantibus humor,
Cætera plus grossum, fert capra sola, minus:
In medio consistit homo crassique, leuisque,
Dum fuerint omni libera membra malo.
Vna salus lotij modico si flumine currat:
Constringit durus vasa minora lapis:
Innumeras trahit ignis aquas, riuumque perennem
Et quæ vis vndas non tenet illa suas:
In medio stat cuncta salus: rectè omnia condit
Temperies: nimium semper, vtira, nocet:
In medio sunt formæ etiam, gratique colores:
Frigus habet lymphas, & rubet igne calor.

De venere.

Sic venus, & vario profusum sanguine semen
Tempus habent, pariter dona, malumque ferunt.
Dira venus, fædi veniant si crimina luxus:
Contra diuinum est non mea norma deum.
Aptior est pulchro fugiat si fæmina vultu,
Quæ falsos mira prouocat arte rogos:

Y Sed

Sed quæ iam plenum ſequitur corpuſque,viaſque,
Et cum multa potens ſemina teſtis habet.
Turpem infans tribuit coitum,gelidumque ſenectus:
Illa graues neſcit,non habet iſta,rogos.
Si matura viro mulier,robuſta iuuentus
Sit maris,extremos ſit venus ante dies.
Expoſcit medios etiam pro tempore fines:
Eſt mala poſt epulas,cordaque plena Venus.
Eſt mala,ſed grauior famis eſt,poſt viſceris ignes
Eſt bona,cum medijs ſunt alimenta vijs.
Interualla etiam ſocij pro viribus optat:
Sanguineo coitus damna minora tulit:
Nec multum pingui,gelidoque inphlegmate lædit:
Eſt flauo,& nigro praua liquore venus.
Diſplicet illa magis duræ quæ fæcibus alui,
Vel quæ mingendi tempore preſſa tumet:
Diſplicet ardentis flammato ſolis in æſtu,
Cum totum languet corpus,& ipſa venus:
Nec quæ poſt grandes motus,aut iurgia magna
Conuenit,aut forti pectora torua metu:
Vere placet,magnoque nigræ ſub frigore noctis
Cum ſæua horret hyems , arctaque terra gelu eſt.
Sic recto ſeruans æquum venus,ordine pondus
Innumeris generat commoda certa modis.
Liberát á tumido teſtes,atque inguina vento,
Et plenos renes,vaſaque plena leuat.
Triſtem animam,mæſtumque fouet languentis amorem
Grata melancolico eſt,vt quoque falſa,Venus.
Nec tantúm vitæ prodeſt,augetque ſalutem:
Miſſa etiam grandis plurima cauſa mali eſt.

Alta venenosus subit in præcordia fumus,
    Mœstaque languenti corda dolore gemunt.
Ingelidos pariter declinant corpora succos:
    Ignis sub testes, vstaque flamma volat.
Hic patitur feruens grauiores fœmina morbos:
    Absque suo venter non valet esse mare.
Multa venenato fiunt simptomata riuo:
    Sæpe fuit mortis causa relicta Venus.
Ast quæ non numeris, non æquo pondere constat
    Quæ non tempus habet, nec sua dona Venus,
Infandis genus omne malis, membra omnia morbis
    Destruit, & nigræ est altera causa necis.
Languentes reddit vires, & languida membra,
    Et maiora magis gaudia debilitant.
Absumpta tottum siccat pinguedine corpus,
    Et facit exhausto frigida corda rogo.
Non aures solitas auras, non lumina visus,
    Non solitos retinent viscera lapsa modos
Iam sub crure tepor leuis est, & poplite pondus,
    Nec plantæ corpus sustinuere suum.
Iam graue languescit dorsum, neruique tremiscunt,
    Et fugiunt vario tempora curua sinu.
Nunc teneri vacuo labuntur vertice crines,
    Et caua sunt gemino sydera bina polo.
Ardentes etiam depascunt hepata febres,
    Aridaque effuso forma liquore iacet.
Nec cerebrum tenebris, nec mens vacat ægra labore:
    Non lucem ingenium, non habet astra caput.
Denique post tantos mors aduenit horrida morbos:
    Tanta sub insano pestis amore latet.

De sudore, & insensibili transpiratione.

Vltima per cunctos purgatio labitur artus,
Magna quidem, & geminum quæ tulit vna genus.
Aut insensibilis cunctas vapor exit in aluos,
Aut has (quæ sudor) sensilis vnda rigat:
Illa leuat corpus, mundatque á flamine tetro,
Aspectumque fugit, dum nocet, atque iuuat:
At placet hæc semper, nisi cum ferus emicat ignis,
Et qui cuncta potest soluere membra calor.
Altera de summis socio cum sanguine venis
Aduenit, inque arctos effluit vnda poros.
Cum lotio est eadem: sed quando hæc plurima crescit,
Illud abest: lotium si fuit, illa deest:
Cum calor ad renes, lotium cum partibus hæret,
Sudor adest: istum ver trahit, illud hyems.
Hic morbo, lætaque solet conferre salute,
Atque nocere: iuuant tempora, causa, modus.

De menstruo sanguine.

Hos præter fluxus, alios dat fœmina, suntque
Menstrua, nam certis mensibus ire solent.
Hæc frigens natura parit, motusque remissus,
Indeque plena suo sanguine vasa tument.
Ergo nisi alternis quæ dicta est fluxio lunis
Accidat, in morbos lapsa puella, gemit.

Hinc,quæ purpureo facies erat alba colore
    Pallet,& albeſcunt abſque decore genæ.
Hinc tenue exhauſta remanet pinguedine corpus,
    Et tumet omne genus,lumina,crura,pedes.
Hinc geminæ fundunt nares,atque ora cruorem,
    Atque liquor varijs labitur inde modis.
Hæc turpes generat cancros,elephantaque monſtra:
    Eſt ingens pelli,varicibuſque malum.
Plurima terribili vexantur membra dolore,
    Fartaque corrupto vaſa liquore madent.
Sæpe melanchólico mens eſt triſtiſsima ſucco,
    Sæpe leues raptant pectora feſſa notos.
Et ſacrum patitur morbum caput,& iecur illum,
    Qui pallore omnem tingit,habetque cutim.
Nec ſtomachus vacat á vomitu, nec corda labore:
    Turgent fumoſo viſcera plena ſono.
Succeduntque alij,quos longum eſt dicere,morbi:
    Tanta lues,tanti corpore cauſa mali eſt.
Nec fuit externis minor iſta iniuria rebus,
    Extra fæmineum crimina corpus habet.
Iſte canes agit in rabiem guſtatus,& ipſis
    Iſte cruor generat peſſima damna viris.
Nonnunquam totum fædat lepra horrida membrum,
    Fædaque fit varijs quæ cutis alba modis:
Quandoque innumeri labuntur vertice crines,
    Barbaque,iam mentum,quæ fuit ante,manet.
Nec ve oculis manſére comæ,nec fronte capilli,
    Horrendam ſpeciem frons,caput:ora ferunt.
Oppugnata acri gemitant præcordia fumo,
    Et frons á ſacro fulmine tacta ruit.

Diræ contactu pestis nec gramina fructus
    Mortua, nec tribuit, quos habet, icta seges:
Insita contactu pereunt, vitisque nouella
    Vlterius nullum contulit icta merum:
Deperdit tenero positum sub viscere fætum
    Quæ prægnans istam tangit, aditque luem.
Hic etiam steriles alias cruor efficit aluos,
    Obscuratque niger splendida vasa vapor.
Ast quamuis tam praua feri sit forma liquoris,
    Donum habet, ad plenos conuenit ille sinus.
Hic liquidum nutrit semen, fætumque gubernat:
    Nullum ideo mittunt ilia plena serum:
Iamque nouem Triuiæ grandi post lumina partu
    Lac facit, & puero fert alimenta suo.
Hisque modis totum quouis se á crimine corpus
    Liberat, & quarto sic data meta libro est.

LIBER

LIBER QVINTVS SEX RERVM NONNATVRALIVM.

DE ANIMI PASSIONIBUS.

ARGVMENTVM.

RElicta corporum ſerie, omnique terrenæ molis hiſtoria, altius Muſa euolat, ac per varietates animarũ longè errans in cælum vſque contẽdit: prius tamen fundamenta, ſedeſque animi explicat, atque ipſum comitantes functiones, & domicilia: inde patet quæ corporis cum animo ſocietas interſit: quæ paſsiones, quæ morum normæ ſubinde profluant. Tãdem cuiuſque affectus innoteſcit ſpecies.

Idem

Idem.

Postquam corporeos tractus, & viscera longo
Musa dedit cantu, diuersaque membra, per auras
Alta volans celebres animos, atqua organa passim
Enumerat, certisq; iterum virtutibus aptat:
Inde patet, quæ magna inter commertia corpus,
Sintque animam: qui sint mores: quæ passio mentes
Excitet, & varij quæ sint discrimina motus.

Idem.

Iste animam, sensusque canit, queis organa iungit:
Inde polum, terris miscet; & astra, solo.

A solo quicunque deo, manibusque supremis
Principium tenuere animi: qui corpus. & imam
Fœdata carnis molem, terramque sororem
Accipiunt; vires quamuis, & maxima dona
Secum habeant, mentemque altam, quam pulchra sequatur
Quæ memor est virtus rerum, & regina voluntas:
Dum tamen hoc extant mundo: durisque morantur
Carceribus, nullos possunt sine corpore motus
Edere, sensati nullam speciemque, viamque,
Sed cuncta ex supero spectant phantasmata monte:
Cumque alijs aliæ formis, & munera præsint
Muneribus, quæ nobilior, supremaque summo
Fixa loco mittit reliquas, totumque gubernat:
Vnde mouent alias aliæ, quæque infima tandem

Ista

Ista mouet corpus, positasq́; in sanguine vires.
Quocirca morbos animus, pariterque salutem
Ferre potest, dum grata placet, vel mæsta fatigat
Caua horrens, superamne premit fera passio mentem,

Vos iterum cæli ingentes diuique deæque
Præbete auxilium, placidoque occurrite versu:
Iam corpus, speciemque hilarem dixistis, & ortum
Humanum numerastis: nunc miram illius artem,
Formarumque modos varios, viresque docete.

Tres insunt species animo, & tria munera corpus Tres animæ vires
Vitalemque regunt seriem, quas vnicus omnes
Iungit amicitiæ nexus, lapsasque vicissim
Perpetuum iuuat auxilium: cum nascitur vna
Statim consurgunt aliæ; dum viuit, & omnes
Respirant; abeunte: alias citus arripit orcus.

Ternæ igitur numero constant: prior hepate virtus Naturalis
Naturalis habet sedem, quod sistit, ibique
Materiam altricem generat, totumq́; gubernat:
Hanc omnes seruant partes, hanc cætera nullo
Conseruant membra auxilio: nec stirpibus hæret
Illa minor, totidemque modos, viresq́; capessit:
Ast ea quæ magno se tollit in hepate forma
Præcipua est, totosq́; manet regina per artus,
Et fouet ingenito vicinas munere venas.
Hæc primùm duplex facta est: cupit vna, bonumque
Ad se se raptat, lasciuoque ardet amore.
Est alternatrix primi lex altera membri,
Cui species semper triplex datur: vna sub aluo

Diuersam inducit spumosa in semina formam,
Osque manet semen: generatrix ista vocatur,
Quæ postquam exoritur fætus, septemque quiescit
Ante annis, tenero factis iam dentibus ore
Defugit, & calido post hac de semine surgit:
Hanc soror vna iuuat, qua non præstantior extat
Altera, seu partes fingat, seu membra figuret,
Vel toto spargat species, ponatque decorem.
Altarnatricis membrum sortita secundum
Stat nutrix virtus, totum quæ durat in æuum
Nunquam fessa malis, longosue absumpta per annos.
Hæc tempus recipit varium, quæ prima per omnes
Est appositio: tunc durum in sanguine gluten
Insequitur: tandem surgit forma vltima, carni
Quæ similes trahit vna modos, similemque figuram.
Maiorem ostendit quæ terna potentia molem,
In partes omnes corpus, concretaque membra
Porrigit, at medio moribunda exoluitur æuo.

His aliæ subsunt vires, primæque ministrant
Ancillæ: trahit vna prior: tenet altera tractum:
Tertia componit coctrix, & quarta repellit
Expultrix: omnes pariter, nec prima secundam
Turbat in officio: certos miro ordine fines
Exoptant, gaudentque alto seruire parenti.
Has etiam tempus varium, atque innata sequuntur
Munera: quæ scindit virtus, quæ corpus in omne
Distribuit, membro que refert alimenta sequuto.

Primarum vires etiam discrimina partis

Distingunt

Distinguunt variæ, diuersique organa membri.
Sic naturalis feruente sub hepate virtus
Sanguifica est, chylumq; alto sub viscere gignit:
Sic in carne facit carnem, sic osse medullas,
Et neruis generat neruos, cerebroque cerebrum.

Altera principium vitæ, finemque facultas
Obtinuit, fortique locum sibi legit in arce,
Quam trepidus semper motus, succensaque multi
Torquet flamma rogi, tractusque refrigerat aer.
Non hæc est virtus plantis, eadem quoque multis
Præsertim insectis animantibus abfuit (ista
Æque animam, fusumque tenent per membra calorem)
Perfectis residet spirantibus, ipsaque vita
Impulsu fouet, & rapidas accendit in iras.
Altior hac, illa est, atque altius hepate membrum.
Hic sensus feruet cupiens, vindictaque surgit
Aspera, & ardentes suscepta in bella furores.
Hic etiam pulsans gemino pro munere virtus
Se tollit: nempe vt tetros expellere fumos
Intro rapta queat, gelidasque vt protrahat auras
Exterius conuersa, & magnos temperet ignes.

Tertia supremo in tractu, summaque facultas
Arce sedet, qua cuncta videt, qua despicit omne
Quod fluit inferius regnum, partesque iacentes.
Hæc duplici primùm ramo partibilis, vna
Motus, habet greßum; geminos regit altera sensu.,
Internos, atq; externos: motiua per omne
Corpus abit, durisque agitat membra omnia neruis.

Confectusq; magis consurgit spiritus, omni
Pulchrior, omni nobilior, qui lumine flammas,
Et tenui celeres imitatur corpore ventos:
Iamque alta de sede micans, cerebrique labore
Aptior, extensas rapitur furibundus in aluos,
Vitalemque refert motum, sensumque fluentem.

Organa.

Hæ sunt vitales auræ, hæc virtu tibus illis
Instrumenta manent, totoque in corpore luctant.
Non minus ad varios habuerunt organa casus,
Queis certos possent motus, queis munera certa,
Atque suos mollire actus: nec sistere solo
Marte valent; lapsis pariter labuntur & actis:
Sic certos tenuere locos, aditusq;, viasque,
Per quos ire queant, totumque inuisere corpus.

Hepar organū naturalis.

Pro naturali primum virtute sedile
Stat iecur excelsis animæ de sedibus vnum,
Principium venarum, & princeps corpore membrum.
Huic patet in dextris locus, atque ab domine summo
Quem spuria velant costæ, cui mobile septum
Imminet, & totum cingit perytonia vestis.
In medio stat rima situ, quem vena subintrat
Vmbilÿ, sciditque cauum: fortissima pondus
Immotum duo membra ferunt, duo partibus hærent,
Neruorum fluuÿ, diuersoque emminus arcu
Arteria inuadit membrum, tribuitque calorem.
Est geminus venis aditus, fert porta priorem,
Albentemque trahit primo de viscere succum.
Aduersa de parte cauum vas surgit, & alui

Iam

Iam rubeum accingit chylum, factumque cruorem.
Vtraque pars tenues producit in hepate ramos,
Qui tandem penna in medio iunguntur, & oris
Ora aptant (pars vna, vni; chylusque cruori
Respondet) tribuuntque suis grata oscula venis.
Vt caua inæqualis, sic pars connexa per æquam
Planitiem protensa iacet, ni mobile punctis
Læderet, & superis aptam se fingeret armis.
Per totum est similis concreto affecta liquore
Multa caro, quam flamma vrit, quam torridus ignis
Exsiccat, nostris affusio dicta latinis,
Concretusque liquor: dixere parenchima græci:
Hæc fundamentum est primæ virtutis, & omnis
Sanguinei humoris (non æquum vena ruborem
Ferre potest) sic primo albens substantia ventre est,
Sic latis cor spiritibus, sic vbera lacti
Dant formam, generantque hilares sua semina testes:
Sic tandem præstant aliæ certa organa partes
Pro naturali altrice, innatoque calore.
Ast quæ nobilior reliquis, supremaque virtus
Purpureo sedet in solio, quo munere cunctis
Præparat, & geminos spumante in sanguine succos.
Principis ingrates veniunt stomachique, vijsque
Intestina suis: veniunt gemino ordine renes,
Vesiccæque locis geminæ, obscuræq; paludes.
Dant ventres epulas, alimentaque plurima: mordax
Vna capit lotium, quod longo tramite renes
Conficiunt: missam recipit cutis altera bilem,
Fæcalesque lien succos: stat corpore princeps
In medio, lenique fouet membra omnia fumo

Non

Diræ contactu pestis nec gramina fructus
  Mortua, nec tribuit, quos habet, icta seges:
Insita contactu pereunt, vitisque nouella
  Vlterius nullum contulit icta merum:
Deperdit tenero positum sub viscere fætum
  Quæ prægnans istam tangit, aditque luem:
Hic etiam steriles alias cruor efficit aluos,
  Obscuratque niger splendida vasa vapor.
Ast quamuis tam praua feri sit forma liquoris,
  Donum habet, ad plenos conuenit ille sinus:
Hic liquidum nutrit semen, fætumque gubernat:
  Nullum ideo mittunt ilia plena ferum:
Iamque nouem Triuiæ grandi post lumina partu
  Lac facit, & puero fert alimenta suo.
Hisque modis totum quouis se á crimine corpus
  Liberat, & quarto sic data meta libro est.

LIBER QVINTVS SEX RERVM NONNATVRALIVM.

DE ANIMI PASSIONIBUS.

ARGVMENTVM.

RElicta corporum ſerie, omnique terrenæ molis hiſtoria, altius Muſa euolat, ac per varietates animarū longè errans in cælum vſque contēdit: prius tamen fundamenta, ſedeſque animi explicat, atque ipſum comitantes functiones, & domicilia: inde patet quæ corporis cum animo ſocietas interſit: quæ paſsiones, quæ morum normæ ſubinde profluant. Tādem cuiuſque affectus innoteſcit ſpecies.

Idem

Idem.

Postquam corporeos tractus, & viscera longo
Musa dedit cantu, diuersaque membra, per auras
Alta volans celebres animos, atqua organa passim
Enumerat, certisq; iterum virtutibus aptat:
Inde patet, quæ magna inter commertia corpus,
Sintque animam: qui sint mores: quæ passio mentes
Excitet, & varij quæ sint discrimina motus.

Idem.

Iste animam, sensusque canit, queis organa iungit:
Inde polum, terris miscet; & astra, solo.

A solo quicunque deo, manibusque supremis
Principium tenuere animi: qui corpus, & imam
Fædatæ carnis molem, terramque sororem
Accipiunt; vires quamuis, & maxima dona
Secum habeant, mentemque altam, quam pulchra sequatur
Quæ memor est virtus rerum, & regina voluntas:
Dum tamen hoc extant mundo: durisque morantur
Carceribus, nullos possunt sine corpore motus
Edere, sensati nullam speciemque, viamque,
Sed cuncta ex supero spectant phantasmata monte:
Cumque alijs aliæ formis, & munera præsint
Muneribus, quæ nobilior, supremaque summo
Fixa loco mittit reliquas, totumque gubernat:
Vnde mouent alias aliæ, quæque infima tandem

Ista mouet corpus, positasq; in sanguine vires.
Quocirca morbos animus, pariter que salutem
Ferre potest, dum grata placet, vel mœsta fatigat
Caua horrens, superamue premit fera passio mentem,

Vos iterum cæli ingentes diuique deæque
Præbete auxilium, placidoque occurrite versu:
Iam corpus, speciemque hilarem dixistis, & ortum
Humanum numerastis: nunc miram illius artem,
Formarumque modos varios, viresque docete.

Tres insunt species animo, & tria munera corpus Tres animæ vires
Vitalemque regunt seriem, quas vnicus omnes
Iungit amicitiæ nexus, lapsasque vicissim
Perpetuum iuuat auxilium: cum nascitur vna
Statim consurgunt aliæ; dum viuit, & omnes
Respirant; abeunte: alias citus arripit orcus.

Ternæ igitur numero constant: prior hepate virtus Naturalis
Naturalis habet sedem, quod sistit, ibique
Materiam altricem generat, totumq; gubernat:
Hanc omnes seruant partes, hanc cætera nullo
Conseruant membra auxilio: nec stirpibus hæret
Illa minor, totidemque modos, viresq; capessit:
Ast ea quæ magno se tollit in hepate forma
Præcipua est, totosq; manet regina per artus,
Et fouet ingenito vicinas munere venas.
Hæc primùm duplex facta est: cupit vna, bonumque
Ad se se raptat, lasciuoque ardet amore.
Est alternatrix primi lex altera membri,
Cui species semper triplex datur: vna sub aluo

Diuersam inducit spumosa in semina formam,
Osque manet semen: generatrix ista vocatur,
Quæ postquam exoritur fœtus, septemque quiescit
Ante annis, tenero factis iam dentibus ore
Defugit, & calido post hac de semine surgit:
Hanc soror vna iuuat, qua non præstantior extat
Altera, seu partes fingat, seu membra figuret,
Vel toto spargat species, ponatque decorem.
Altarnatricis membrum sortita secundum
Stat nutrix virtus, totum quæ durat in æuum
Nunquam fessa malis, longosue absumpta per annos:
Hæc tempus recipit varium, quæ prima per omnes
Est appositio: tunc durum in sanguine gluten
Insequitur: tandem surgit forma vltima, carni
Quæ similes trahit vna modos, similemque figuram.
Maiorem ostendit quæ terna potentia molem,
In partes omnes corpus, concretaque membra
Porrigit, at medio moribunda exoluitur æuo.

His aliæ subsunt vires, primæque ministrant
Ancillæ: trahit vna prior: tenet altera tractum:
Tertia componit coctrix, & quarta repellit
Expultrix: omnes pariter, nec prima secundam
Turbat in officio: certos miro ordine fines
Exoptant, gaudentque alto seruire parenti.
Has etiam tempus varium, atque innata sequuntur
Munera: quæ scindit virtus, quæ corpus in omne
Distribuit, membro que refert alimenta sequuto.

Primarum vires etiam discrimina partis

Distingunt

Distinguunt varia, diuersique organa membri.
Sic naturalis feruente sub hepate virtus
Sanguifica est, chylumq́; alto sub viscere gignit:
Sic in carne facit carnem, sic osse medullas,
Et neruis generat neruos, cerebroque cerebrum.

Altera principium vitæ, finemque facultas
Obtinuit, fortique locum sibi legit in arce,
Quam trepidus semper motus, succensaque multi
Torquet flamma rogi, tractusque refrigerat aer.
Non hæc est virtus plantis, eadem quoque multis
Præsertim insectis animantibus abfuit (ista
Æque animam, fusumque tenent per membra calorem)
Perfectis residet spirantibus, ipsaque vitæ
Impulsu fouet, & rapidas accendit in iras.
Altior hac, illa est, atque altius hepate membrum.
Hic sensus feruet cupiens, vindictaque surgit
Aspera, & ardentes suscepta in bella furores.
Hic etiam pulsans gemino pro munere virtus
Se tollit: nempe vt tetros expellere fumos
Intro rapta queat, gelidasque vt protrahat auras
Exterius conuersa, & magnos temperet ignes.

Tertia supremo in tractu, summaque facultas
Arce sedet, qua cuncta videt, qua despicit omne
Quod fluit inferius regnum, partesque iacentes.
Hæc duplici primùm ramo partibilis, vna
Motus, habet gressum; geminos regit altera sensu.,
Internos, atq́; externos: motiua per omne
Corpus abit, durisque agitat membra omnia neruis.

Quatuor interno consistunt limite sensus,
Quorum communis prior est, phantasia volox
Hunc sequitur, ratioque istam tandemq́; recumbit
Præteritum referens memor excellentia tempus.
Externi quinque externis in partibus hærent:
Visus, & auditus, quæque omnes sentit odores,
Atque epulas quæ forma regit: iacet vltimus ingens
Qui blandis gaudet tactus, refugitque dolores.
Hic communis adest sensus (commune per omnes
Nam desiderium) reliquis hic partibus vnus
Se fundit, partimque famem, partimque dolentem
Deplorat tactum: partim delabitur infra,
Et sequitur coitus, gratumque libidine membrum.
Iratas etiam succenso in pectore flammas:
Promouet: hic mæsto paulatim sanguine totum
Conturbat pectus: rapido hic quatit atria pulsu,
Autoremq́; mouet, sedemque cupidinis hepar.

Istarum actiones & instrumenta.

Hæ sunt tres animæ vires, hæc intima vitæ
Principia: hæc totum vertunt moderamen, & omne
Corporis instaurant robur: quæ prima benignos
Forma creat succos, alimentaque partibus addit
Vitalis lenes auras, placidumque calorem
Suggerit, hæc dulcem vitam conseruat, & omnis
Imperij vires, libertatemque tuetur.
Imperat in cunctis animus, summique facultas
Alta loci, videt omne bonum, damnum inspicit omne
Omnia consilio reparans, ornansque decore.
Qualis ad ingentes populos, vrbemque senatus
Stare solet, qui cuncta regit, qui lumine claro

Componit lites,& vulgi temperat iram.
Stat ſimul excelſus numeroſo milite princeps:
Sunt enſes,clypei,arma,duces,quibus inclyta conſtat
Vis populi,gaudetque hoſtili vrbs libera telo.
Denique ſunt alimenta,cibi,potuſq́; liquentes,
Diuerſæque modis epulæ: ſtat nobilis vrbe
Qui cuncta in pretio librat,qui commoda cernit,
Diſpenſatque omnes æquali pondere menſas.
Talis in humanis ſeruatur partibus ordo.
His verò externis anima virtutibus,vna
Natiui auxilio Zephyri, grataque reſurgit
Temperie,viuitque iſtis,moriturque calore.
Terribili,aut diro peruerſi frigore ſucci.
Sic ea quæ vitæ fons eſt,animataque virtus
Magno iucundi moderamine luminis omnes
Suſtentat partes,ſolitoque in munere ſeruat.
Ille autem tenui ſurgens de ſanguine dextram
Cordis adit portam,valido quæ coctus ab igne
Ætheream adquirit formam,lucemque perennem:
Iamque magis celer,& purus ſe fundit in arctos
Difficileſq́; aditus,& læuo clauditur antro
Regnantis membri,quo mollis gratior aura
Concurrit flatus, magnos hic temperat æſtus,
Et nouus in calida generatur ſpiritus aula.
Tunc varij placido fiunt de gurgite riui,
Qui primùm ingreſſi arterias,duroſq́; meatus
Veloci excurrunt motu,corpuſq́; per omne
Vitalem referunt animam,gratumque calorem.
Pars ſuperas abit in ſedes , ternoſq́; cerebri
Ingreditur ventres,vbi ſumpto ex maribus euro,

 Conſe-

Confectusq; magis consurgit spiritus, omni
Pulchrior, omni nobilior, qui lumine flammas,
Et tenui celeres imitatur corpore ventos:
Iamque alta de sede micans, cerebrique labore
Aptior, extensas rapitur furibundus in aluos,
Vitalemque refert motum, sensumque fluentem.

Organa.

Hæ sunt vitales auræ, hæc virtu tibus illis
Instrumenta manent, totoque in corpore luctant.
Non minus ad varios habuerunt organa casus,
Queis certos possent motus, queis munera certa,
Atque suos mollire actus: nec sistere solo
Marte valent; lapsis pariter labuntur & actis:
Sic certos tenuere locos, aditusq; , viasque,
Per quos ire queant, totumque inuisere corpus.

Hepar organū naturalis.

Pro naturali primum virtute sedile
Stat iecur excelsis animæ de sedibus vnum,
Principium venarum, & princeps corpore membrum.
Huic patet in dextris locus, atque ab domine summo,
Quem spuria velant costæ, cui mobile septum
Inminet, & totum cingit perytonia vestis.
In medio stat rima situ, quem vena subintrat
Vmbilij, sciniditque cauum: fortissima pondus
Immotum duo membra ferunt, duo partibus hærent,
Neruorum fluuij, diuersoque emminus arcu
Arteria inuadit membrum, tribuitque calorem.
Est geminus venis aditus, fert porta priorem,
Albentemque trahit primo de viscere succum.
Aduersa de parte cauum vas surgit, & alui

Iam

Iam rubeum accingit chylum, factumque cruorem.
Vtraque pars tenues producit in hepate ramos,
Qui tandem penna in medio iunguntur, & oris
Ora aptant (pars vna, vni; chylusque cruori
Respondet) tribuuntque suis grata oscula venis.
Vt caua inaequalis, sic pars connexa per aequam
Planitiem protensa iacet, ni mobile punctis
Laederet, & superis aptam se fingeret armis.
Per totum est similis concreto affecta liquore
Multa caro, quam flamma vrit, quam torridus ignis
Exsiccat, nostris affusio dicta latinis,
Concretusque liquor: dixere parenchima graci:
Haec fundamentum est primae virtutis, & omnis
Sanguinei humoris (non aequum vena ruborem
Ferre potest) sic primo albens substantia ventre est,
Sic latis cor spiritibus, sic vbera lacti
Dant formam, generantque hilares sua semina testes:
Sic tandem praestant aliae certa organa partes
Pro naturali altrice, innatoque calore.
Ast quae nobilior reliquis, supremaque virtus
Purpureo sedet in solio, quo munere cunctis
Praeparat, & geminos spumante in sanguine succos.
Principis ingrates veniunt stomachique, vijsque
Intestina suis: veniunt gemino ordine renes,
Vesiccaeque locis gemina, obscuraeq; paludes.
Dant ventres epulas, alimentaque plurima: mordax
Vna capit lotium, quod longo tramite renes
Conficiunt: missam recipit cutis altera bilem,
Faecalesque lien succos: stat corpore princeps
In medio, lenique fouet membra omnia fumo

Non

De sudore, & insensibili transpiratione.

Vltima per cunctos purgatio labitur artus,
Magna quidem, & geminum quæ tulit vna genus:
Aut insensibilis cunctas vapor exit in aluos,
Aut has (quæ sudor) sensilis vnda rigat:
Illa leuat corpus, mundatque á flamine tetro,
Aspectumque fugit, dum nocet, atque iuuat:
At placet hæc semper, nisi cum ferus emicat ignis,
Et qui cuncta potest soluere membra calor.
Altera de summis socio cum sanguine venis
Aduenit, inque arctos effluit vnda poros.
Cum lotio est eadem: sed quando hæc plurima crescit,
Illud abest: lotium si fuit, illa deest:
Cum calor ad renes, lotium cum partibus hæret,
Sudor adest: istum ver trahit, illud hyems.
Hic morbo, lætaque solet conferre salute,
Atque nocere: iuuant tempora, causa, modus.

De menstruo sanguine.

Hos præter fluxus, alios dat fæmina, suntque
Menstrua, nam certis mensibus ire solent.
Hæc frigens natura parit, motusque remissus,
Indeque plena suo sanguine vasa tument.
Ergo nisi alternis quæ dicta est fluxio lunis
Accidat, in morbos lapsa puella, gemit.

Hinc,

Hinc,quæ purpureo facies erat alba colore
Pallet,& albescunt absque decore genæ.
Hinc tenue exhausta remanet pinguedine corpus,
Et tumet omne genus,lumina,crura,pedes.
Hinc geminæ fundunt nares,atque ora cruorem,
Atque liquor varijs labitur inde modis.
Hæc turpes generat cancros,elephantaque monstra:
Est ingens pelli,varicibusque malum.
Plurima terribili vexantur membra dolore,
Fartaque corrupto vasa liquore madent.
Sæpe melancholico mens est tristissima succo,
Sæpe leues raptant pectora fessa notos.
Et sacrum patitur morbum caput,& iecur illum,
Qui pallore omnem tingit,habetque cutim.
Nec stomachus vacat á vomitu, nec corda labore:
Turgent fumoso viscera plena sono.
Succeduntque alij,quos longum est dicere,morbi:
Tanta lues,tanti corpore causa mali est.
Nec fuit externis minor ista iniuria rebus,
Extra fæmineum crimina corpus habet.
Iste canes agit in rabiem gustatus,& ipsis
Iste cruor generat pessima damna viris.
Nonnunquam totum fœdat lepra horrida membrum,
Fœdaque fit varijs quæ cutis alba modis:
Quandoque innumeri labuntur vertice crines,
Barbaque,iam mentum,quæ fuit ante, manet.
Nec ve oculis mansére comæ,nec fronte capilli;
Horrendam speciem frons,caput:ora ferunt.
Oppugnata acri gemitant præcordia fumo,
Et frons á sacro fulmine tacta ruit.

Diræ contactu pestis nec gramina fructus
    Mortua, nec tribuit, quos habet, icta seges:
Insita contactu pereunt, vitisque nouella
    Vlterius nullum contulit icta merum:
Deperdit tenero positum sub viscere fætum
    Quæ prægnans istam tangit, aditque luem:
Hic etiam steriles alias cruor efficit aluos,
    Obscuratque niger splendida vasa vapor.
Ast quamuis tam praua feri sit forma liquoris,
    Donum habet, ad plenos conuenit ille sinus:
Hic liquidum nutrit semen, fætumque gubernat:
    Nullum ideo mittunt ilia plena serum:
Iamque nouem Triuiæ grandi post lumina partu
    Lac facit, & puero fert alimenta suo.
Hisque modis totum quouis se á crimine corpus
    Liberat, & quarto sic data meta libro est.

LIBER

LIBER QVINTVS SEX RERVM NONNATVRALIVM.

DE ANIMI PASSIOnibus.

ARGVMENTVM.

RElicta corporum ſerie, omniquè terrenæ molis hiſtoria, altius Muſa euolat, ac per varietates animarũ longè errans in cælum vſque contẽdit: prius tamen fundamenta, ſedeſque animi explicat, atque ipſum comitantes functiones, & domicilia: inde patet quæ corporis cum animo ſocietas interſit: quæ paſsiones, quæ morum normæ ſubinde profluant. Tãdem cuiuſque affectus innoteſcit ſpecies.

Idem

Idem.

Postquam corporeos tractus, & viscera longo
Musa dedit cantu, diuersaque membra, per auras
Alta volans celebres animos, atque organa passim
Enumerat, certisq́; iterum virtutibus aptat:
Inde patet, quæ magna inter commertia corpus,
Sintque animam: qui sint mores: quæ passio mentes
Excitet, & varij quæ sint discrimina motus.

Idem.

Iste animam, sensusque canit, queis organa iungit:
Inde polum, terris miscet; & astra, solo.

A solo quicunque deo, manibusque supremis
Principium tenuere animi: qui corpus. & imam
Fœdatæ carnis molem, terramque sororem
Accipiunt; vires quamuis, & maxima dona
Secum habeant, mentemque altam, quam pulchra sequatur
Quæ memor est virtus rerum, & regina voluntas:
Dum tamen hoc extant mundo: durisque morantur
Carceribus, nullos possunt sine corpore motus
Edere, sensati nullam speciemque, viamque,
Sed cuncta ex supero spectant phantasmata monte:
Cumque alijs aliæ formis, & munera præsint
Muneribus, quæ nobilior, supremaque summo
Fixa loco mittit reliquas, totumque gubernat:
Vnde mouent alias aliæ, quæque infima tandem

Ista

Ista mouet corpus, positaq́; in sanguine vires.
Quocirca morbos animus, pariterque salutem
Ferre potest, dum grata placet, vel mæsta fatigat
Caua horrens, superamue premit fera passio mentem,

Vos iterum cæli ingentes diuique deæque
Præbete auxilium, placidoque occurrite versu:
Iam corpus, speciemque hilarem dixistis, & ortum
Humanum numerastis: nunc miram illius artem,
Formarumque modos varios, viresque docete.

Tres insunt species animo, & tria munera corpus Tres animæ vires
Vitalemque regunt seriem, quas vnicus omnes
Iungit amicitiæ nexus, lapsasque vicissim
Perpetuum iuuat auxilium: cum nascitur vna
Statim consurgunt aliæ; dum viuit, & omnes
Respirant; abeunte: alias citus arripit orcus.

Ternæ igitur numero constant: prior hepate virtus Naturalis
Naturalis habet sedem, quod sistit, ibique
Materiam altricem generat, totumq́; gubernat:
Hanc omnes seruant partes, hanc cætera nullo
Conseruant membra auxilio: nec stirpibus hæret
Illa minor, totidemque modos, viresq́; capessit:
Ast ea quæ magno se tollit in hepate forma
Præcipua est, totosq́; manet regina per artus,
Et fouet ingenito vicinas munere venas.
Hæc primùm duplex facta est: cupit vna, bonumque
Ad se se raptat, lasciuoque ardet amore.
Est alternatrix primi lex altera membri,
Cui species semper triplex datur: vna sub aluo

Diuersam inducit spumosa in semina formam,
Osque manet semen: generatrix ista vocatur,
Quæ postquam exoritur fœtus, septemque quiescit
Ante annis, tenero factis iam dentibus ore
Defugit, & calido post hac de semine surgit:
Hanc soror vna iuuat, qua non præstantior extat
Altera, seu partes fingat, seu membra figuret,
Vel toto spargat species, ponatque decorem.
Altarnatricis membrum sortita secundum
Stat nutrix virtus, totum quæ durat in æuum
Nunquam fessa malis, longosue absumpta per annos.
Hæc tempus recipit varium, quæ prima per omnes
Est appositio: tunc durum in sanguine gluten
Insequitur: tandem surgit forma vltima, carni
Quæ similes trahit vna modos, similemque figuram.
Maiorem ostendit quæ terna potentia molem,
In partes omnes corpus, concretaque membra
Porrigit, at medio moribunda exoluitur æuo.

His aliæ subsunt vires, primæque ministrant
Ancillæ: trahit vna prior: tenet altera tractum:
Tertia componit coctrix, & quarta repellit
Expultrix: omnes pariter, nec prima secundam
Turbat in officio: certos miro ordine fines
Exoptant, gaudentque alto seruire parenti.
Has etiam tempus varium, atque innata sequuntur
Munera: quæ scindit virtus, quæ corpus in omne
Distribuit, membro que refert alimenta sequuto.

Primarum vires etiam discrimina partis

Distingunt

Distinguunt varia, diuersique organa membri.
Sic naturalis feruente sub hepate virtus
Sanguifica est, chylumq; alto sub viscere gignit:
Sic in carne facit carnem, sic osse medullas,
Et neruis generat neruos, cerebroque cerebrum.

Altera principium vitæ, finemque facultas
Obtinuit, fortique locum sibi legit in arce,
Quam trepidus semper motus, succensaque multi
Torquet flamma rogi, tractusque refrigerat aer.
Non hæc est virtus plantis, eadem quoque multis
Præsertim insectis animantibus abfuit (ista
Æque animam, fusumque tenent per membra calorem)
Perfectis residet spirantibus, ipsaque vita
Impulsu fouet, & rapidas accendit in iras.
Altior hæc, illa est, atque altius hepate membrum.
Hic sensus feruet cupiens, vindictaque surgit
Aspera, & ardentes suscepta in bella furores.
Hic etiam pulsans gemino pro munere virtus
Se tollit: nempe vt tetros expellere fumos
Intro rapta queat, gelidasque vt protrahat auras
Exterius conuersa, & magnos temperet ignes.

Tertia supremo in tractu, summaque facultas
Arce sedet, quæ cuncta videt, quæ despicit omne
Quod fluit inferius regnum, partesque iacentes.
Hæc duplici primùm ramo partibilis, vna
Motus, habet gressum; geminos regit altera sensu.,
Internos, atq; externos: motiua per omne
Corpus abit, durisque agitat membra omnia neruis.

Quatuor interno consistunt limite sensus,
Quorum communis prior est, phantasia volox
Hunc sequitur, ratioque istam tandemq; recumbit
Præteritum referens memor excellentia tempus.
Externi quinque externis in partibus hærent:
Visus, & auditus, quaque omnes sentit odores,
Atque epulas quæ forma regit: iacet vltimus ingens
Qui blandis gaudet tactus, refugitque dolores.
Hic communis adest sensus (commune per omnes
Nam desiderium) reliquis hic partibus vnus
Se fundit, partimque famem, partimque dolentem
Deplorat tactum: partim delabitur infra,
Et sequitur coitus, gratumque libidine membrum.
Iratas etiam succenso in pectore flammas:
Promouet: hic mæsto paulatim sanguine totum
Conturbat pectus: rapido hic quatit atria pulsu,
Autoremq; mouet, sedemque cupidinis hepar.

Istarum actiones & instrumenta.

Hæ sunt tres animæ vires, hæc intima vitæ
Principia: hæc totum vertunt moderamen, & omne
Corporis instaurant robur: quæ prima benignos
Forma creat succos, alimentaque partibus addit
Vitalis lenes auras, placidumque calorem
Suggerit, hæc dulcem vitam conseruat, & omnis
Imperij vires, libertatemque tuetur.
Imperat in cunctis animus, summique facultas
Alta loci, videt omne bonum, damnum inspicit omne
Omnia consilio reparans, ornansque decore.
Qualis ad ingentes populos, vrbemque senatus
Stare solet, qui cuncta regit, qui lumine claro

Componit lites, & vulgi temperat iram.
Stat simul excelsus numeroso milite princeps:
Sunt enses, clypei, arma, duces, quibus inclyta constat
Vis populi, gaudetque hostili vrbs libera telo.
Denique sunt alimenta, cibi, potusq́; liquentes,
Diuersaque modis epulæ: stat nobilis vrbe
Qui cuncta in pretio librat, qui commoda cernit,
Dispensatque omnes æquali pondere mensas.
Talis in humanis seruatur partibus ordo.
His verò externis animæ virtutibus, vna
Natiui auxilio Zephyri, grataque resurgit
Temperie, viuitque istis, moriturque calore.
Terribili, aut diro peruersi frigore succi.
Sic ea quæ vitæ fons est, animataque virtus
Magno iucundi moderamine luminis omnes
Sustentat partes, solitoque in munere seruat.
Ille autem tenui surgens de sanguine dextram
Cordis adit portam, valido qua coctus ab igne
Æthercam adquirit formam, lucemque perennem:
Iamque magis celer, & purus se fundit in arctos
Difficilesq́; aditus, & læuo clauditur antro
Regnantis membri, quo mollis gratior aura
Concurrit flatus, magnos hic temperat æstus,
Et nouus in calida generatur spiritus aula.
Tunc varij placido fiunt de gurgite riui,
Qui primùm ingressi arterias, durosq́; meatus
Veloci excurrunt motu, corpusq́; per omne
Vitalem referunt animam, gratumque calorem.
Pars superas abit in sedes, ternosq́; cerebri
Ingreditur ventres, vbi sumpto ex maribus euro,

 Conse-

Iam rubeum accingit chylum, factumque cruorem.
Vtraque pars tenues producit in hepate ramos,
Qui tandem penna in medio iunguntur, & oris
Ora aptant (pars vna, vni; chylusque cruori
Respondet) tribuuntque suis grata oscula venis.
Vt caua inaequalis, sic pars connexa per aquam
Planitiem protensa iacet, ni mobile punctis
Laederet, & superis aptam se fingeret armis.
Per totum est similis concreto affecta liquore
Multa caro, quam flamma vrit, quam torridus ignis
Exsiccat, nostris affusio dicta latinis,
Concretusque liquor: dixere parenchima graeci:
Haec fundamentum est prima virtutis, & omnis
Sanguinei humoris (non aquum vena ruborem
Ferre potest) sic primo albens substantia ventre est,
Sic latis cor spiritibus, sic vbera lacti
Dant formam, generantque hilares sua semina testes:
Sic tandem praestant alia certa organa partes
Pro naturali altrice, innatoque calore.
Ast quae nobilior reliquis, supremaque virtus
Purpureo sedet in solio, quo munere cunctis
Praeparat, & geminos spumante in sanguine succos.
Principis ingrates veniunt stomachique, vijsque
Intestina suis: veniunt gemino ordine renes,
Vesiccaeque locis gemina, obscuraq; paludes.
Dant ventres epulas, alimentaque plurima: mordax
Vna capit lotium, quod longo tramite renes
Conficiunt: missam recipit cutis altera bilem,
Faecalesque lien succos: stat corpore princeps
In medio, lenique fouet membra omnia fumo

Non

Cor organũ vitale.

Non minus alta suam tenuere palatia sedem,
Qua primis locus arterijs, vbi regia virtus,
Vitalesque auræ: quo primi luminis aer,
Ac inflammato iucundum robore nectar.
Est magnum in medio thoracis corpore membrum
Reddens protensa pinnalem cuspide formam:
Aptior admotum globus est, atque aptior vndas
Vt capiat: qua longa manet mucrone figura
Ad tractum est leuior: qua pars iacet vltima læuum
In pectus magis incumbit, septique volatus
Effugit, ardentem cursus ni rumperet actum.
Illi onus, atque caro dura est, densataque moles
Corporis, vt rapidos furibundi luminis ictus,
Ingentemq́ viæ posset sufferre laborem.
Dant firmum fibræ robur, rectaque cruorem,
Vitalesque haustant spiranti ex pectore ventos:
Obliquæ tractum retinent, fumosque repellunt
Transuersa, & tenuem duplicata in vascula succum:
Omnes vnanimes corpus iunguntur in vnum:
Insunt arteria læua, dextrisq́ue rotundæ
Procurrunt venæ: vario pro munere cunctis
Nomen inest: omni leuibus leuia ostia portis
Defendunt aditus: intro quæ clausa, forisq́
Expansa ingressus capiunt, contraque locata
Materias fundunt extra, cumque altera portam
Pars aperit, moto pars altera clauditur orbe.
Hinc caput arteriæ demes, geminataque semper
Ostia, quæ tenuis sumpserunt munera venæ,
Et clauso nunquam tenuerunt limine portas.
Vlterius vena vna subit, simul vnica serpit

Arteria, ambæ dant cordi vitamque, cibumque,
Et toto sensim incedunt, cinguntque corona:
Vnde coronalis solitum tenet vtraque nomen.
Est & adeps qua corde regi, qua fervidus ignis
Temperiem assumit, qua toto lenior orbe
Fit motus, perditque arentem mobile formam.
Sunt intro ventres gemini, pars læua minorem
Suscipit, hic leuibus tenues pulmonibus auras
Prolectat, vitaque accensum continet ignem.
Et quamuis minor iste sinus, substantia multo est
Crassior, vnde suo manet æquus pondere fratri,
Et validos ignis reprimit, ventique furores.
Maior dextra patet cauitas, quæ sanguinis vndas
Allicit, & prima fert grata exordia vitæ.
In medio leuis est paries, cui peruius omnis
Est aditus, quo sanguis eat, nullaque redire
Parte queat, geminos hæc diuidit area ventres.
Ad latus auriculæ substant, inimicaque pellunt
Vulnera, quæ passim occurrunt: harum vna sinistris
Arteriæ incumbit geminæ: dextro altera tractu
Protegit insignem venam: vasa vtraque seruant
A trepido cordis motu, quod frigore perflant
Dum tenues reddunt ventosis follibus auras:
Hinc omnes ambit partes tenuissima vestis
Cui leuis accurrit neruus, multo altera maior
Continet hanc tenues seruans perycardius vndas.
Ast humor facilem motum, cordisque laborem
Efficit, atque vstos motoris temperat ignes.
Sunt regis famuli septum, rapidisq; calescens
Pulmo locis, costaque omnes, & mobile pectus.

Ad *Seruitio*

Seruitio veniunt etiam grata aeris aura
Externi, calidoque hilaris cum sanguine fumus,
Et fauces, & guttur hians, atq; aspera longo
Vena arcu, sparsaque pares per membra sorores.
Instar flabelli pulmo cor frigerat, imoq;
Algentem parat athra sinu: totam iste per aulam
Euolat, & membri feruentes corrigit aestus.
Huic patet os, asperque locus, lenesq; sequuntur
Arteria: pariter reliqua sua munera mittunt
Progenies, gratosque tenens de rege calores.
Qua caua nutricem formam, pulchrumque liquorem
Vena trahit: regem arma tegũt, motuq; reluctant
Costa omnes, pectusq; cauum: simul omnia septum
Diuidit, & summam tetris de flatibus arcem.
His constat virtus causis, has regia partes
Aluus habet, vita vnde omnis, pulsusq; recurrit
Omnis, & in primo splendescit spiritus orbe.
Qualis in athereo collucet regia tractu
Supremi solis: radios hac fundit in omnem
Terrarum accessum: cunctos hi lumine vultus
Exhilarant, placidoq; ferunt vitam omnibus igne.
Ast licet hac tantis consistat partibus aula,
Pracipua tamen, & gemini prima organa motus
Sunt bini medio se iuncti pariete ventres,
Vel potius geminum tribuens substantia ventrem,
Quorum sanguineos flatus, rubrumque liquorem
Dexter habet, celeres aurati flamminis auras
Laeuus, & innato mersam sub flumine vitam.

Sunt alia regis vires, sunt hepatis alti

Diuitia

Diuitiæ innumeræ, diuersique organa succi.
Hæc tamen in quarto (fuit hic repletio nutrix)
Dicta patent: in primo auræ, cordisque labores
Immensi: partim longum diuisa per æquor
Munera, regales ostendunt partis honores.
Hæc modò sufficient: animi quæ terna facultas
Propositi tantùm vna mei: magis omnibus vna
Huc venit, ad quintum sola est hæc commoda librum.
Hic certa est animi sedes: hic ille serenum
Præbet opus, mutatque vias: iste imperat ipsi
Regi etiam, iecorique alto, membrisque senatus.
Hoc igitur varijs se tollit plurima formis
Passio, in ardentem quamuis concurrere motum
Cuncta queant, pugnentque modis, & corpora turbent.

Quinque tenet cælum portas, quarum vna per omne Organa cerebro minrstrātia. Nerui.
Fusa patet spatium; qua duris partibus ambos
Forma regit motus, sensumque in mollibus optat.
Hæc molem, rerumque ictus, & vulnera sentit
Ardentes etiam flammas, atque horrida noscit
Frigora: sic molle, & durum, sic aspera iudex
Indicat, & læui contra quæ lenia vultu:
Nec non discernit formas agilesque, grauesque,
Et rarum à denso remouet: leuis omnia tactus
Inspicit, & sedem neruis, actumque reponit.

Altera diuersum gemina de parte foramen Aures.
Porta aperit, queis fama locis, vbi ponitur altæ
Omnis amicitiæ ratio, socijq; voluptas.
Hoc sapiens animus, fluit hoc fonte æmula multis

Effluit, obliquè superos se tollit in orbes,
Totaque limosis lenitur sordibus aula.
Sic molles currunt Zephyri: non mersa repente
Aura aurem lædit: non claro bestia tractu
Parua ruens sensus omnes, atque organa turbat.
Vt verò breuè transit iter, placidisque recurrit
Aura locis, via nulla manet, prior ille meatus
Desinit, & stricto rarum fit limite septum.
Hinc iterum ductus alij, similesque sequuntur
Aure sinus (peluim dicunt) quibus abdita semper
Aura iacet, semperque leui tranquilla susurro.
Hic stapes, tunc est incus: hic malleus ossis
Principio exurgit: prima ligat omnia vesti
Chorda leuis, tenuesque assistunt vndiq; musculi.
Vna patet supero, nexu patet altera recto
Ianua, concinnæ pariter: stat ductus in imos
Oris longuinqui tractus, imumque palatum.
Inde noui apparent aditus, atque ordine terna
Se pandit cauitas (dicunt omnes labirynthum)
Multis arcta locis, tenebrosique abdita gyris.
Postremo fouea in cursu, cæcumque foramen
Cernitur, & quinto magnus de flumine neruus.
Sic auris tota incedit, tandemque menyngi
Obuia se cingit mira, seque implicat arte;
Et paruo internos occludit limite fines.
At cunctas inter, tenuis membrana, figuras,
Ossaq; trina simul, medioque inserta meatu
Chorda leuis, sunt aerei prima organa sensus.

Terno bina loco varios spiramina odores,

Fumantesque vorant auras, huc pulsa recurrunt
A superis excreta locis: huc defluit omne
Humiditas replens cerebrum, subeuntq; vicissim
Veloces euri in pectus, summumque senatum.
Hic sunt versuti mores: hîc omnis inhæret
Calliditas, primaque habiles in cuspide vires.
Hic decus ad faciem, tegit hic duo lumina murus,
Atque ambas æquo scindit discrimine malas.
Iste igitur primo angusti mucronis ab ortu
Ingreditur (duplex geminos tenet angulus axes,
Et pars frontis inest) postremos ardua fines
Ora ferunt, recto stat longus tramite nasus.
Exterius stat pellis inops, nudataque pingui
Parte caro, nares geminæ, sunt quattuor imis
In pinnis musculi, stringunt duo, concaua pandunt
Antra duo: turpes cutis altera protegit vndas.
Intro dat collum venas, nexusq; charotis
Arterias, & turma agiles fert tertia neruos.
Os ternum sublimis habet pars ossea, quæq;
Infernis est mota locis membranula formas
Quinque tenet: terna ossa tribus, tresque ossibus hærent.
Verùm post longos aditus caua naris in altum
Contendit, rarisq; petit spiracula cribri,
Processusq; duos cerebri, quibus organa nasi
Ponimus, & tenues sensum qui noscit odores:
Quamuis diuerso concurrant cætera dono.

Infra ingens epulis aditus, rapidisq; patescit
Flatibus; has auras recipit vena aspera, at illas
Esophagus rapit, & primam deducit in aluum.
Hunc aperit, clauditque duplex maxilla, supernis

Vna immota locis, atque altera mobilis infra:
Hic incindentes hærent, dentesq; canini,
Atque molare genus: numerum geminant simul omnes
Octauum, totidemq; alia sub parte recumbunt,
Et toto miram componunt ore coronam.
Vtraque pars viua est, cerebri nam mollior ambas
Neruus adit, præstatq; graues sentire dolores:
Dentis acuta foris pars est, & simplicis ortum
Radicis, terna, & gemina caro protegit: æquos
Gingiuæ decorant arcus, & robore firmant:
His vacuum constat spatium, & supereminet alto
Syderibus cœlum vacuis, quo tramite putres
Nare fluunt succi: medio tunc pendula in antro
Vua rubet: fauces infra, molesq; sequuntur
Tonsillæ, lenique rigant prima ostia riuo.
Hæc inter media est quæ cunctos sola sapores
Dicere lingua potest, epulisq; imponere nomen:
Diuerso reliqua concurrunt munere partes.
Ornatum partim vultu, partimque ferocem
Pugnam inferre valent, & duras frangere carnes:
Altera pars chylum tractat, terit vna, molitque,
Et format pars magna sonos, maiorque loquellas.
Illa autem ex varijs conflatur partibus: omnes
Sunt motus, musculiq; decem: bini ante, retroq;
Sunt totidem, sursumque duo, geminiq; deorsum:
Dextras alter habet, læuas tenet alter habenas.
Stat frænum, corpusque ligans, ni raptu superbo
Imperio iusti transcendat limina cursus.
Sunt bina à iugulo venæ, nexusq; charotis
Arteriæ: sunt facta tribus discrimina neruis

Ad gustum, motusque vias: est mollior omni
Carne caro, quam blanda leuem membrana per arcum
Protegit, & paruo discernit linea tractu:
Istaque præcipua est, quæ cunctos forma sapores
Sentit, & vndosi pars iucundissima sensus.

Oculi

Has vltra portas quinta est, atque vltima, verùm
Sanguine nobilior supremo, & dotibus ingens:
Huic prior in cunctis locus est, huic primus honoris
Est gradus, huic adimi læti, vitaque beantis
Deliciæ, & primi debetur gloria regni.
Hæc est corporibusque decor, cælique regentis
Ornatus: rutilis imitatur sydera formis,
Et phæbi claros radijs splendentibus ignes.
Non alios artus, alios non amplius orbes
Diligimus: cunctas superat clara orbita sedes.
Hic motus alios, hic omnis munera sensus
Aspicit, & totum supera de sede tuetur:
Hic alimenta prius cernit, quo tempore gustus
Ora adeant: quales auræ, quæ lenis odorum
Sit species: qua parte soni, quò murmura currant,
Et quæ palpando consistant corpore vires.
Hic alijs (instante videt) velocior, hic est
Certior: hic iudex animæ, longiq; figura
Corporis; istius robur demonstrat, & alti
Certos affectus regis, motusque futuros.
Exoptant oculi, vident, mirantur, & iram,
Mæroremque gerunt: vendictas ira minantes
Indicat , & lentos inuoluit risus amores.
Flagrantes ideo apparent, toruique trucesque,

Atque

Atque graues: mæsti pariter, lætoque decore
Sunt mites, sunt obliqui, versisque tuentes
Neruiculis: partim modici, partimque sereni,
Quique vident imas demisso lumine terras.
Exigua veluti radiantis imagine vitri
Vera cernuntur facies, viuiq; colores,
Et rerum motus: illic dolor omnis, & omnes
Apparent gemitus: ibi cæci vultus amoris
Pingitur, & risus hilares, iraque furentes,
Et decus, & fædæ maculæ, turpesque figuræ.
Sic habitant oculis animæ, sic phœbus in vndis.
Illa autem superam capiunt duo sidera sedem,
Atque duos sub fronte locos: inde omnia membra,
Inde imas possunt alto de vertice terras
Cernere, & aduersi fugere ardua vulnera teli,
Incertum venère globum, quò visile posset
Omni intrare via: celebri quò lumina cursu
Diuersas possint formas, ictusq; videre.
Sunt antris depressi oculi, fundisq; reclusi
Vallibus, vt tuti fugerent: ni læderet imas
Quæ passim occurrit peruersi iniuria cæli.
Soli homini varius color est, animantibus vna
Forma alijs: nigros oculos bos suscipit, albos
Semper ouis, rufos fert cætera turba colores.
Septem sunt numero tunicæ, quæ cernere partim
Sideribus, partim ornatum, famamq; tulerunt.
Interna de sede prior, menyngeq; dura
Stat scliros: alia surgit de matre secundus
Circulus: hinc reti similis retina per orbem
Pellis adest, quam mira vnam dedit opticus arte.

Aduersa de parte foras, huic altera reti
Respondet vestis, proprium cui prouida nomen
A leuibus posuit quas fecit aranea telis.
Post hanc in partem rectò se tollit eandem
Vuea, quæ tunica retrò est coniuncta secundæ,
Diuersasq́ capit fulgenti in lumine formas,
Et media tenuem conseruat fronte pupillam.
Tunc sequitur duram & scliron, tunicamque priorem
Cornea lucenti à cornu, tandemque cohæret
Adnata, ex cranei quæ nata ex vestibus altis
Cunctam oculi accingit molem, iunctasq́ sorores.
Verùm sub medio se præbet lucida portu
Cornea, & æqualem tribuit coniuncta fenestram.
Omnis in amplexus sociæ venit, omnis ocellos
Ambit, & ingenito concurrit munere vestis.
Non minor est musclis numerus: simul vtraque septem
Lux habet, & totidem consurgunt vndique motus:
Vnus enim sursum conuertit lumina, vt altas
Inspectare auras possint, cælumq́ tueri.
Alter ad horrentes oculum deturbat auernos,
Datque videre solum: dextras incumbit in oras
Tertius, & quartus læuo micat angulus axe.
Quintus in obliquum mouet alto, istique deorsum
Respondet similis: medio iacet vltimus, omne
Membri pondus habens, intentoque lumina seruans.
Tres etiam sunt humores: est vndula primus
In durum conuersa globum, vitroque secundus
Stat similis: centro tandem cristallinus humor
Insidet, vnus honos oculis, & pulchrior vnda.
Hic venæ, hic sunt arteriæ, mollisque figuræ

Glandula, & algentes reparans pinguedo meatus.
Mobilis externo se præbet palpebra nexu
Villosis horrens telis, inimicaq; vertens
Arma foras, oculum gemino quæ protegit arcu.
Inferior non mota iacet, tamen alite totum
Claudit opus, quæ sola manet: terrestria summæ
Vestis habent motus, soloque hoc munere gaudent
Plurima: non cunctis duplex cutis imminet ordo.
Supra crinales muri, vultusq; superbi
Effigies: vnus contra nasum angulus hæret
Qui maior, tenuis pertingit tempora chantus.
Omnia conseruant oculos, simul omnia visum
Perficiunt, sed primo operis se iactat honore
Quæ medio nitet, & nullos trahit vnda colores.
Extra quæ veniunt, quæ primo limine visus
Sunt portæ seruant aditus, aduersaque pellunt
Vulnera, fumantes iras, ventosq; ruentes
Inde arcent, nocuasque atro cum puluere terras.
Ornatum silia alta ferunt, crebroque cadentia
In nictu trudunt noxas, & lumina vallant.
Quæ super assistunt maiores corporis ictus
Excipiunt: duplex imo iacet angulus arcu
Ad decus, & formam, tristesq; in lumine flectus.
Quæ patet interna in facie, quæ candida vestis
Spissatis oculum defendit ab ossibus, ipsumq;
Annectit summo capiti: quæ tendinis hæret
In morem totum firmat: quæ splendida, duro
Obsistit cornu, & densata mole tuetur
Christallum, positasq; interna parte sorores,
Atque leues claro permittit corpore formas.

Hanc alit, & retem quæ dicitur vuea, toti
Hæc decus vna oculo, viuisque coloribus ardens:
Hæc rerum species, hæc motus dirigit omnes
In pupula: premit hæc ignes, frangitque nitentis
Occursum radij: Siliaris vitrea seruat
Munera, christallum circundat aranea, cunctas
Retis habet formas, & claræ lucis honorem.
Dant illos musculi motus, neruiq; secundæ
Classis agunt, viresq; ferunt, & lumina pulsu
Vno bina mouent: mollis volat opticus intra
Insignem medio producens tramite furcam:
Sic æquat pupulas: sic nullum visile duplex
Apparet recto neruus non labitur axe,
Nec per longinquum flectit lassa ilia cursum.
Ille autem superum species deducit in ortum,
Indeq; fulgentes trahit ingens spiritus auras.
Ex vadis splendens vitrum retro astat, & altum
Conseruat lumen: rubro hoc à sanguine claras
Reddit aquas, ponitque alta noua munera mensa.
Externa pugnant aquei de parte liquores,
Arentesq; rigant tunicas, siccosque meatus,
Et plenam seruant protensis vestibus aluum:
Illic visibiles auræ, flatusque micantes
Obsistunt: illic radians infringitur ardor
Aeris externi, & passim venientia molle
Per medium simulacra volant: est glandula chanto
Fixa imo claudens lachrymis, succosq; fluentes
Lenis adeps rigidas auras, inimicaq; pellit
Frigora, & inmotu feruentes temperat æstus.

Sunt venæ, sunt arteriæ, nitet vndiq; multis
Spiritus ille modis: verùm glacialibus vndis
Primum occurrit opus, princepsq; in lumine membrum.

Sunt istæ cæli portæ, hæc sunt mœnia, at vltra
Miro tecta modo, pulchrisque sedilia formis,
Claroque igne micant. primùm frons imminet orbis
Introitu: lateri substant duo tempora paruo
Curua sinu: sequitur montem diffusa per omnem
Villorum numerosa seges: tunc horrida pellis
Succedit, tunc dura caro: leuis ordine duplo
Vestis inest, ossis rimas quæ sparsa per omnes
Internam fugit in faciem, tangitq; menynges.
Inferius binæ tabulæ, senisq; cohærent
Ossa locis mira galeam pingentibus arte,
Et duo per duplicem quæ sunt communia malam.
Omnia suturæ nectunt, quæ pectinis hærent,
Vel rigidæ in morem serræ: prior vna corona
Transit iter, ducensq; duos ad tempora passus
Insignem totis effingit cursibus arcum:
Altera de geminis caluæ se partibus imæ
In summum extollit cælum, quo sistit, & ambas
Supremus rimas medio capit angulus osse:
Tertia per longum maiori tramite campum
Procurrens, vna ferientem parte sagittam
Respicit, ex alia frontem: squammosa propago
Scindit vtrunq; latus, porrectasq; aspicit aures:
Communes, vultus inter, montemque supernum
Commissuræ astant, latisq; in finibus errant.
Has *infra subsunt matres, quarum vna per altum*

Se fundit cranium: quales hoc continet alueos,
Quotque sinus, tot vestis habet: sed partibus imis
Fit duplex: longa sic totum falce cerebrum
Separat, & dextros laua de parte dolores:
Sic alios facit ipsa lacus, queis vndula semper
Rubra fluit, varijsq́; adsunt vasa omnia ramis.
Hanc vltra pia mater adest, tenuissima vestis
Toti se fingit cranio, ventresq́; medullæ
Mollis adit: summi pars est hæc infima tecti.
Tunc vacuis globus in spatijs, diuinaq́; sedes
Stat cerebrum, sedes animæ, summique senatus
Supremum solium, quo docta palladis artes,
Et mentis sublime decus: quo nobile regnum,
Maiestasq́; ingens, & magni iudicis aræ.
Primum igitur candens toto substantia membro
Apparet depressa locis, atq́; vndique gyris
Peruia: sed postquam medium, partisq́; profundum
Tangit iter; non illa patens, non concoua rimas
Non cæcos trahit anfractus, non humida tantum,
Non sic blanda fluit (callosum nomine corpus
Ausonij dixere) manet pars altera retro:
Hæc minor (à nostris cerebelium dicitur) albos
Tosta refert cineres: hæc omni durior, omni
Siccior est cerebro: memori sic conuenit arti.
Rursus calloso bini sunt corpore ventres
Maiores, primiq́; situ: mediam vtraque lunam
Pars similat: vena supra, plexusq́; feruntur
Choroides: fulgens inter duo lumina septum
Prominet: vlterius cameratum corpus, & alta
Stat fornax, semperq́; tribus suffulta columnis.

Hic

Hic se iam ternus pandit sinus, & caua centrum
Dat moles iter in longum, partemq; profundam.
Ex hoc ad fundi corpus, glandemque fluentem
Est aditus: quartam ductus fugit alter in aluum,
Quò clunes, testesq; iacent, quò glandula venis
Pulchra suis: post hac sequitur sinus vltimus omni
Qui minor est, qui prima amplos in parte canales
Efficit, & strictum sensim se fingit in orbem.
Tandem spina fluit mollis, riuiq; sequuntur
Innumeri: tamen interni sola organa sensus
Sunt qua perpetuis fulgescunt ignibus aula:
Catera membra iuuant actus, ponuntq; decorem.
Ornatum faciunt crines, purgantq; regentis
Excrementa loci: qua tunc durissima pellis,
Qua tunc dura caro sequitur, constansque, futuros
Defendunt aditus: qua prima, & carnea vestis
Vlterius reparat vires: hac nobile ferrum
Protegit, & duram suspendit in athere matrem;
Sex astant clypei, totidem defenditur armis
In cranio cerebrum: per rimas sanguis, & atri
Prorumpunt fumi, gemina, qua dura, menyngis
Stat medio duras inter, mollesq; figuras:
At tenuis claram sciugit ab ossibus aulam.
In cerebro firmant gyri, nutriendaq; tangunt
Corpora: spirantes reddunt tubercula ventres,
Et liquidis purgant vndis: hos nobile septum
Diuidit, & claro tenues dat lumine formas.
Choroides auram plexus, succosq; fluentes
Perficiunt: humeris constans ea pondera fornix
Sustinet, in mediam moles ni concidat aluum.

Exte-

Excrementa capit pelius, quæ molior imo
Glans bibit: ex alio procedens glandula ductu
Et glandes geminæ, subiectique ordine testes
Spiritibus faciunt aditum, redduntq; patentes
Arte vias: infra cerebellum nascitur omne
Sustentans membri pondus, cui regia tandem
Spina hæret septem diffundens vndique riuos
Neruorum, in superam referant vt nuntia mentem,
Accensasq; trahant supremo à vertice flammas.
At soli ventres veri sunt organa sensus.

Quattuor organa internorum sensuum.

In dextro primæ se præbet limine portæ
Sensus communis, sequiturq; in viscere læuo
Diuersum phantasma gerens phantasia velox:
Ponitur im medio iudex, tandemque recumbit
Postremo in stomacho postremus in ordine sensus,
Qui cunctos rerum casus, formasque reuoluit,
Et numerat uarias clapsi temporis horas.

Omnium sensuum actiones. Exrernæ. Visus.

Ergo quas capitis dixi portasq;, domosque
Multiplici subiecta intrant sub imagine, tandemque
Omnia tranquillo in portu, cerebroque quiescunt.
Lux radians, geminusque color, medijque colores
Lucentem replent numerosis aera formis:
Hæ volitant, binosq; oculos, totidemque pupillas
Instanti rumpunt, & recto tramite centrum,
Cristallique vias adeunt, vbi visio tota
Completur, curruntque accensi luminis auræ,
Actu autem primæ similis consurgit imago,
Quæ volat, & summam cerebri contendit in arcem.

At sonitus, actaque imò de pectore voces — Auditus.
Aera imaginibus replent: istæ aere moto
Diuersam in partem cæli, tractumq́; feruntur:
Non clarum medium, clari non ætheris optant
Lumina, confertim molles funduntur in auras.
Ambo igitur pariter volitant, cæcosq́; per arcus
Auris eunt: aer vestem petit, & mouet: euri
Leni ictu membrana volat, qua malleus alto
Pellitur: hoc incus refugit: mox stapitis autor
Mutatur: tangunt chordam simul omnia, & æquam
Producunt speciem, geminis quæ lapsa fenestris
Euolat, & primi petit alta palatia sensus.

Non multùm aduersus fugientes nasus odores — Oderatus
Percipit, & similis mutatur imagine formæ:
Nam leuis obiecto primùm se tollere fumus
Incipit: hic auras turbat, tandemq́; per imos
Anfractus narum molli se se inserit antro
Quo cerebri pars ima iacet: tunc fumus, odorq́;
Inficiunt sensum specie: tunc sentit odores
Sensus, & hoc aliud spectrum confingit ab actu,
Quod fugit, & rapidis attingit sydera pennis.

At sapor humenti in succo permixtus ad omnes — Gustus.
Se linguæ fundit partes, vbi mollior extat
Neruorum numerus, variiq́; occasio gustus.
Hic propriam ostendit speciem: istam concita virtus
Accipit, & varios distinguit sola sapores.
Ex actu species similis spectrumq́; resultat
In superas gradiens aulas, mentisque sedile.

Cc — *Tingibi-*

Tactus. *Tangibilis tandem species(seu mitior albam*
Demulcet carnem, seu durior aggrauat)imos
Per medium alternat neruos, speciemq; nocentis
Imprimit: hanc ille agnosci, similemq; reducit,
Quæ volat, & cerebri caput inter nubila condit.

Internæ actiones. *Postquam ergo externi cepere hæc omnia sensus*
Diuersis simulacra modis speciesq; secundas
Internis misère locis, cerebroq; priori:
Excipit has sensus cōmunis, & omnia noscit
Quæ sensus quicunq; foris cognouit: at ista
Dum fuit obiectum præsens: hic nobile fingit
Spectrum aliud, mittitq; extra, recipitq; secundus
Sensus, & absentem videt alto in lumine formam
(Dicitur hic fixtrix, veluti & phantasia fingens)
Dum tamen obiectum patet, & sensatio durat
Exterior, quam sensus habet communis imago
Corporea mentis sedem petit, istaq; visa
Ex forma aspectu rerum, membriq; latentis,
Atq; incorporeæ molis certum elicit actum
Maiorem speciemq; aliam producit, & istam
In memorem immittit sensum: missam arida seruat
Temperies: vt subiectis fugientibus, horum
Veram iterum referat speciem spectrumq; reducat.

Hæc est corporeæ molis, cerebriq; potestas;
Hæ vires, hæc subiecta, hæc sunt organa, sunt isti
A sensu, sensus; distinctiq; actibus, actus.
Nunc generosa aquila, & totius fulgor olympi,
Effigiesq; expressa dei: tu magnus amoris

Magni amor, & Christi frater: tu Virginis altæ
Filius, & custos: qui mollem ad pectora vultum
Diuina inflectens, flammas, lucemq; bibisti,
Et rerum infusam mentem: cui pulchra videre
Astra dedit Psalmos hilaris: qui lumina cæli,
Qui rutilos penetrare polos, sedesq; beatas,
Et tandem ad summum potuisti accedere verbum:
Huc ades, atq; agilem sensum, pennasq; volanti
Impone, & cæli in superos iter effice portus.

Imprimis regni primo se limine præbet
Intellectus agens, qui cæca potentia nullos Animæ rationalis potentiæ. Intellectus agẽs.
Agnoscit rerum fines: ast lumine fulget
Intenso, crassiq; iuuat dura organa sensus,
Qui videt obiectum præsens, & spectra ministra:
Postquam igitur phantasma leuat iunguntur, & ambo,
Partitæ fiunt causæ: sed viribus ille
Maior & ingenito terrenum excedit honore.
Sic facti vnanimes sensus pro munere reddunt
Diuinam speciem, supremiq; ordinis actum,
Quo res ima fugit, quo terrea corpora turpes
Amittunt formas, molemq; in sensibus abdunt.
Qualis cum rerum, naturæq; vltimus auctor,
Solq; ingens, & grandis homo sub viscere magno
Primæuum generant fœtum, iuncti simul omnes
Concurrunt: tam en ille alti regnator olympi
Hanc duplicem intendit causam, totumq; gubernat.
Spectrum autem volat, & summam conscendit in arcem
Quo solio mens alta iacet, supremaq; virtus
Terrarum, cælique, & Zonæ horrentis auerni:

Intelleā possibilis
Possibilem dicunt omnes Latij intellectum,
Quem nullus labor offendit, quem nulla fatigat
Causa grauans; vnus semper, præsensq́ celerq́
Accurrit: nisi morboso phantasmata casu
Deficiant, altoue cadant obscura sopore.
Ille ergo speciem capiens cognoscit, & inde
Vltima consurgit, mentemq́ informat imago.
Memoria intelleāiua.
Postea diuinis istam memor actio rebus
Excipit, atq́ iterum menti supponit, & vno
Tramite diuersi cursus, fiuntq́ recursus.
Hic sunt discursus, hic & connexio in vnum
Multa ligat, rumpensq́ eadem diuisio contra
In partes scindit: sunt hoc sublimia cælo
Iudicia, & verum fingunt, falsumq́ reponunt.
Hic iam communes proprijs sine finibus errant
Naturæ, variasq́ tenent sedesque, gradusque.
Iam sine concretis substant abstracta, iterumq́
Infima supremis hærent, imumq́ per omnes
It classes genus in Priamum, fortemq́ Mineruam.
Molem etiam substracta fouent: sic frigora terris
Concrescunt; calor in flammis, humorq́ per vndas
Cernitur, & totum variat sub imagine corpus.
Hinc longi remanent habitus; hinc sensus, & artes,
Hinc intellectus, multisq́ scientia formis,
Et quæ longinquos cernit prudentia fines.
Illi iterum mentem exercent, proprijsq́ resultant
Actibus, atq́ nouis molem, viresq́ capessunt.
Tunc ingens fit pugna, habitum pellere tentant
Aduersi: sed qui residet sub vertice sensus
Deficiente actu languet, fixaque calore

Soluuntur

Soluuntur species, & fusco lumine marent.

Illa sunt mentis vires, cœlique potestas:
Dum tamen immersa pelago, fœdaque palude
Corporis incedunt animæ, loca plurima sensus,
Et mentem effugiunt: non omnes cernere formas
Ima valet: suprema fugit substantia corpus,
Primaq; materies rerum, cœlique micantis
Spiritus, & cunctos renuens priuatio casus.
At postquam duris vitæ se soluere vinclis
Incipit, & nitidos axes, cœtumque deorum
Ingreditur, deus innumeris pro munere primo
Ornat imaginibus, terra quibus altior omni
Illa volat: sed non omnes valet vsque videre
Certas spirituum formas, nec singula formis
Munera, nec certo distinctas ordine classes.
Vlterius rapitur maioreq; lumine fulget
Angelicis mens alta choris, cui sydera cœli
Cuncta patent, quæ cuncta videt, cui nulla creatæ
Rei species fugit, aut magni mutatio casus:
Hæc causam, effectumq; simul cognoscit, & vna
Præmissas, finemq; videt, nisi libera virtus
Inuertat mentem, frænoq; coerceat, aut cum
Credibiles fuerit pro contingentibus ille
Discursus, seu præteritis, rebusue futuris.
Hæc naturali in sensu: nam lumine summo
Nostræ lucentes animæ, numerosaq; turba
Regni hilaris magno cunctaurum ex æquore rerum
Cuncta videt, quibus illa satis mens plena quiescit,
Æternosq; bibit diuino in pectore somnos.

Vlarij intellectionum ordines.

Vtq; locis variant, & grata sede beati,
Sic animis, & mente simul: non æqua per omnes
Gloria; inæquali replentur munere diui,
Quo gaudent: nulla inuidiæ, motusue superbi,
Non litis ratio vlla manet.
Est in supremo totius culmine regni
Aula ingens, cui formæ omnes, cui cætera cedunt
Corpora, & omne decus cæli, terræque, marisque:
Assurgit medio sedes sublimior arcu
Clara auro, gemmisq; nitens: claro orbe smaragdus
Se tollit radians, & viuo lumine terret:
Mirum est artis opus: non illic dextera mollis,
Non hominum labor exiguus: tanti vna decoris
Sola manus ratio, solis domus illa beatis
Cognita: nos solium, nos summam dicimus arcem.
Hic tres diuinæ præsunt, summiq; nitoris
Personæ, pater, & sapiens, & spiritus ingens;
Tres numero; totæ, deus vnus; quælibet, omnis
Est deus; in cunctis eadem substantia, & vnum
Altæ principium mentis, simplexq; voluntas:
Si nomen quæras nullum est quod dicere tantam
Rem possit: nullis vnquam perfectio rebus
Tanta, nec ingenio potuit, sensuue referri:
Est nomen super omne, genus mirabile, nomen
Immensum: volat excellens super omnia virtus:
Est deus æternus, fortis, robustus, & omni
Sufficiens, iustus iudex, mirabilis, æquus,
Omnipotens: omne & verum, vita omnibus vna,
Principium, & finis rerum, vel maximus autor:
Rex regum, dominiq; omnis dominator, & omnium

Sancto-

Sanctorum sanctus, cœliq; altissimus omnis
Spiritus, immenso qui continet omnia ponto.
Hæc ergo nullis sistit clarissima rebus,
Hæc omni præsens mens est, simul omnia cernit
Quæ sint, quæ fuerant, & quæ ventura per omnes
It rerum classes nullo mutabilis æuo.
Huic hæret soliumq; elegans, sedesq; rubenti
Picta arcu: tremula fulget sub luce pyropus
Ingentis pretij, maiestatisq; supremæ:
Hoc sacri vultus, & formosissima Christi
Est species: hoc quinque micant fulgentia cœlo
Vulnera, & in pulchro spinosum vertice sertum:
Illic effuso rorantes sanguine vestes,
Telaq; trunca iacent, duriq; insignia martis,
Quo mortis vires, & nigros ruperat orbes.
Proxima stat clari sedes adamantis, & auro
Læta graui, rutiloque ardescens vndiq; sole
Virgineæ vestis: leuibus luna infima plantis
Subiacet: excelsam sex ornant sydera frontem
Sex retro miram componunt astra coronam.
Has infra classesq; nouem, totidemq; sequuntur
Lucentis specie s animi, formæq; deorum.
Tunc, amor: & Seraphim primò, verusq; secundò
Stat Cherubim: æquæ terno sunt ordine mentes:
Sunt quarto domini, maiestatesq; verendæ:
Tunc sua principibus loca substant: inde potẽtes
Assistunt reges: septeno in lumine virtus
Consequitur, lux octauo: tandem vltima regnum
Absoluit pietas, diuersaque angelus artis.
In quoque variæ cõsistunt ordine mentes:

Est sua cuique domus, sua cuiq; est mansio forma.
Tales in diuis animæ, similiq; sequuntur
Arte loci: varijs distincta gloria sedis
Pro meritis datur, & mentis sublimior actus.
Hoc autem celebres ponuntur in ordine diui,
Siue chorum decimum faciant: seu fusa per omnes
Turba nouem incedat classes, mixtimq; triumphet.
Sunt alto gemini proceres, quorum vnus honore
Magni natalis toto est mirandus in orbe
(Maiorem, magnumq; vocant) amor alter amoris,
Alter in accessa morte admirabilis, ambo
Nominis eiusdem, & claris virtutibus æqui.
Hos cingit radians priscis de vatibus ordo,
Et patrum veneranda cohors, regumq; corona.
His bini accedunt alij, princepsque, feroq;
Magnanimus dux ense potens: fuit illius ingens
Lumen, & in terris ingens, cæloq; potestas,
Clara ducis gesta, & toti miracula mundo.
His fratres, socijq; astant in sedibus, omnes
Bissenum faciunt numerum, iunctiq; cohærent.
Inferius stat parua cohors, positiq; per orbem
Discipuli, quorum prima se iactat in aula
Lazarus, ostendens atra duo vulnera mortis,
Et noua tres alij qui testamenta dederunt.
Hinc maior sequitur numerus: loca magna supersunt
Militibus: Stephanus vexilla rubentia ducit
Saxosam gestans iucunda fronte coronam:
Magnanimum post ductorem præclara iuuentus
Purpurea nitet in chlamide, & lucentibus armis.
Vlterius sunt doctores, atq; agmine primo

Quattuor, ingentis fuerant qui lumina mundi.
Tunc genus innocuum, & læsi sine crimine fatus
Circunstant, hilaresq; ferunt pro vulnere palmas.
Tandem ingens variat populus, vastumq; per æquor
Funduntur multi diuerso munere diui,
Omnes distincti meritis, & sedibus vna.
Sunt primi agricolæ diuini seminis, altis
In gradibus: sequitur desertis accola syluis,
Et patrum deserta manus, qui dæmonis atri
Terrentes spreuere minas, vrbisq; tumultus,
Et latos inter gesserunt prælia campos.
Inde suæ monachis cellæ, sua mansio restat
Cœnobijs: similes & confessoribus aulæ,
Et sua virginibus requies, viduisque: mariti,
Vxoresque bonæ, primoque infantia ab ortu
Regna beatorum claudunt: læto simul omnes
Alta petunt vultu, suspensaque lumina seruat,
Dum lenes haustant diuini fluminis vndas.

Hæc intellectus varij, sensusque potestas,
Diuersique actus, diuersæque ordine sedes.
Has præter similes aliæ sunt corpore vires, Appetentes animæ potêtiæ.
Tres numero, tres namque gradus, animasque sequuntur:
Sunt tres in cupido sensus: prior omnibus hæret
In rebus, quo cuncta suum finemque, bonumque
Exoptant; centrum quærit lapis arduus imum,
Et tenues leuis vnda cadens se fingit in orbes:
nulla tamen sentire malum, finemq; videre.
Est alius, tantumq; animas, sensusq; volantes
Insequitur, refugitq; malum, rectumq; prehendit

Sensile, & insano diuersa exquirit amore.
Tertius in summo totius culmine regni
Ponitur, & quidquid ratio, sensusq; tulerunt
Hic adit, atq; fugit: quid cor, quid pectus amauit
Iste negat, quodque ille negat, capit iste: sed instat
Ille furens, bellumque atrox consurgit, at omnes
Vincere, si malit, potuit regina furores.
Sanguineo veluti in casu quando horrida belli
Arma sonant, rigidusque oritur toto agmine clamor:
Stat sonipes, stat fronte ferox, colloque minante,
Intentisque ardens oculis imo quatit iram
Pectore, & accensis vomit atros naribus ignes:
Iam rabido ferrum ore terit, spumosaque labris
Vnda fluit; iam cuncti artus, & membra tremiscunt,
Erectaque micant aduersis crinibus aures:
Tunc longè ferus hinnit equus, campoque superbos
Stare loco nescit, pedibusque insultat, & alis:
At freno instat agens, & duri cuspide ferri
Rectum ostendit iter, spumasque coercet, & iram
Sic luctant equus, & vir eques: sic alta voluntas,
Sic intellectus, sauique rebellio sensus
Æternum referunt vario discrimine bellum.
Pugnarum semen, tantique exordia damni
Prima dedit falso colubri quæ fœmina vultu
Rapta cibos hausit, sociumque in crimina duxit,
Contra diuinas supremo à principe leges.
Hinc labor humanum pressit genus, inde per omnes
Tot strages, tot damna viros: inde horrida bella,
Atque ira, fletusque omnis; inde abdita multis
Pauperies miseranda malis, moresque nefandi.

Partim

Partim igitur posita rerum dulcedine, totus
Huc sensus rapitur cupiens, partimq; reluctant
Fortia quæ ponit mens argumenta, bonumq;
Non fictum, sed conueniens, quibus ille quiescit
Sæpius, & rapido mitescit corpore sanguis.
Sæpe etiam in falsos ratio delabitur actus,
mulcenturque omnes formoso lumine succi:
Sæpe illudit amor vanus, sæpe obruta ventis
Mens iacet, & cæcus rabit alto in vertice sensus.
Qualis in ambiguo procurrens æquore celox,
Quam Zephyrus fouet impulsu, quam lacteus humor,
Tranquillaq; tenent undæ, cursu illa secundo
Læta fugit, placidumque petit sine crimine portum:
Cum subitò æthereis sonat ingens impetus auris,
Intortiq; micant ignes, tenebrosaque visum
Nubila circunstant: tunc mæsto fulmina cœlo
Descendunt, atriq; horrenda grandiuis imbres:
Tunc omnes parte ex varia facto agmine flatus
Consurgunt: hinc eurus adest; hinc tristis ab austro
Flat ventus: Boreas illinc, atque africus instant,
Et nigro tollunt spumantes æthere fluctus:
Iam ratis in cœlum subit altum, claraque tangit
Sydera: iam pelagi fundum descendit ad imum:
Nunc lateri incumbit dextro: nunc prona sinistris
Flectitur, & liquidi tumidas maris ebibit vndas:
Tandem omnes veniunt furiæ tonitrusque, fretique,
Et dubiam nauim inuadunt; illa obruta prorsus
Mergitur, & ponti lucentes quærit arenas.

Primò autem obiectam sensus rem noscit, & ipsam

 Siue

Appetēdi modus.

Siue malam, seu forte bonam diiudicat: inde
Occurrit vario cupiens de limite virtus
Terribilesq́; fugit, latosq́; amplectitur actus:
Post actum motus alij, variaque sequuntur
Corporis effigies: celeres moderatur habenas
Ipse animus, parq́; ipsa animo generosa voluntas,
Quæ reliquas agitare potest, & sistere vires,
Cuiq́; omnes parent sensus, cui libera solum
Conditio, dum vita manet, sensusq́; superstes.
Qualis imperio Rex est, multiq́; sequuntur
Hunc comites, istosq́; alij, tandemq́; ministri
Infandum vulgus moderantur, & omnibus vna,
Et concors remanet supremo in rege potestas.

Animæcū corpore sucietas: vnde pasſionūprincipium.

Ast quamuis regnent animæ, princepsque voluntas
Imperet, & summa ratio dominetur in arce:
Magna tamen terras inter, cælumque superbum,
Magna inter duros insunt commertia sensus:
Nil possunt animi, sine corpore; nil sine sensu,
Mens sentit: rursus mentis sine viribus altæ,
Nil sensus, nil membra valent: se semper in orbem
Alti conuertunt animi, corpusq́; profundum.

Vt corpora mutent animos.

Hinc stomachi mutant animas, animaq́; vicissim
Ipsum agitant corpus: quales in corpore succi,
Qualis temperies, & quæ per membra figuræ,
Tales sunt habitus cordis, similesq́; per omnes
Conditio exurgit sensus, similisq́; voluptas.
Vmbra suum sequitur corpus, dum lucida viuunt
Sidera: non horrens sociam turbare procella

Non celeres potuere noti: mors aspera vitam,
Mors animam fugat, & fugit atra eclypsibus vmbra.
Cor calidum velocem iram, flammasq; tumentes
Excitat, antiquas gelidum rabiesq;, minasque
Procreat, est ardens audax, frigensq; tremiscit,
Et longo tristes conseruat tempore curas:
Temperiem robur sequitur, sexumq; virilem:
Humectans caput ingenium, membra arida sensus
Dant memores: mediam speciem quod seruat vtrunq;
Munus habet cerebrum, & placlaro iudice pollet.
Fulgescens claros permittit spiritus actus,
Confusos ater generat: fuit omnibus aqua
Sæpe salus, lædit q; omnes pars morbida sensus.
Perturbant mentem flammæ, obtundit q; veternum,
Atq; gelans in fronte vapor: sub testibus ardens
Ira nocet, blandum succendit flatus amorem
Infesta veneris: quo lætus corpore sanguis
Affluit, & rubeos variat cutis alba colores,
Sunt hilares risus, sunt læto dulcia vultu
Munera, sunt faciles animi, moresq; benigni,
Et super exundans augusto pectore ritus.
Flauentes bilis partus, animumq; furentem
Efficit, & longo celeres in corpore motus:
Hanc honor, & leuibus se tollens gloria causis
Oblectant, altiq; suprema ad sidera fumi:
Hanc facile ingenium, & iusto fiducia marte
Consequitur, lucrumq; ingens, & prodiga virtus,
Atq; ardens vigili furibunda insania corde.
Phlegmata candentem molli pinguedine vultum
Efficiunt, tardosq; animos, prolixaq; semper

Somnia: supremos humor contemnit honores,
Et veneris quoscumq; rogos, natique sagittas.
Atra melancholici cutis est: toruiq; colores,
Aspectusque feri: sunt arcta corpore frondes
In gracili, & timido tristes cum pectore vultus:
Semper amor veneris, semper fraus improba mentes
Implicat, immoto semper sententia corde
Fixa manet: praui mores, & auara cupido
Inficiunt animos: sed clauso plurimus ore
Est honor ingenij, & longi memor actio finis.

Permutant hac arte animos alimenta, & eadem
Auræ temperies diuersæ, & sidera cæli
Innumeris distincta locis, flammæq; recessu.
Æquales primo desumit ab vbere mores
Qui puer ille recens: lac æqui sanguinis humor,
Lac cibus infanti est: prauæ nutricis alumnus
Prauus erit; similes haurit cum sanguine fumos
Lætos vina oculos reddunt, quos plurima tristat
Potio: dura faba producunt somnia: lenes
Populus ingenerat somnnos, mellisq; succo
Suauis, & ingenti solanum frigore pollens.
Pingit in extremis apium morientibus ora
Lætanti risu: sacratam ellebruus iram
Imprimit, & diras horrescens brassica pugnas.
Adsunt immanes scythiæ, morisque ferini
Sauromates, Gotthusq; ferox, Batisque feroces
Hispani, infidi Persæ, Garamantaque toruus:
Vultu Picentes hilari, in bella ardua semper
Magnanimi Senones: audaci Gallia marte,

Ingenio

Ingenio Flandri superant, Græci artibus: imæ
Luxuriant Asiæ: Panos fæda excitat atros,
Perfidia, & gelidas faciles tremor occupat Indos.
Estlentis Romæ pietas, est sæua Britannis
Passio, Gallæcis durum genus, inscia corde
Æthiopum sunt regna: omnis sapientia molli
Floret in Ægypto: iucundos quærit odores
Lentus Arabs: florent Itali prata aurea claris
Nobilium historijs, & magno lumine rerum.
Turpia Cretenses fœdant mendacia tractus,
Vana superstitio Hebræos: amor aureus omnes
Prolectat Syrios, Nabatæaq; pectora merces.
Molles Sina parit, fortes Germania, fortes
Lusia terra viros: est Narbonensibus altis
Firma fides, Siculisq; acies: Septentrio durus
Audaces flatus animis, austerq; timores
Imprimit: arenti qui viuunt solis in æstu,
Vel sub frigifera nimbis glacialibus arcto
Sunt saui, aspectuq; fero, vultuq; feroci:
Temperiem excessus mutant, hac corpora gaudent,
Hac animi, modico vires seruantur in vsu.
Sic hilares campi, sic tellus mater, & vndæ
Acceptos variant flores: sic vnica multis.
Planta locis tribuit varios pro munere fructus.
Ex cœlo reliquis mater quæ subiacet astris
Cynthia conueniens animal, somnosq; profundos
Influit, & memorem tollit de vertice curam:
Incertos etiam motus, variosq; agitatus,
Inconstansq; caput generat: maria omnia versat,
Vndam omnem, nullos studij formatur ad vsus.

Mercurius addit merces, subtilesq́ rebus
Ingenium: varias artes, atque artibus ipsos.
Instigat natos, quos æquis partibus ornat,
Claraq́ iucundi promittit munera vatis.
Sed vitæ inconstans tenor, & mutabile pectus.
Grandia magnorum quærit venus atria regum,
Omneq́ lætitiæ tempus, gratumq́ decorem
Seu pulchræ vestis, seu plantæ efflantis odorem:
Hæc suauem infundit musam, blandumq́ loquentis
Elloquium, menteq́ aptam, iustumq́ tenorem:
Sol claras facies maiestatemq́ supremam
Imperij, & stimulos animis infundit honorum:
Hic summas grauitate auras, hic nobile pectus,
Consilijq́ addit vires: moderamina dictis
Terribiles sub marte animi, moresq́ ferini
Nascuntur, flantesq́ minæ: mars horridus arma,
Mars iras mouet, & rapidos in bella furores:
Nec non, & sæuos oculos, truculentaq́ gignit
Pectora: non ratio, non mens, non muneris æqui,
Nec grata pietatis honos: aliena cupido
Sensum agitat, fœdantq́ omnem mendacia famam:
At viget in calido furibunda audacia corde.
Ab Ioue principium supero; bona Iuppiter altus
Dona refert, claramq́ hilari cum lumine vitam.
Bella fugat, pacemque gerit: nulla horridus arma,
Nullos ille dolos noscit: stat vertice pulchro
Mollis amor: tristesque cauens prudentia fines
Saturnus toruum, aspectumsensusque profundos
Efficit: hic multas artes, studiumque sciendi,
Desertasque colit terras, mortemque sepultam,

Et

Et testes falso veneris succendit amore.
Hæc quoq; stelliferi variant pro finibus orbis,
Signorumq; domo, vario pro cardine cæli,
Pro socijs, visuq; astri, dominoq; regente,
Atq; alijs quæ longum esset, per currere, tempus.
Omnia temperiem mutant, atq; organa vexant:
Sit nisi ab æthereo concessa potentia regno.
Talis conditio est, qualis complexio: qualis
Ipse cruor, t alis vis substat: qualia vastum
Organa corpus habet, pariter consurgit, & omne
Diuersæ virtutis opus, variansq; potestas.
Quale sonans plectrum, aut suauis lyra, si prior alti
Chorda toni ternæ respondet; si simul omnes
Incertum spirant sonitum, nec mollior vndis
Altera languescit, nec sicco tensa calore
Vna riget, dulces cantus, musaq; canoræ
Consurgunt: æquus contra si rumpitur ordo
In cythara, falsoue aduersæ turbine chordæ
Dissentit numerus, tristis tunc horrida plectri
Aura sonat, binas quæ sæuis ictibus aures
Offendit, superosq; ingrato murmure sensus.
Hinc vultus signant animos: hinc orta per omnes
Norma locos, totisq; effecta scientia membris
Fallere quam quisquis poterit quando auspice Christo
Spernit oberrantis lasciua incommoda uitæ,
Et cupidos ludit sensus, & sidera ludit.
Omne malum mens alta valet fugere, omne voluntas
Inclita, decertent contra licet astra, genusq;
Æthereum, pungensq; caro, dæmonq; profundus;
Sic variæ figmenta manus, fibræq; fluentis.

Ee Audacem

Audacem ostendunt crinali pectora muro
Per mediam diuisa plagam: quæ forma rotundos
Vna pedes dedit, vna rudes iuuenesq́, virosque
Promittit: parui, atq́, caui, pariterque nigrantes
Astutum insinuant oculi: si prominet album,
Atque ingens lumen, faciles in pectore ritus
Ostendit, simplexq́, genus: recte omnia condit
Temperies, iuuat in modicis color ater ocellis.
Vim timidam impubis facies, animosq́, remissos
Significat: femur hirsutum, suraque, tumentem
Luxuriam; suprema hirti per tempora crines
Agreste ingenium monstrant, subtileq́, blandi,
Et tenues similem referunt membra omnia sensum.
Hinc bruta euariant facies: quó vultibus æquant
Ipsa viros, quantum illa magis similantur, & ipsos
Adquirunt pariter sensus, animique tenorem.
Sint testes gemina harpyiæ, sit simia testis,
Atq́, canes: quæ leni aura, quæ sanguine viuunt
Purpureo, magis agnoscunt: insecta minores,
Et minimos nonnulla ferunt animalia sensus
Hac lege ipsa suum corpus natura, modosq́,
Produxit similes animis, & moribus aptos.
Ili. et alitibus pennas, fugitiuaq́, membra
Condidit, & tutam cunctis dedit aera sedem.
Donauit cursu leporem, doctaque sequentes
Nare canes, hericem horrendum ferientibus hastis,
Præda aquilam, sæuum ore lupum, sæuum vnguibus vrsum,
Vngibus accipetrem, limato in prælia cornu
Rhinocerantem, astu vulpes, colubrosque veneno,
Et Basiliscæos aduerso lumine vultus:

Insignes

Insignes depinxit equos, dedit arma leoni,
Robur apro, fremitum Tygridi, rostrumq; Elephanto,
Ingentes mulis vires, & terga Camelo
Fortia in ingratum pondus, durumq; laborem:
Effecit raros nudato pondere pisces,
Et faciles concessit aquas; velocibus alis
Muniuit ceruos: rabidis duo cornua tauris
Addidit, atq; apibus celeres in clunibus hastas:
Pauonem ellatum pennis ornauit, & altam
Ceruicem ex humeris posuit, lingua, oreq; grato
Psyttacum: in arma gruem durum, mollemq; timori
Fecit ouem, & duros aquis pro saltibus hircos.
Inter cuncta epulis deseruit simia; nares
Vultur habet: duris oculi sunt lyncibus; aure
Sus vincit, tenui praecellit aranea tactu.
Sola homini mansit ratio, quae tela ministrat,
Atq; fugam, quae sola imis animantibus vna
Praesidet, & totum incedit regina per orbem.

Non minus immutant altae sua corpora mentes, Vt anim* mutetcor pora
Nec minus ad superum respondent membra tenorem.
Tristes exsiccant animi, quas gaudia partes
Humectant, variamq; refert amor abditus aluum.
In terrore cruor rapitur, succensaque torquet
Viscera; de toto latus se corpore fundit
Exterius: furit in rabie, partimque fauillas
Excelsam mouet in faciem, bellantiaq; arma:
Intrò se maestus recipit, pectusque gelatum
Comprimit, & mediam sensim conscendit in arcem:
Ardet amans, tremuleque omnis sub pectore luctans

Ridentes scandit pupulas: in fortibus ausis
Corde viget: par forma volans, & spiritus omnis
Carpit iter, semperq́; animum comitatur euntem.
Qualis ab aurato discedens vellere phœbus
It radians, placidisq́; imum mouet aera flammis,
Et pelagi, terraque genus: si tristior ille
Nigrantes patitur longis eclypsibus vmbras,
Hæc mœrent: si lætus eat, simul omnia læta:
Quale micat cælum, talis se se aura, soliq́;
Inferior monstrat regio, sequiturq́; supremam.
Cumq́; animus patitur, corpus patitur simul ipsum:
Cum gaudet, lætum corpus quoque gaudet, & omnes
Exultant artus, motiq́; in corpore succi:
Et varij morbi, multiq́; ad viscera casus
Ex animo fiunt, diuersis monstra figuris,
Et quæ diuersas referunt simptomata causas:
Iam testes, iam diræ vrunt genitalia flammæ,
Dum veneris turgescit amor: iam viscere primo
Dura fames succos agitat, terrensque tubarum
Cognitio tollit celeres in prælia vires:
Cum sæua ille horret venientis tela manipli,
Hoc pariter refugit: quando mens pugnat, & omne
In pugnam corpus se se armat: brachia pugnant,
Atque manus, fugiuntq́; pedes: sua munera quisque
Sensus habet, parentque alto membra omnia regi.
Non aliter belli primos vt buccina cantus
Exprimit, & summas hostis contendit in arces,
Dux iubet: obsequitur populus, seruatque supremi
Dicta patris: tota subitò concurrit ab vrbe
Omne genus: dant tela viri: fremit arma iuuentus

Effera:

Effera: flent mæsti patres, clamantq́ sorores,
Et pueri: partes agitat labor vltimus omnes.
Istæ animos inter constant, & corpora leges,
Isteq́ amicitiæ nexus: communis vbique
Causa vrget, dum vita fuit, sensusque superstes.
Sic mutant animi corpus, sic corpora mentem,
Mirandosq́ mouent casus: nunc passio quæq́
Stat proprijs distincta locis: nunc dicimus omnes
Quæ sint, quæ fuerint, & quanta in corpore luctent.

Vnicus in cerebro dominatur sensus, in omnes
Qui fertur rerum formas, pictiq́ figuras
Corporis: in geminum primò hic distinguitur agmen:
Alter enim genus horrescens, inimicaque tela
Defugit; alter amat, placidosq́ amplectitur actus
Ille iterum duplex: aut cor mouet, aut mouet hepar,
Et stomachos: sub corde pauor, metuensque, timorq́:
Gignitur, & longa subitus formidine terror:
Hîc labor est: hîc pigritia: hîc est motio lassans:
Hic dolor, & pietas: hîc mæror sæuus, & angor,
Anxietasq́ premens, multoque ærumna labore
Ponitur, & duris inuenta molestia rebus:
Quæ corpus torquens afflictio, quæ nigra mentem
Solicitudo premit, quæ lamentatio fletum
Vertit, & æternum tribuens spes scissa dolorem:
Hæc inter, cunctas quæ praua absumptio formas
Dentibus infrendet rabidis, similiq́ figura
Sæuit auarus amor, mentiq́ infesta voluptas
Quæ nulli parcit, rerumq́ inquirit honores.
Hac etiam parte ira furit, cessantq́ repente

Iracundi actus: hic rubri est forma pudoris,
Atq; odium, sequiturque istud discordia, & isti
Ira inimica haret, furijsq; accensa cupido
Qua caput, & diris offendit pectora flammis.
Si verò ille ingens mouet hepar, & ora prioris
Ventriculi, tunc multarum fastidia rerum
Ducit, & auerso generat fera tadia vultu.

Si tamen insequitur, recipitque obiecta voluptas:
Tunc amor, & trepido prorumpunt gaudia corde;
Omneque latitia genus, & iactatio lata:
Sic desiderium, sic spes, sic pectore fidens
Est animus, cunctisq; potens constantia rebus:
Hic fortis species viget, hic audacia velox,
Crudelisq; rigor, tumidoq; superbia vultu,
Et libertatis profuso in pectore ritus.
Verùm si validos iecoris se vertit ad ignes
Sensus amans, stomachique petit lenta ora prioris,
Tollit se bino diuersa cupedia sensu:
Altera in humentes fertur sitis arida lymphas,
Altera dura fames, qua siccum exoptat: at vltra
Cum graditur, testesq; etiam descendit ad imos:
Tunc amor accendit venerem, lasciuaq; moles
Flamma trahit sensus, & plenam flatibus aluum.
Huc cognoscentes etiam licet addere sensus,
Fixaque qua multum fuerit phantasia, namq; hac
Multa potest, corpusq; mouet, velut ipsa voluptas
Quaq; suam inferius demonstrat passio normam.

De

De particularibus animi passionibus.

Vt non vnus homo, non mens vna extat: vt vnum
Non pectus, pariter non fuit vna pathos.

De Metu.

Horrendum cum forté genus, cernitque futurum
Quod vis non facili vinceret arte malum:
Tunc fusi languent animi, superumque prehendit
Cor metus, & forti magnus in arce labor.
Sanguis in internas paulatim cogitur oras,
Et similem graditur spiritus ante viam.
Inde melancholici generantur pectore morbi,
Frigidaque absumpto membra calore manent.
Arescunt inopes resoluto á sanguine carnes,
Et suaues renuunt viscera prima cibos.
Hunc generat frigens natura, hunc otia reddunt:
Plus ideo hunc & Arabs, & niger Indus habet.
Debilitas etiam supremo in corde timores
Procreat, & parui spiritus ille rogi.
Sic pueri, gelidique senes, trepidæque puellæ,
Et vir lenta simul cui fuit aura timet.
Inde magis tristem fugiunt exanguia pœnam,
Aut ea quæ tenui sanguine bruta natant.
Inde lepus, ceruique alacres, damæque volantes,
Et vir lenta simul cui fuit aura timet.
Cũveró mala dura instant, damnumque propinquum est,
Fit

Fit timor,& subitó pectora lapsa ruunt.
Inde manent trepidæ languenti in sanguine vires,
Flauaque iam,candens quæ cutis ante,manet.
Omnes hic soluit succos,viresque resoluit,
Et perit absumpto mobilis aura rogo.
At malus iste licet,sexuque incommodus omni,
Est etiam varijs vtilis ipse modis.
Praua etiam quādoque iuuant: malus hic quoque prodest,
Siue metus fuerit,seu fera causa timor.
Ingenijs ácuit cerebrum,moresque benignos
Efficit,& varium, si placet artis opus:
Consiliumque facit modicus,dociles que puellos;
Qui nihil agnoscit,nil ferus ipse timet.
Hic tumidos mentis fluctus, rapidosque furores
Temperat,& celeres corde ruente minas.
Et modicos reddit cultus,frontemque modestam,
Atque humiles ritus, & genus omne facit.
Oppressis animis crescit sapientia,crescit
Iudicium:insidias qui timet,ipse fugit.
Est docti,quamuis humilem non spernere causam:
Causa pusilla nocet,sed fugit hanc metuens.
Parua necat morsu spatiosum vipera mostrum:
A cane non magno sæpe tenetur aper.
Offendit non membra ferox,nec pallia taurus
Quæ profuga,incautis mollior ipse nocet.
Aduentum sortis præstat meditarier omnis,
Atque timere:suis fors iuuat alta modis.
Non caderet cælo Phaeton,non Icarus aura,
Si timor in pennis,vel timor esset equis.
Adde suam laudem (non est leuis illa) timori,

Æquales

Aequales animos, iustaque corda facit.
Multa quidem, maiora forent scelera omnia, pænæ
Ni timor ipse foret, suplitiumque minans.
Ni metus obstaret rector tellusque, fretumque
Iam ruerent: nullis pax foret vlla vijs.
Non tamen hunc laudo, nec doctæ consulo menti:
Sunt coniuncta bonis plurima damna suis.
Sæpe trahit miseram in maiora pericula vitam:
Dat vires hosti, qui timet ille, suo.
Turpe etiam, fædumque nimis succumbere, forti
Abiectos animo non decet esse metus.
Sæpe iuuat duris se se obiectare periclis,
Et fictas quamuis addere posse minas.
Qui promptus metuenda pati fortissimus ille est,
Nec fugit arma, hostem nec fugit ante ferum.
Adde quod est stultum moles horrere futuras:
Est miser aduenient qui timet ante malum.
Terretur fundæ soniru ales nescia, quamuis
Sit tuta, & saxum non ferat aura suum.
Sæpe minas damnum retulit, non sæpe dolores,
Accersit tacito qui timet ore malum
Horrida mors, mortis timor est; fortuna timenti
Aduersa est, fortem quæ iuuat vna virum.
Ergo procul nostris fugiat timor algidus oris:
Ne timeas, summus sit nisi forte Deus.
Est timor in domino lætæ spes vna salutis:
Hic fortes animos, fortia corda facit.
Principium hic sapientis, honor venerandus, amoris
Virtus sancta; Deum qui timet, vnus amat:
Qui timet hunc, rectè viuit; sed qui bene viuit

Non homines metuit, sed timet ipse Deum.
Ergo Deum metues, sic nulla aduersa timebis:
Sic bonus, & fortis, sic quoque tutus eris.
Agonia. Terror. Pauor. Pectus inæquali quæ turbat agonia motu.
Est perturbatus, solicitusque timor.
Si timor omne quatit moto cum sanguine corpus,
Terror erit: mentem si mouet ille, pauor:
Hoc opus, hic labor est, maiusque ad pectora damnum,
Difficile effectus vertit vterque malum:
Mens stupet, & tremulans imis vox faucibus hæret:
Nec memor officij pars manet vlla sui.
Inde rigent pressi densante á frigore crines,
Inde manent profugo pallida membra sero.
Friget pellis inops, frigent sine sanguine partes:
Albescens friget, qui niger ante, pilus.
Deserit innatas languescens spiritus aluos,
Excretumque suis labitur omne vijs.
Suspensi remanent conuerso lumine sensus,
Nec superi á tanto mens vacat alta malo:
Hæc quoque praua licet diuersis motio causis,
Est quoque diuersis vtilis ipsa modis.
Sæpe grauis nigros quartanæ discutit ignes,
Pressaque singultu frigida membra leuat.
Formido. Si nimius fuit ille horror, longique labores,
Formido est, tristis turbida causa mali:
Ista melancholicos tosto cum sanguine sensus
Efficit, & gelidos, & sine corde viros.
admiratio Proxima terribili venit admiratio vultu:
Non metus illa quidem est, sed graue sentit opus:
Sola per humanas succedit pectoris aluos:

Sola nouos casus mens videt, vna timet.
Horret, & ardescit brutum, gaudetque, doletque.
Sperat, agit, metuit, sæuit, abhorret, amat:
Sed non miratur, namque hic sublimior actus:
Debetur soli passio tanta viro.
Ergo abeunt succi in superas, & spiritus arces,
Quò sistunt: omnis mens iacet orba fugæ.
Vltra si rapitur pallet rapto ecthasis ore: Ecthasis.
Nec regit hæc corpus, nec memor illa sui est.
Est metus, & languens venturi forma laboris Pigritia.
Pigritia: ad solitos mens timet ire locos.
Truncus iners iacet in terris, & inutile corpus:
Omnia profuso membra cruore iacent.
Languentes facit hæc artus, lentumque calorem,
Et lentos somnos, diuitiasque facit.
Sunt lenti sensus, & fastidita voluntas;
Languida cum membris mens iacet alta suis.
Quidquid difficile est pigro, tolerabile nullum:
Infirmas vires qui piger, omnis habet.
Luxuries frugi pæna est, moderata guloso
Temperies, pigris est sua pæna labor.
Ergo praua lues, & cunctis pessima rebus:
Transeat humanis passio fæda vijs:
Transeat humanis: velox circunspice diuos:
Hei mihi, sed superos non iuuat ire polos.
Non datur ad sacros gressum conferre labores:
Hei mihi, supremum non iuuat ire Deum.
Nec grata oblectant, nec delectabile prodest:
Omne pigri fugiunt, seu mala, siue bona.
Præmia delectant animos, certamina terrent.

Vult piger, & non vult: hæc negat, illa cupit.
Ergo age pigritiam contra, si tædia sentis:
I velox, magnum sic superabis opus:
Noli, supremo quamuis, desistere septo:
Ni fugias, pigrum non erit ante malum.
Pigritiæ nulla est, non lassi gloria somni:
Non dantur pigro regna beata viro.
Addite, diuitias perdit, pulchramque salutem:
Non valet vllus iners, non habet vllus opes.

De tristitia.

Cum fuerit præsens, atque irreparabile damnum,
Mæror adest cunctis res inimica modis.
Paulatim celebrem sanguis se abscondit in aulam,
In qua perpetuo torridus igne iacet:
Defessæque iacent alæ, vinclisque prehensum
Cor gemit: influxus qui fuit, omnis abest.
Plurima diuerso se tollunt corpore damna,
Nec summus recipit damna minora locus.
Hinc omnes frigent artus, hinc arida membra:
Hinc liquor omnis adeps, & caro dura cinis.
Hinc pingunt rugæ facies, properatque senectus
Tarda citó, & citius lapsa iuuenta fugit:
Ardescensque calor, natusque extinguitur ignis:
Aut malus, aut tenuis spiritus vllus erit.
Vis memor & sensus torpent in vertice, multis
Turbidus in causis spiritus ille nocet.
Deniquc semper obest, nunquam iuuat, omnis amara est:

Nulla salus; morbos sæpe, necemque trahit.
Nec satis hæc, mouet insanam in suspira mentem,
Si vetus ira: recens non ita morbus obest.
Ergo fuge infensam pestim, stultumque laborem:
Et fugies, nullo si tibi vita malo.
Qui bené viuit, habet lætos in pectore sensus:
Nullam tristitiam, qui bene viuit, habet.
Si tamen admittas (parit hanc frugem arida tellus
Vndique) non vario nota sit ore lues.
Sic animus sapiens mæsto non tristia corde
Improbat, aut hilari læta decore probat.
Sed constans vno semper consistere vultu
Gaudet, in aduersis vnus, & ipse bonis.
Cum mala temperies neruosos occupat artus, Dolor.
Aut diuisa suis membra fuere locis,
Hæc tactus noscit, tristisque in vertice sensus
Nascitur, & celerem fit dolor ante fugam.
Tristitiæ species hic est, tamen illa fatigat
Hoc minus, iste magis torquet, & illa minus:
Illa moras habuit, dolor est mutatio velox:
Iste magis corpus, plus tenet illa animam.
Sanguis in hoc citius vitalem transit in aluum,
Et linquit gelidas absque calore cutes:
Sola calent quæ membra dolent, dumque arcta dolorem
Natura intendit pellere, maior adest:
Nam cruor in partes, & spiritus irruit omnis.
Quas magis hic flammat, quas magis ille premit.
Summam etiam succis agitat trepidantibus arcem,
Sæpeque febrilis plurima causa rogi est:
Inque leues pariter dissoluit membra liquores,

Et manet absumpto tabida forma sero:
Et sternit vires,& partis munera turbat,
Et nigram mortem,deliquiumque facit:
Et corpus,totamque dolat cum sanguine carnem:
Hinc dolor,hinc nomen passio nostra suum,
Ergo cuncta inter dolor est durissimus,iste
Mentiri insontes cogit,& esse malos:
Quid sontes facient? rari perferre dolores
Possunt,qui patitur,fortior vnus erit:
Prouidit natura malo tamen,est dolor ingens
Et breuis,& velox:sic venit,vt refugit.
Cessant dura,leuis sæpe instat causa,leuisque
Sæpe trahit longas qui dolor ille moras.
Sic grandes currunt breuiter sua tempora morbi:
Sic velox sonipes,& cita nauis,iter.
Hæc igitur sæuo superest medicina dolori:
Dent alias medici:non habet istud opus.
Hinc venit anxietas,multoque ærumna labore,
Angor in afflictis,& gemitus lachrimis,
Quæque per æternum fit desperatio tempus,
Quique molestus erit,solicitusque labor:
Hinc venit inuidiæ rabies,& auara cupido,
Ambitioque volans,& pietatis honor.
Omnia naturam generis,moresque reseruant,
Siue hoc tristitia est,seu dolor illud erit.
Omnia virtutem perdunt,lætamque salutem,
Omnia naturæ sunt inimica tuæ.
Labor. Angor,& anxietas,durisque molestia rebus,
Affligensque malum,difficilisque labor,
Diximus,offendunt succos,& pectora turbant,

Et mentis vires,& genus omne boni:
Sunt tamen interdum tantis solatia damnis:
Idem dona simul fert labor,atque malum:
Qui patitur normam tribuit:stat gloria finis:
Pro virtute bonus,si labor vllus,erit:
Pro mundo grauis est,sed casus crebrior,omnis
Propensus magis est ad mala natus homo:
Si Deus est finis,si parti gloria regni,
Non turpis,duris non labor vllus erit.
Irritus est mundi labor omnis,& otia mundi:
Ista quies,requies;seu labor ipse dei:
Adde quod hic vires,generosaque pectora nutrit,
Siue bonus fuerit,seu malus iste labor:
Et fortes animos generat,roburque virile:
Virtutis magnæ est vmbra,comesque labor.
Sic ærumna animi,tristisque afflictio vultus
Est grata ante altum (si valet vsque) Deum: Anxietas. Molestia Ærumna. Afflictio.
Ille suos cogitque pati,afflictosque teneri,
Et sperni,in toto sit licet orbe,suos.
Dura tenent magnum(Deus audit)vincla Ioannem;
Vincla Petrum retinent,& Deus omne videt,
Hæc bellum vita est,hic ad certamina mundus
Seu campus:summa præsidet arce Deus.
Pugnanti palma,& patienti gloria summa est:
Pugnantes sequitur fama,triumphus,honor,
Ergo iter ad cælum durum est,modus asper,in altos
Est via stricta simul,longaque facta polos.
Non iter hoc patria est:istud si quæris amænum
Causa tibi nimiæ tunc erit vna moræ:
Præstat ad infandos celerem aduentare triumphos:

Aspera

Aspera dat pennas, dat via læta moras:
Sic torquet varios quæ mens intenta per orbes
Dic ingens pariter, solicitansque malum.
Excurrit per cuncta leuis, videt omnia, solers
Solicitus namque est, & citus ipse simul.
Pigritiæ aduersa est, lasso est contraria cordi:
Hæc ergó virtus passio, non labor est.
Non damno mores: sane est solertia virtus,
Si nimiúm humanas non petat aura vias:
Vel, si forte petat, non sint facta impia, non sint
Turpia, sed clari fortia gesta viri.
Conuertat curas, animumque in prælia miles
Prouideat populis qui regit ille suis:
Rura colonus amet, versent maria omnia nautæ:
Fonte lauet mulier, vel sua fila trahat:
Pascat oues pastor, studium colat ore magister,
Quisque suas artes, officiumque gerat:
Laus erit: at vertat si totam in sidera mentem,
Non laus sola, animis gloria maior erit:
Non hæc tristitiam, non sæuos atra dolores,
Non trahit hæc vllas solicitudo minas.
Hei mihi, diuitiæ tamen, & peruersa cupido
Peruertunt omnes in sua iura viros:
Sic neque cælestis gustare obsonia chili,
Nec possunt alti signa videre poli:
Non bene miscentur cum veris, vana: caducis,
Aeterna; & tenui corpora dura, polo.
Ergo solicitus mundi ne exquire labores,
Nam mens hæc vana est, irritus iste labor.
Solicitat ventura dies, forsque vna futuri,

Certa

Certa, vnquam tamen hæc esse, nec illa potest.
Solicitus quære insupero dona alta magistro:
Hic honor altus, opes, gloria, fama, bonum.
Sic pietas dolor est, sed iunctum vertit amorem;
Nam propria, alterius quæ mala, reddit amor.
Est pietas mæror, tamen est iustissimus, idem
Est pius, atque miser; sed bonus iste miser:
Ornat iustitiam placido moderamine, sæua est
Iustitia illa animis quæ manet orba pijs.
Est cultura dei pietas, mercesque parentum:
Est portus miseris, auxiliumque malis.
Egregij pietas animi est: succurrit egeno
Qui pius est, nullas det licet orbus opes.
Cedite virtutes ergo; sunt regna beati:
Supremo est similis qui pius ille Deo,
Nec tantúm humanis pietas encommia rebus
Hæc habet, in rigidis laus fuit æqua feris.
Nutrit in accessos generosa ciconia pullos;
Pullus alit fessos, est pia causa, patres.
Postratis sæui parcunt, miserisque leones,
Nec ferit infantes grandior ira nouos:
Fæmellis non ira nocet; solum ardua rumpit:
Est leo terribilis, sed pius, & patiens.
Sæua per æternum fit desperatio tempus,
Idcirco est alijs sæuior iste dolor:
Crudior est morbus, nulla est medicina salubris:
Mors certa est alijs addita causa malis.
Mors est peccatum, sed desperatio rodens
Plus habet, infernus, quo via nulla, ferox.
Commissum scelus augetur, moriturque per æuum

Ipſe animus, mortem mors dedit illa ſuam.
Qualis abit ventis diſcordibus acta phaſellus,
Quæque ſibi nullum cernit euntis iter:
Virtutem non malus habet, quem fregerit auſter
Nec iuuat hanc remus, nec ſua vela ratem,
Nec regit hanc clauus: remanet ſpes nulla ſalutis;
Mergitur in fundo, nil valet vſque, mari.
Non ſcelus infandum, ſed deſperatio Iudam
Suſpendit, mortem mors dedit illa ſuam.
Ergo lues abſit, vel deſperatio, mutat
Conſilium dominus, ſi ſcelus ipſe tuum.
De inuidia Sic dolor inuidia eſt tamen eſt abiectus, & horrens
Triſtitia eſt turpis, turpeque conſilium.
Lethale eſt monſtrum, tranquilli crimen amoris:
Infernus menti, viſceribuſque lues.
Nec ſatis hoc: aliud non extat fœdius, vna
Inuidia eſt hominum, dæmonis & vitium:
Non fur iſte, latro non eſt, non turpis adulter;
Non huic ambitio, non gula torua nocet:
Non amor argenti vitiat, non ſanguinis ira
Turba, non belli eſt hæc fera cauſa ſui:
Nec iam ſe tumidus iactat, ſummoque ſuperbus
Aſpirat, tanti eſt ſpes ea fracta boni.
Hunc ſola exagitat rabies, ſola inuida torquet
Paſſio, peccati hæc nata, comeſque, ſui.
Nil ergo inuidia plus deteſtabile, nil eſt
Turpius, in toto fœdius orbe nihil.
Plus tamen hac iuſtum nihil eſt, quæ protinus ipſos
Enecat autores, excruciatque ſuos,
Et varijs torquet mentes, & corpora morbis,

Risus abest, tristi pectora felle virent.
Lingua venenosos spirat facta horrida fumos,
In toto est macies, flauus in ore color.
Excurrit per membra rigor, frigusque per artus:
Ira cor, rabie curua labella tremunt.
Sic fera succedit rabies, & pestifer arcus,
Atque lues multis apta nocere modis.
Seminat hæc odium, fruentes seminat iras
Semina dant fructus, ardua bella suos.
Multos ira dedit, peruersa iniuria multos:
Innumeros hostes inuida pestis alit.
Hæc tulit imperijs clades, hæc regibus altis
Mortem atram, magnis exitium populis.
Prima mali placidum rabies inuasit Abellum:
Prima dedit crimen, funereumque malum.
Dauidi inuidit Saul, & fælicibus armis;
Vnde tot ingentes bella dedere minas.
Iosepho fratrum inuidit turba impia, non hunc
Bellua sæua, ferox abstulit inuidia.
Inuidus alterius conatur perdere famam:
Crescit at hæc, perdit liuidus ille suam.
Ille suam perdit, minimum se fingit, at illum
Multo maiorem se putat esse virum.
Grandior est vicinus ager, gallinaque multò
Pinguior, & pinguis mollior herba soli.
Deterior, si crescit honos, furit aspera, namque
Gloria dum crescit, crescit & inuidia.
Prosperitas fraterna nocet, lætantque ruinæ:
In risu est lutus, lætitia in lachrimis.
Alterius cum cernit opes, tunc pauper egenus

Inuidus est, diues, cum miser alter, erit.
Sit cupis inuidiæ torquere sedilia, virtus
Si tibi, diuitiæ, laus, decor arma, bonum.
Ergo malum fugito, quo non truculentior hostis:
Inuidiæ veniunt commoda nulla tuæ:
Non ignominiam tibi, non augebis honores
Alterius, fælix, fortis, & altus eris.
Altera tristitia est summos quæ aspirat honores
Huic similis, supero nec minor illa polo;
Nunquam terra humilis, semper contendit in altum,
Nec sistit, summo sit nisi iuncta Deo.
Alta petit semper, sed quæ non viribus ipsis
Conueniunt, menti stat via longa suæ.
Non vapor est, non aura leuis, non flammeus ardor:
At volat vt fumus, sic velut ignis agit:
nbitio Ambitio est: vt pestis adit, regnatque, per omnes
Inclyta, nec iustis parcit, vt ira, viris.
Est pœna, & mæror, grauis est afflictio, semper
Mens dolet, incertum mæsta quod optat habet.
Est velut ærugo quæ sensum erodit, honores
Qui cupit, ipse memor non valet esse sui.
Secretum est virus, dolor ipse, & futile damnum:
Vna doli sæua est, inuidiæque parens.
Falsus honestatis vultus, furor impius altæ
Mentis, & insani grandior ira rogi.
Hæc superos grandi spoliauit munere diuos,
Et primum excelsa reppulit arce virum.
Ni foret hæc, summis gauderet Lucifer astris,
Et paradisæa grandis Adamus humo.
Vnquam non retro graditur, sed viuit eundo

Semper,

Semper, habetque suo lumina fixa bono.
Nec satis huic vllum: crescit vapor ignibus auctis:
Sicut honor, pariter crescit honoris amor.
Non arens obstat flammis pascentibus ilex,
Ilice supposita est acrior ille rogus.
Semper eget cupiens, nam quod non sufficit vlli
Non multum est, multum quod satis, illud erit.
Hinc odium, & vario surgit discordia bello:
Audaces animos nam mouet vnus honor.
Non igitur quæras laudes, non vanus honores:
Te laus alta petat, te petat altus honor.
Non laudem virtus sequitur, non subdita honori est:
Hanc sequitur noua laus, & pretiosus honor.
Ipse honor est virtus, hac omnis iustior, omnis
Pulchrior, & claro maior honore micat.
Non sceptris igitur, pulchro non quæritur auro:
Intra priuatas nascitur ille domos.
Exue diuitias, nudam circunspice mentem:
Nec corpus plenum, nec sua dona vide:
Talis honor dabitur, qualis mens, & sua virtus:
Quales sunt animi, talis & altus honor.
Esto priùs dignus, tunc æquè optabis honores:
Tunc desiderium, non erit ambitio:
Possidet ambitio cunctarum præmia rerum:
Decepta ad superos mens volat ima gradus.
Præstat & ad summas paulatim ascendere sedes,
Offendet laudes nulla ruina tuas.
Quo minor ascensus casus minor, attamen alto
Spectatur semper magna ruina loco.
Nec fas est digno quanuis, hunc poscere, turpis

Quæren-

Quærenti, profugo pulchrior extat honos.
Nec licet, hanc habeas quamuis, tibi dicere laudem:
Vilescit florens ore loquentis honor.
Adde verecundos superis in laudibus æstus:
Immeritas laudes qui petit, ipse pudet
Sed quid ego hæc gemito, & sensu meditante reuolue
Quid mundus? quid laus? quid tua fama? nihil:
Quò iacet altus honor? quo turpis gloria mundi?
Heu, nulla apparet gloria, nullus honor.
Heú, tibi nullus honor: nullas hæc secula sedes
Promittunt, nullas dat tibi mundus opes:
Si laudem exoptas, superúm si quæris honorem,
Ito Deum, est summo gloria vera Deo.
Non tantúm terrestris homo; manet infimus illis
Angelus, hæc humeris pondera magna suis.
Cuncta Deo subsunt, Deus omnia possidet, alto
Omnis debetur gloria, honosque Deo.
Huic socius dolor alter adest, & auara cupido,
Tristatur cupidus, non habet iste satis.
Aurai flet sacra fames: hinc nomen auarus
Auri auido, reliquis durior ista fames.
Nec satis hoc, ingens labor est, & fessa voluptas,
Peruertensque malum, solicitansque genus:
Est labor ad cumulum prædæ, fuluum effugit aurum:
(Idcirco flauum nam fugit, atque timet)
Hinc maior venit anxietas, maior metus; aurum.
Dum seruat cupiens, & furit, & metuit.
Adde quod amissum plorat, spiratque futurum:
Magnus auaritiæ est & labor, atque dolor.
Est cæca ebrietas, hostis peruersus, & horrens:

Munera

Munera pauperibus qui negat, hostis erit.
Est iniustitiæ fomes: crudelis auarus
Aera aliena simul qui cupit, ipse tenet.
Pauperies etiam est; optat qui sæpius idem
Semper eget, semper qui caret, orbus erit:
Non diues qui semper eget, sed semper egenus:
Quod cupit, huic pariter, quod tenet arca deest.
Qualia feruenti sitiunt cum viscera causo
Quæ nulli fontes, non leuat vllus icor:
Vel qui picata confossus cuspide venter,
Cui nullæ prosunt, sufficiuntque dapes:
At potius crescunt hausto iam flumine vires,
Et pane absumpto est sæuior illa fames.
Non cedit, lucro plus inflamatur auarus,
Vt rogus apposita qui magis ardet aqua.
Crescit amor nũmi nummis crescentibus, æquum
Non habet hic vnquam, non habet iste satis.
Inferno est similis, non hoc labor vllus abundat:
Munera sunt cupido non satis vlla tuo.
Demittunt prædas saturæ Tygridisque, feræque;
At nunquam nummis est satur ille suis.
Denique libertas, quæ nullo venditur auro
Venditur, in vinclis dona, manusque iacent:
Possideat quamuis, sua non sunt munera, namque
Quod dare non potuit, non valet esse suum.
Nummi igitur custos, & non possessor auarus.
Seruus opis, Dominus non erit vsque, domi
Seruus erit, minimusque puer, crescensque pupillus:
Curatoris eget, nam caret arte, sui.
Inde latrocinij cella est, & bursula regis,

Fratrum

Fratrum rixa, hominum sibilus, orbis amor.
Non matrem agnoscit, non parcit patribus, ulli
Non humilis, summum non timet ante Deum.
Omnis peccati fomes, semenque malorum,
Quæ contra cunctis conuenit ire modis.
Omnes diuitiæ pereunt moriuntis auari:
Vel si non pereant, hic perit, & moritur.
Isti sunt nostra qui surgunt arte dolores:
Lachrimę Hæc sunt tristitiæ dona, malumque, meæ.
& fletus. Inde humiles veniunt fletus, lachrimæque fluentes,
Et lenes oculi, iudiciumque minax,
Sunt fletus fortis miseræ, testesque dolorum:
Est animis oculus ianua clara tuis.
Vindictas alijs animus procurat, at ipse
Non valet, est superis infima causa suis:
Hinc dolet, & vario prorumpunt murmure fletus:
In se vindictas, cunctaque bella mouet.
Ergo leniti moderato pondere sensus
Fit luctus, lachrimas sensus, & vnda, iuuant.
Sic faciles pueri lachrimæ, fletusque puellæ,
Quos leuis affectus, quos leuis ira mouet.
Est etiam minor in tenero constantia corde,
Maior, & humenti mitior aura sero:
Humentes ideo plorant post gaudia chanti,
In grauibus risus sit licet ille viris.
Motus agit partes, & cunctas verticis aluos,
Omnis per motum labitur humiditas.
Ergo tristitia totum cor stringitur, inde
Pectus, & in summo musculus ore riget.
Tunc sudor fluit ex oculis, lachrimæque perennes:

Expri-

Exprimit has, pressus qui fuit ante, locus.
Ista salus: ægris aliæ lachrimæque, serique
Funduntur, causis sunt tamen ista nouis:
Vel cum sanguineæ succus crisis iminet, aut cum
Debilis humentes non tenet aluus aquas.
Hæc tibi simpliciter lachrimæ, si crimina luges,
Si doleas summo displicuisse Deo,
Altiús ire paras, fundes de lumine gemmas,
Pro lachrimis, sensus est pia gemma tui.
Purus eris: tergunt bini scelera omnia fontes,
Et sordes animæ, deliquiumque tuæ.
Alta petunt celeres, gratique palatia regni,
Et superum cogunt in sua iura Deum.
Pulchrior est lachrimis Madalegna, & crimina fletu
Et Petrus, & Dauid restituere suo.
Est sapor in fletu, sapor est quem gratia fundit:
Est odor, hunc dulcis vita, salusque dedit.
Vna salus animi, cibus est quo pascitur, vnum
Est iubar, & mentis splendida gemma tuæ.
Effugiunt animis tenebræ: si mens tua fletu est
Tristis, erat lachrimas tristior ante suas.
Obscuro veluti riget aer nubilus imbre,
Et clarus pluuia Sol abeunte venit.
Ergo iuuant lachrimæ: mitescunt fletibus iræ,
Et dolor, & luctus aspera causa tui.
Per medios vapor ille dolans erumpit ocellos,
Cumque vapore dolor, mæstaque causa fugit.
Et lachrimæ prosunt, lachrimis adamantina franges
Pectora, & in duris ardua corda viris.
Sunt quoque tristantis lachrimæ solatia vitæ:

Mitescit gelida (nam dolor ignis) aqua.
Si tamen hic spiret cœlum, si crimina fletus,
Plus iuuat, est multis aptior iste modis.

De verecundia.

Bina verecundo se tollunt munera vultu:
Est dolor, atque metus; mens timet, atque dolet:
Debile vtrunque tamen: metus est pudor, attamen intro
Non omnis vitæ fumus, & humor abit:
Hument villosæ lentis sudoribus alæ:
Quæ bullit raris labitur vnda poris:
Est dolor ille, tamen lætum trahit ore decorem:
In dubio est igitur, sit metus, atque dolor.
Ora calent etiam veniente á sanguine, quæque
Alba fuit, rubeo picta colore gena est:
Vel quoniam ira simul properat, naturaque pellit
Quod damnum accepti mæsta pudoris habet:
Vel quia se turpem fingit natura, pudensque
Albida puniceo vellere poma tegit:
Et premit occlusis totidem duo lumina portis:
Ne pateat fœdi turbida causa mali:
Cumque metus vigeat, raptusque ad pectora sanguis,
Nec cordis possit spiritus ire foras;
Solum animale genus rapitur ventique, cruorque,
Solaque corporeæ pars rubet alta domus.
Hæc ideo grandes animos, & fortia raptat
Pectora, diuersis passio nostra vijs:
Sic agiles sequitur vires, auramque furentem,

Et

Et calidos ſuccos,& genus omne rogi:
Sic pueris plus illa frequens, molliqne iuuentã:
Sunt teneri vultus,& leuis aura,cruor.
Non aliter tenuis flammatur in aere fumus:
Obſiſtit calidis craſſior vnda rogis:
Et robur ſequitur cordis,cerebrique vigorem,
Et ſapiens ſenſu, menteque conſilium.
Nec ſatis hæc,caſtæ ſoror eſt cuſtoſque puellæ:
Et iuſti cuſtos,& decus omne viri.
Iſta pudicitiæ lampas,claræ indolis index,
Index innocui pectoris,atque animi.
Præualet hæc cunctis,tormenta minantia vincit:
Iniuſtam ſpreuit caſta Suſanna necem:
Non tamen intenſum potuit ſufferre pudorem:
Maius enim hoc damnum,quam fuit illud,erat:
Plus facile ingenium ſuperat,plus nobile pectus,
Quam timor,aut duris arma ſuperba nimis.
Ergo pulchra ſatis virtus,& gloria pulchros.
Hæc animos pariter,pulchraque membra facit.
Ora iacent oculis ſemper deiecta modeſtis,
Et pingit niueas purpura læta genas.
Sicut ebur clarum,quod lucens tinxerit oſtrum,
Aut formoſa rubris lilia mixta roſis.
Nec ſolúm vultus æquos moderatur , at omne
Componit corpus , cunctaque membra pudor.
Sunt humiles habitus, ſeruans moderamina greſſus,
Verbaque compoſitis vocibus ire ſolent.
Hos ſeruat natura modos: ſunt prona puellæ
Per mare,defuncti membra ſupina viri:

De gaudio.

Cum placet obiectum, vel cum de pectore tristi,
Triste fugit damnum, diraque causa mali,
Optata in calido prorumpunt gaudia corde,
Plurima quod rapidi luminis aura rigat:
Si tamen obiectum præsens, manibusque prehensum:
Si placet, atque fugit; tunc amor illud habet.
Illa igitur pandunt geminos sub pectore ventres,
Indeque per corpus sanguis, & aura, volant.
Hinc sicci humescunt artus, pinguisque per omnes
Succus abit, carnes: ossaque dura fouens.
Multiplicant etiam splendentes vertice fumos,
Queis magna ingenij vis solet esse tui:
Omnes confortant vires, tardantque senectam,
Et seruant roseo mollius ore decus.
Ista fugant tristes mæsto de sanguine morbos:
Innumeros curant gaudia sola rogos.
Multa salus istis, nullus latet error, & hostis,
Multis auxilium gaudia sola malis.
Denique sæpe iuuant, nunquam nocuere, nisi ante
Soluitur, & subitò sanguis, & aura, volant.
Tunc calor externas nunquam rediturus in oras
Effugit, vt nulla iam queat arte premi.
Sed quid ego hæc agito? non extant gaudia terris,
Hæ potius lachrimas, mæstaque corda ferunt.
Omnis dulcedo labor est, quod amabile fædum,
Quod gratum turpe est, solicitansque malum.
Adde quod hæc pereunt, nec longo tempore viuunt

Si

Si pereunt, igitur gaudia vana simul.
Ex opibus quærit mundus sua gaudia, verúm
Istæ abeunt, pariter gaudia falsa volant.
Si pro ventre gula gaudet, luxuque sequenti,
Fallitur, ista breui tempore deficiunt.
Sic pereunt rigido demessi pollice flores,
Sic moritur profugo sole, vel igne, calor.
Nulla creaturæ concedunt gaudia, nemo
Dat quod non habuit, non ea mundus habet:
Sola polo veniunt, alti sunt gaudia cœli:
Stant sola in solo gaudia vera Deo.
Quæ tamen in rebus fixa est, constansque voluptas
Ferre potest aliquo gaudia plena modo:
Vnde hæc sola bono superant, non impius ista
Possidet, iste bonum non habet, ille malum.
Quæ velox, & inanis erit, profusaque multum
Passio, lætitia est, & leuis aura volans. Lætitia.
Sæpe hæc prana quidem remanet, peruersa alienis
Sané lætitia est quæ fuit orta malis.
His addes animo veniunt quæ magna beato
Munera, diuinis iubila facta modis. Iubilum.
Non licet hæc fari, nec tantos dicere mores:
Hos tractent superi regna beata poli.
Qui terrena colit, fœdum qui diligit orbem
Non habet hæc, solus fert ea dona Deus.
Altaque quæ pleno iactatio pectore turget,
Est quoque dicta salus, sed leue crimen habet. Iactitio I. exultatio.
Reddit inappositum leuis exultatio corpus,
Et simile in sano iam valet esse malum.
Hinc læti surgunt risus, celeresque cachinni,

Lætitiamque ferunt: ludibriumque ioci.
Non tamen ista graues conturbat passio vultus;
Ingenuos ludus non decet iste viros.
Sola datur species hilaris, lumenque serenum:
At si mota, leui conuenit ora modo.
Ergo lætitia cor plenum expanditur, vnde
Mobile cum tenui sanguine nectarabit.
At calor omnino, nec succus vertitur extra:
Ad septum partim desluit vnda suum.
Hic bullit, septique vias, & pectoris oram
Titillat, follem mollior aura mouet.
Inde alij musculi, & tandem prima ostia chili
Sunt mota, & risus, & simul ora patent.
Motio tanta animi est, verùm natura ministrat,
Seruire huic motus liber vt ille queat:
Nec liber quamuis fræno luctante quiescit:
Vt respiratis aura benigna locis.
Hic risus, quem solus homo: non cætera rident:
Ludos non cernunt, materiamque ioci.
Plus tamen infantes pueros, mollesque puellas
Excitat, & fatuos si noua causa viros.
Diximus in fletu causas, tamen vna superst:
His placet omne, animis sunt noua cũcta suis.
Acceditq; animus ludens, & lenior ætas,
Quæ videt in quouis ludrica dona bono.
Ista salus, alijs risum contingere causis
Vidimus, in morbis ille frequens etiam est:
Vel cum transuersi quatitur pars altera septi,
Et risum sanguis, qui fluit inde, mouet.
Vel quia confossum semper stat mobile septũ,

Nec

Nec motum partes sustinuere suum
Sic & iucundũ fert titillatio risum:
Lenita ad risus pars facit illa suos.
Sic crocus interior risum mouet, aut quia septũ
Calfacit, & calidum sanguis, & aura tenent:
Aut quia lætitias animis spirantibus affert,
Vnde hilares risus, & genus omne ioci.
Addite sardoos conuulso à vertice risus,
Qui molles vultus, oraque tensa mouent.

De spe.

Cum bona venturis oriunda amplectimur annis,
Vel mala iam finem sunt habitura suum,
Altera de valido surgit nona passio corde
Spes nunquam firmis condita iudicijs:
Ast incerta licet, tamen est fortissima virtus:
Spem certam finis nobile pectus habet.
Tunc qui sanguis alens, tunc velox spiritus extra
Vertitur, & post hac interius refugit:
Nam timor, & mæstus quandoque adiungitur error:
Ingenerat dubium talia damna suum:
Lætitiæ hoc etiam celeres constringit habenas,
Et sæpe introrsum spiritus omnis abit.
Vnde manet dubium: sit ne spes vna timoris,
Lætitiæue parens: aspice iudicium.
Lætitia est metuens, timor est spes aurea lætus,
Vnaque lætitiam spes habet, vna metum,
Quæque sit illa tamen, sane est laudabile quidquam:

Est

Est hæc diuersis passio grata modis.
Temperat hæc duros casus, atque ardua bella:
Nec labor infestus, nec dolor vllus obest.
Furatur grauidum doni spes blanda laborem,
Absconditque feri dura pericla mali.
Præmia confortant animos, spesque alta coronæ
Excitat ad summos infima corda locos.
Hæc postrema trahit duris solatia rebus,
Seu tabula vndosi quæ natat orbe maris.
Cum sublime ferit peruersa iniuria pectus,
Vindictæ pectus spes fouet ima tuum.
Quando fames, cibus est, quando sitis arida, riuus:
Auxilium cunctis hæc trahit vna malis.
Sæpe altos fortuna animos, pectusque modestum
Deserit, at nullis spes cadit alta modis.
Fallit at ipsa tamen, quanuis alat optima, dico
Spes hominum, medijs quæ periere vijs.
Stat fallax fortuna soli, spesque arcta, sub alto
Spes vera est, mentem quæ iuuat vna, Deo.
Hæc solida est, hæc firma satis, nec deficit vlli:
Ista salús animi est, consilijque salus.
Sola fidem sequitur: veniunt, ait ista, beato
Munera: seruantur spes ait, illa tibi.
Hæc aperit cœli portas, animosque per æuum
Sustinet, in longis est mora nulla vijs,
Et superat duros hostes, & prælia vincit,
Comparat et merces (dat manus alta) suas.
Ergo age, spes vanæ desint mihi, tu Deus ingens,
Tu Domine esto spes, & decus ipse meum.
Si mihi deficiant terreni iudicis iræ

Te

Tu dabis auxilium, nam tua causa, tuum.
De te sperabo tunc amplius omnia quando
Defuerint, cunctis tu satis vnus eris.

De fiducia.

Cum retinet summas animosa potentia vires,
Certaque venturi spes manet vna boni,
Nascitur in placido velox fiducia corde,
Et par lætitiæ motio consequitur:
Non hic mæror adest, metuens non pectore sensus:
Siquid adest ira est, sed leuis illa nimis.
Hic est affectus: motum non arte salubrem,
Nec morbosa feri crimina cordis habet.
Semper spes, semperque iuuat fiducia, at ista
Sæpe fuit magni proxima causa mali:
Sæpe etiam cautela placet, nisi plurima, namque hæc
Et nocet, & multis est quoque causa malis
Expedit insidias potius, bellumque timere,
Quam malè in obscuram fisus abire necem.
Insidias aduersa mouent, latet anguis in herba,
Non videt hanc fidus, sæpe ideo moritur.
Fert laqueos terrestre solum, fiducia temnit:
In laqueos ideo labitur ista suos.
Ista bonis latum ingressum, camposque patentes
Efficit, at medijs sunt fera damna vijs.
Ista fuit sæpe euersis occasio regnis:
Mater pigritiæ est, & soror vna simul.
Bellonæ mores fidens, & bellica tela.

Despicit, at turpi vincitur ipse dolo.
Spreuit Alexandri ætatem, viresque Darius,
Verùm, ter pueri quæ timet arma, fugit.
Fidentes sternit Pauli ferus Annibal iras,
Fidentem Hispanum Lysia castra fugant.
Nil constans, fragili nulla est fiducia mundo,
Secura est nullis vita, salusque locis.
Quid ne erit, aut fuerit supero securius orbe?
Hoc tamen ascendens angelus orbe cadit.
Firmus erat gratis paradisi in vallibus, ast hinc
Pellitur ad miseram tristis Adamus humum.
Cor Christi paradisus erat, nec sufficit, inde
Mirandum Iudas corruit ante nefas.
Nil mundo securum est, sunt plena omnia damnis,
Diffusa est omni gens inimica loco:
Præstat vt ad varios animus se præparet vsus,
Et faciat donis mollia corda suis.
Vel nihil iniustum moueat, nil tentet inique,
Nil temere: viuit qui bene, fidus erit.
Tantum quisque timet, quantum nocet, inclyta virtus
Non metuet, viuit qui bene, fidus erit.
Si tamen ista satis non sint (fugit omnia mundus)
Summum compelles (hæc via certa) Deum.
Hic securus eris, certa hæc fiducia, semper
Hac securi omnes, hac sine nullus erit.

De liberalitate.

Liber, & augustus molli sic pectore sanguis

Gaudet

Gaudet, vt in duro mæret auarus amor.
Lætitia est, fortis tamen est audacia, fortes
Exposcunt semper grandia dona viros.
Est quoque supremo ponenda in sidere virtus,
Non homines, summum plus decet illa Deum.
Vt Deus, hæc prodest cunctis, omnique petenti
(Nec mala dura vetant) scit dea pulchra, fauet.
Est mare latroni, prauis Sol nascitur, omnes
Præclara hæc virtus, vt Deus ipse, iuuat.
Semper plena manus læta affert munera, semper
Plena voluntatem bursula cordis habet.
Dum lacubus fluitant hilares, dum fontibus vndæ,
Non cessant cursus, has habet amnis aquas.
Semper plena manus, nunquam tamen irrita, nunquam
Muneribus pauper, qui petat illa, deest.
Nec fera pauperies angusti encommia sensus
Opprimit, his fruitur pauper, inopsque bonis;
At potius vincit, quæ sunt dedit omnia, nemo
Plus dedit ergo, sibi nil manet vlterius.
Nec satis est si nulla inopi sint munera, namque
Sola voluntatis spes erit vna satis:
Hæc satis: est operum genus altum, cedite regna,
Diuitiæque, bonum (cedite) vincit opus.
Ergo esto augustus, fœlix eris, atque per æuum
Diues, quas dederis semper habebis opes.
Adde quod ipse tuos carpes (dant semina) fructus:
Innumerum semen, qui dedit, ille serit.
Adde tamen leges æquas, præceptaque donis:
Cuncta iuuant æquos quæ tenuere modos.
Nulla sit imprimis tumido iactantia corde,

Quæque rapit vanum gloria vana caput:
Nec spes vlla datur, non vlla reciproca virtus:
Sinceras optant aurea dona manus,
Sint quoque muneribus coniuncta silentia donum
Conuenit vna dedit quæ manus, ipsa tegat.
Quæritur huic etiam, quæ dandi, & causa petendi:
Est stultum quod non hanc tenet illud opus:
Cuncta petunt certos fines, sic munera, frustra
Nil natura parens, nil Deus autor habet.
Sic locus accedit, sic æquum ad munera tempus:
Hoc breue sit, dat bis, qui citó, quique dedit:
Dic imó: est melius sané citò danda negari
Munera, quam cupido serius ipsa dari.
Insunt & donis animi: regina voluntas
Applicat, hæc qualis, sic quoque munus erit.
Adde modos tandem, constat moderamine virtus
Mensuram exposcunt munera grata suam.
Vltra si rapitur temerarius euolat error,
Prodigaque in lasso pectore forma iacet.
Cuncta modum quæ passa, iuuāt: placet æqua voluptas:
In medio chili, potaque vina iuuant.
Sic dabis, vt prosis, nec sit tibi causa nocendi,
Iam nocuit, multum qui dedit ille, sibi.
Nec iuuat, vt tractes aliena negotia, sicque
Vt causæ maneas immemor ipse tuæ.
Dum tibi non noceas poteris dare, maxima quāuis
Munera, sæpe aurum non nocet, æra nocent,
Nec ve nocent imæ vires in paupere, virtus
Hæc vires dantis, non capientis habet.
Vrbem concessit Macedo, non obfuit olli

Paupe

Pauperies, misero quæ nocet Antigono.

De ira.

Horrendum cum forte genus, speciemque inimicam
Sensus habet, superat mens tamen alta malum,
Ira fit, & primo vitalem tendit in ortum
Sanguis, & in tristi pectore mæror adest:
Tunc ingens oritur feruor, statimque per artus
Spiritus externos, & cruor omnis abit:
Inde rubent oculi, sunt rubri in fronte colores:
In superos subeunt feruor, & ira sinus:
Purpureas etiam cutis induit albida formas,
Nam fera vindictam sumit ab hoste manus:
Itque foras sanguis, refugitque abeuntibus iris,
Vnde genus recipit, nomen & ira suum.
Hæc fortes animos sequitur, cordisque calorem:
Iram taurus habet, sed timet omne lepus:
At turbat mentem, & sensus confundit inanes,
Et mouet ardentes cordis in arce rogos:
Corde ideo robur, viresque accendit, & artus:
Hæc supera accensus feruor in arce parit.
Nulli causa fuit mortis, multisque medella est,
Præsertim gelidos qui tenuere focos.
Est tamen irati rursus causa altera damni:
Hac crescunt biles, & calor auctus agit.
Hinc surgunt varij crescente in bile furores,
Et ratio, & sensus, consiliumque perit.
Insanit mens alta, alto sapientia monte

Corruit, est fomes ad scelus omne, furor.
Iniustæ veniunt irato iudice leges,
Nec patientis honor, nec sua dona vigent.
Forte est ira malum (solus fortissimus hostem
Deijcit) interna plus nocet ira domo:
Nulla fides, nihil est verum, praua omnia, tandem
Nulla sub irato gratia corde iacet.
Nec tantúm hæc animis veniunt mala, plurima corpus
Obtinet, est alijs sæuior ira modis.
Ardentes mitto febres, rapidamque phrenesim,
Et varium bilis quod facit aucta malum.
Horret in excelso species fœdissima vultu:
Vt fœda est ratio, sic quoque vultus erit.
Scintillant volucres oculi, expirantque venenum,
Atque tremunt rapido basia torua sinu.
Euomit obscuros naris iam fumida ventos:
Nescit stare suo feruida lingua situ.
Ore crepant dentes, nec vultus illa rubedo
Hunc decorat, multus non placet ille color.
Ergo lues absit, moueant nisi crimina, nec tunc
Mens iræ, mentis serua sit ira tuæ.
Increpet orator populos, & feruidus instet,
Est sancta ira, suos det tamen ipsa modos.
Si tamen hæc nullo possit vitarier astu,
(Sæpe tuos sequitur, seu leuis vmbra pedes)
Hanc saltem cohibe, & noli peccare, minoris
Non tibi laus animi est, quam si ea nulla foret.
Si quoque nec possis cohibere hanc, subst rahe causam,
Non facias vllum, dum furit ira, malum:
Nil damni efficies: sunt prauæ iudicis iræ;

Comme-

Commoda consilijs non venit ira tuis.
Nec minus iratos animos celer effuge, velox
Sit fuga, sitque hostis longior ipsa tui.
Fit verò ex leuibus celer iracundia causis, Iracundia
Vtque citò hæc repetit, sic perit ira citò.
In gelido potius corde est, liquidoque cruore,
Sæpeque flauenti mista tremore furit.
In pueris plus illa frequens, rapidisque puellis,
Et quo blanda sui pectore forma viri est.
Affectus trahit hæc similes, iramque imitatur,
Vtque nocet multis, sic iuuat ipsa, modis.
Inde venit subito velox discordia casu, Discordia
Non iracundis passio dissimilis.
Discordem parit ira recens, & acerba puellum:
Filius hic, mollis fœmina mater adest:
Est fera lingua soror, vitium est discordia linguæ:
Hoc puer, hoc seruat fœmina dira nefas.
Sæpius ira tacet, loquitur discordia, bellis
Vnde venit semen, principiumque malis.
Non patitur differre minas discordia, & altum
Cor turbat forti qui furit arce calor.
Si corpus spectes, spumas imitatur, & iram,
Atque trahit simili damna, bonumque modo.
Si spectes animos, fœda est hæc turpior ira:
Ira domos intra est, rumpit at illa foras.
Adde quod iniustè sæua est, alienaque semper,
Et quod commune est, hoc cupit esse suum.
Hæc valet excelsos regum postrare coronas,
Magnaque postremo fundere regna solo.
Separat vnanimes, armatque in prælia fratres,

Sepa-

Separat, huic totus non satis orbis erit.
Nec mors dura satis: nigras acherontis ad vmbras
Naso Ibin sequitur, nec satis ira, ferum.
Chara dei semen virtus, discordia semen
Dæmonis est, orcos hæc petit, illa polos.
Nulla Deo prodest occisi victima Tauri,
Nullaque sacriferæ pars erit æqua preci.
Perturbant etiam tranquillas iugia mentes,
Ingenuum litis non decet vlla virum.
At decet illa graues etiam, doctosque magistros,
Non ea, sed libris quæ venit illa tuis.
His animus floret sapiens, his litibus artes,
His venit omne bonum, gloria, fama, decus.
Hæc placet, & cunctis iucunda est passio, leges
Dum tamen, atque suos seruet vbique modos.
Est locus, & tempus, clara est sententia veri:
Contra verbosos non bona verba viros.
Est odium ira grauis, qua non truculentior extat
Altera, deterius non fuit orbe genus.
Est odium ira vetus, veterisque occasio morbi:
Ergo deterius, quam breuis ira, malum.
Vindictas longé differt, astuque, doloque
Vtitur, & gelida pectoris arce sedet.
Prauum ideo semper, nec cuiuis vt ile morbo,
Semper mærores, & mala plura tulit.
Semper diri animi, semper fraus improba sensus
Implicat, est animis passio dira tuis.
Est fuga longa Dei, peruersaque dęmonis ira:
Odit qui fratres, non amat ille Deum.
Inducit falsas etiam sub pectore mentes:

Omne

Omne malum,quidquid si facit,hostis habet:
Est facies inimica ferox,non hostis honores,
Non decus,aut laudes,non bona cuncta placent.
Cætera fœdarum generosos crimina mores,
Atque animam,hanc odium lædit,& interimit.
Ergo non habeas odium,fera pestis imago est:
Non hostes habeas,altera pestis erit.
Sis bonus,& fœlix,sic te non oderit vllus:
Sin minus ipse simul stultus,& hostis erit:
Laus,& fama suo semper socientur ab hoste:
Inuidia est,stulti crimen,& ira viri.
At si forté malum nequeas(scatet hostibus orbis)
Pellere,sit tacito maior ab hoste fuga.
Insidias nullus poterit uitare latentes:
Sæuior,á tergo qui venit hostis erit.
Non græci vires,fera non Agamemnonis arma,
Intrauit Troiæ mænia fictus eques.
Excidit occultis supremus Cæsar ab armis,
Ter centum fabios abstulit vna dies.
Quid moror? insidijs hominum venére ruinæ:
Sub pomo virus,causaqne mortis erat.
O tellus vtinam,ò tumidi lympha horrida ponti
Sorberent omnis viscera falsa doli.
Nec quamuis humiles fas est contemnere vires,
Sæpe leuis morbus,seu leuis hostis obest.
Ergo prauum odium,prauis inimica procellis
Agmina,non pace est gratior vlla dies.
Hæc hilares redditque animos,vultumque serenum:
Nullos hæc morbos,hæc mala nulla dabit.
Huic similis tumido furit alta superbia corde,

Quæque rapit vanum gloria vana caput.
Sed maior flamma,& rapidus sub pectore feruor:
Nescit stare suo forma superba loco.
Antiquos mores,priscique exordia fumi
Seruat adhuc,superis non valet esse polis.
Vnde prior cecidit,rursus contendit in altum:
Cogit amor patriæ,nataque flamma subit.
Inde suum nomen,dicta inde superbia,fertur
Nam supra,at simili concidit acta gradu.
Qualis ab æthereo primùm gutta humida cœlo
Labitur,atque humili iam natat aucta leuis.
Hanc calor aggrediens fumum rapit, ille per auras
Euolat,& medio sistit,vt ante,polo:
Hic frigus gelat hunc:nato tunc pondere rursus
Terram adit, assimili qua subit ipse via.
Illa tamen nunquam cœlos,aut sidera vidit
Amplius,in superis non stetit alta locis:
Rectum iter amisit, diuerso tramite nigram
It lethem,ad mæstas est via cæca plagas:
Inde ferox rapitur,totumque effusa per orbem
Implet fumosis ardua corda rogis.
Est via celsa nimis,procerum magna atria lustrat,
Et superas regum,difficilesque domos.
Nec sola hæc volitat,sed curru ducitur alto,
Et tenet hic quatuor currus inanis equos.
Primus amor superi dominatus,altera laus est
Propria,seu propriæ laudis iniquus amor:
Tertius assistit reliqui contemptus honoris:
Impatiens quartus,cui iuga nulla,furor.
Adde rotas totidem:prior est iactantia terrens:

Vna

Vna sibi cunctos arrogat alta modos:
Tertia sublimi verborum nititur astu:
At quarta est leuitas, nam leuis ille vapor.
Lucifer auriga est, seu vultus forma superbi:
Mundus in hoc curru, seu sua pompa, volat.
Infrænes sunt oris equi, sunt inuia claustra,
Dux malus est, æger, qui sedet, orbis adest.
Sic vehitur, repetensque imum supera aspicit, altum
Contra humilis subiens despicit inferius.
Sic vehitur, ducitque simul vitia omnia secum:
Exitus hæc omnis, principium mali.
Præsidet in summo regina superbia claustro
Circunstat magnam cætera turba ducem.
Nobilis, hæc, diuesque, alijs sed pessima, namque
Sola boni vitiat, quæ bona facta, viri.
Vna oculos vitiat, clarosque in lumine visus,
Seu mala trabs oculos quæ iacet ante duos.
Nec damnis caret, hæc potuit populosque, ducesque
Verteae, & excelsis pellere multa locis.
Ascensus monet exitium, casusque minatur:
Spectatur summo magna ruina loco.
Tentarunt diuos armis, cœlumque gigantes,
Hos tamen accensis corripit æthna rogis.
Tentauit superos Babylon conscendere tractus,
Muta tamen linguis non valet ire suis.
Mergitur in rubea terrens Pharaonius vnda:
Pendet Amam tristi, nec valet aura, cruce.
Occubuit fortis saxoso marte Golias:
Hæc fuit Antigonæ proxima causa necis.
In solido nunquam stetit alta superbia, semper

Labitur ad miserum, seu prior illa genus.
Infesto nocet ipsa etiam bello horrida, virtus
Est humilis menti suauior vmbra tuæ.
Ergo fuge, in superos nec sit via celsa, profundo
Firmum iter est, superis est leuis aura locis.
Huc vani accedit quæ vana est gloria mundi;
Gloria iam dici si vapor ille queat.
Forma superba latet, fuit extra hæc gloria, multis
Sublimes faustus, diuitiæque patent.
Pulchrior hic currus, plus hæc formosa rotarum
Limina, pulcher equus, pulchrior vnus eques.
Auro ardent phaletæ, & demissa monilia collo:
Frons cœlum est, totum lucida gemma caput.
Sic præbet se se populis, totamque per orbem
Explicat, vt cunctos nota sit ante viros.
Vt cuncti sanctam venerentur, & omnia soluant
Debita, seu laudes, seu fuit altus honor.
Fallitur ipsa tamen, non mundi est gloria, semper
Mæsti lætitijs iste quid addat, habet.
Num quid se fortem quisquis iactauerit? ægrum
Quem tenuis morbus, quem febris vna facit.
Cur diues? quem fur inopem, & peruersa tyrannis
Reddidit, aut fœlix qui miser esse potest.
Est homo, terra; solum, cinis est; hic fumus, & aura:
Nil homo, nil tellus, nil vapor, aura, cinis,
Nilque superbus honor, nil vana superbia, nil sunt
Diuitiæ, regnum, laus, honor, arma, decus,
Hæc vana, immensi vera est essentia diui:
Stat sola in solo gloria vera Deo.
Soli debetur virtuti gloria, mater

Hæc famæ est, summus, qui dedit omne, Deus:
Est dator ipse Deus: bene qui certauerit, isti
A summo dabitur gloria magna Deo.
His venit elato ridens iactantia vultu,
Et flantes buccas, oraque lata mouet:
Proijcit ampullas, & verba sonantia promit:
Nec solum os, totum corpus, & ora tument.
Hæc quoque se totam monstrat sublimior, ast hoc
Plus habet, & loquitur, vanaque verba facit:
Deterius pariter quidam est, nam turpia iactat,
At vana in magnis gloria rebus erit.
Promittit maiora, suis nec viribus æquat:
Ergo mentitur: nil habet, omne dedit.
Sic nocet, & tacitum fures conuertit in aurum,
Atque vocat cupidos in sua damna viros.
Adde quod est stultus proprios qui iactat honores:
Marcescit florens ore loquentis honor.
Egregiè Marius semper se gessit, at omne
Perdidit, hoc iactat nam semel ore, decus.
Laudes imminuit laudem iactare, putabis
Te fecisse nihil, tunc bene cuncta facis.

De audacia.

Nascitur ardenti furibunda audacia corde,
Plusque tenet rapidi, quam leuis ira, rogi.
Quando igitur vincenda venit res ardua, primùm
Feruet in excelso sanguis, & ira loco:
Hinc mentem turbat calor ingens, ipsaque prorsus

Turbida venturum non videt vsque malum.
Est ergo ira grauis, veloxque audacia, verùm
Lætitiam, & placidi gaudia cordis habet.
Exultat, rumpitque audax, promptusque resistit,
Et ferus, & lætus fertur in arma simul:
Denique non metuit seu damnum, siue pericla,
Siue minas, tandem nil timet, ergo hilaris.
Magna quidem virtus, sed non secura cadenti;
Sæpe fuit magni proxima causa mali.
Consilijs labor omnis eget, sensusque quiete:
At subitó ipse audax, & sine mente ruit.
Non laudo trepidos animos, & inertia factis
Pectora, mutur i sed bona consilij.
Non Fabius taciris, obsistens horruit armis,
Rem dedit, hâc audax Scipio perdiderat.
Audax é cœlo Phaeton, summa Icarus aura
Concidit, audaci non via tuta viro.
Sæpe tamen fortuna iuuat, sæpe ardua rumpit:
Sæpius audaci gloria, honosque venit.
At cum flamma furens, rapidusque increuerit ardor
Altera terribili passio corde furit.
Audacem insequitur temerarius, iste periclum
Non sentit, gelidam non videt iste necem.
Nulla audax metuit, videt attamen omnia: nullis
Pendet consilijs, at videt omne tamen:
Verùm hæc cæca ruit, nec sistit passio, nil huic
Obstat agens, nullos hęc videt vna metus.
Ergo insana lues potius, non regia virtus,
Vis mala, & ingentis cognita causa mali:
Causa mali, atque omnis ratio concessa pericli,

Et

Et plagæ ratio,sanguineæque necis,
Sæpeque perditio regni,populique,domusque:
Sparsit diuitias iam furor iste suas:
Iam fuit euersi manifesta occasio regis:
Contra omnes lybias non valet vnus homo.
Consistit medio virtus,hæc temperat omne
Extremum,seu audax,seu timor illud erit.
Qui modicos animus seruat fortissimus ignes,
Nullis iudicium turbat,agitque modis.
At semper viget,& claro videt omnia sensu,
De hinc ruit,& nullas horret,habetue minas.
Nullos illa metus noscit, constatque periclis;
Nec nisi consilijs,& bene cuncta gerit.
Nil audet temeré,aut metuit sine pondere,regis
Est via,sic audax dextera,læua timor.
Ista nec aduersis luget,nec frangitur armis:
Non tristatur inops,non mala sæua fugit:
Nec minus exultat lætis,gaudetue secundis:
Nullis alta bonis,diuitijsque tumet:
Stat semper,constatque ingens,simul omnia temnit;
Læta,& mæsta simul;seu mala,siue bona:
Huic nullis fortuna malis,nulla obfuit vnquam
Tempestas,rigidæ non labor vllus aquæ:
Quò fortuna,volat pariter:quó sistit,& ipsa:
Non sua sunt varijs subdita fata rotis.
Imò dolis crescit dubijs,duroque labore:
Hanc alit aduersum,solicitansque malum.
Inuicta est regina, malum super minet omne:
Stat nullis vnquam turbida facta modis.
Non aliter nigrum radians fugat aera phœbus;

Non

Non aliter candens addita flamma gelu.
Nec satis hæc: alios virtus concedit honores:
Non habet hoc solum passio nostra decus.
Prouidet vna bonis etiam communibus; vna
Omne iuuat, proprij non memor vsque boni:
Aspernitque dolos, & iusto dimicat ense:
Nec sine causa instat, nec sine lege ferit.
Non belli cupida est, lætæ sed pacis amica:
Rectum iter, iniustum non amat illa nefas.
Subiectis parcit clemens, sternitque superbos
Inclyta, nun flectit hanc rigor, at pietas.
Aequo pro pugnat, defenditque vtile, mentis
Est sané vna piæ, iustitiæque comes.
Adde viros etiam læta sub pace modestos
Efficit, est omnis cognita causa boni.
Huic similis duro firma est constantia corde:
Plus habet; aduerso sæpe cruore viget:
Cor sæpe arescens sequitur, pectusque gelatum,
Et duros artus, non puerile decus.
Vna ideo præstat, totoque immobilis æuo
Vnica, nec varijs altera facta modis.
Non locus, aut tempus, non rodens sufficit ætas,
Nullaque vis mutat, nulla ruina premit.
Qualis adest turris centro defixa profundo,
Aut ingens quercus, vel ratis alta mari:
Non boreas: eurusue nocet, non africus horrens,
Non ferus aduerso turbine ventus obest.
Plus habet, á forti nonnumquam dessidet ira:
Illa bonis virtus, hæc solet esse malis:
Sæpe viget prauis, nec cedit lumine, constans

Non ideo fortis,sed fuit,ipse tenax:
Non mutant meliora animos,non fortia corpus:
Immotum corpus,mensque sepulta iacet.
Ergo non virtus,sed desperatio constans:
Iam fortis virtus non erit,imó tenax.
Pulchrum erit ingenium,& fortis constantia virtus,
Virtutis fuerit cum soror,atque comes.
Cumque iræ iuncta est veloci audacia velox,
Sæua sub arenti passio corde iacet.
Pestis iniqua,cruor succo est deterrimus omni:
Ira grauis mater,filius ipse rigor.
Vulneribus,plagisque minans,& sanguine gaudet:
Sanguineo semper voluitur atra mari.
Iniustus sine lege ferit,crudelis vbique
Causam habet,& nullum seruat in arte modum.
Supplicium,velut omnis habet moderamina,virtus:
Dura tamen sæui nullum habet ira modum:
Crudelis nullo satiatur sanguine: pœna
Non vlla est,vllo non satur iste malo.
Ergo non mentis vitium est,sed passio bruti:
Non homines,rigidas sed decet illa feras.
Vel si hominem deceat,duri sit passio vulgi:
Longé á principibus sit tamen ipsa tuis.

De amore.

Cum similes animi,quando æquus corpore sanguis,
Causa fit,& primi primus amoris amor.
Cum placet obiectum,cum delectabile multum est,

Sæpe graue est pectus, sollicitumque caput:
Tunc res difficilis motus trahit illa remissos:
Spes addit vires, si fuit altus amor.
Partim ergo salit aura foras, succique sequentes:
Partim aer intrò mæstus, & humor, eunt.
Qua propter modò lædit amor, modò viuida reddit
Corpora, nnnc morbus, nunc erit ipse salus.
Semper obest sæuus mæror, tristisque voluptas:
Seperm lætitiæ, & gaudia læta iuuant.
Hoc tamen effecit reum inuidiosa potestas:
Omne etenim latum, nil graue sentit amans.
Nil huic difficile est, sed delectabile totum:
Nulla est causa grauans, non labor vllus obest.
Si labor est lætans amor hunc in gaudia vertitr
Si dolor, hunc risum, lætitiamque facit:
Si fera pauperies, aurato munere complet:
Si longum nimis est, hic breue reddit, iter.
Nec fædæ species obstant, toruique colores,
Formosam speciem quidquid amatur habet.
Nec quamuis lædat, nocet hic, nec displicet vnquam:
Non malus, infestus non amor esse potest.
Denique sæpe iuuat, nunquam nocet improbus, vllum
Non inconueniens quidquid amatur habet.
Non aliter piscator aquas, non frigora sentit,
Non venator iter, spiniferumque nemus:
Hic oblectatur ceruis, hic piscibus, omnes
Quidquid amant regimen, lætitiamque putant.
Fallitur ille tamen (tegit atrum lumina pondus)
Nec videt obiecti plurima damna sui:
Somniat hic vigilans, suspectaque somniat, & scit

Quid cupiat,sed non quid sciat ante,videt:
Semper in optatum fertur,profugasque per orbem
Raptat,& amissas inuenit arte vias.
Non ratio est,non mentis opus,cæca omnia pendent:
Cæcus amor iustum nescit habere modum.
Non hic consilijs cedit,rubeoue pudori:
Non huic consilium,non pudor vllus inest:
Necue potestati cedit,sed vincit eandem:
Vires,arma,duces;omnia vincit amor.
Fortior hic telo est,hic milite fortior omni:
Fortior hic marte est,mars dedit arma,fero.
Non horrens ferrum,non vis adamantina,nil est
Durius,incunctis omnia vinc[illegible]or.
Nulla hunc pœna grauis minuit,non vulnera terrent:
Non dolot, aut morbus, non labor ipse premit:
Respuit hic iaculum,duros hic excutit enses,
Irridet mortem,cunctaque vincit amor.
Est clypeum obsistens contra,loricaque fortis;
Vis nulla hunc,cuspis rumpere nulla potest.
Fortior hic morte est,licet hæc fortissima,Nisus
Pro socio sæuæ crimina mortis habet.
Scæuola pro patria regem moriturus in hostem
Irruitatque feri sustinet arma rogi.
Sanguineos vultus,fædataque lumina finxit
Zopirus,& regi tradidit arma suo.
Adde quod est liber,regno nec paruit vlli,
Non opibus:nullum cogit amare nefas.
Sic rerum incedit dominus,cunctisque superbus
Imminet,inferno est maius in orbe nihil.
Cuncta premit regnis,& cunctis sufficit vnus:

Vnicus

Vnicus hic terris imperat, atque mari.
Vlterius lenes animos,& mollia reddit
Pectora,Mauortis nil habet iſte feri:
Qui fuerat ſegnes,vigillat;qui rupibus altis
Vixerat,vrbanum nunc habet ore decus:
Quique truces,placidi modò ſunt:incuria,& omnis
Prauus abincepto ſenſus amore fugit:
Omnes accedunt cultus,grauitaſqne,decorque:
Ingenij vires commodus auget amor:
Multa trahit cæci ſuprema potentia regis:
Gratus diuerſis eſt puer ille modis.
Hæc amor:at quando bini iunguntur amores,
Atque ſuis volita[illegible]utua tela vijs,
Surgit amicitiæ genus alto á ſanguine,quo non
Altius humano cernitur orbe genus:
Nil maius toto,nil eſt iucundius orbe:
Hac(ſi forte datur)vita beata manet:
Hac exul præſens,hac viuit mortuus,iſta
Res paruæ creſcunt, creſcit & imperium.
Tot periere vrbes bellis,tot ſanguine campi
Effuſſo,liquidis tot freta rubra feris.
Hæc animos,mentemque altam,corpuſque tuetur,
Namque animi cuſtos nomen amicus habet:
Hic magis,aduerſum reddit tolerabile damnum,
Et grauia illa minus,quæ mala dura ferent:
Rebus in aduerſis præſtat,pariterque ſecundis;
Auget lætitias,gaudiaque auget amor:
Hoc fiorent mores,& claris fama triumphis.
Augetur virtus,crecit amicus honor.
Qualis in æthereo fulget Sol aureus orbe,

 Talia

Talis amicitia est, lux, fauor, aura, decus.
Si fugit ille, nigris eclypsibus omnia mærent:
Omne bonum pariter, si fugit ista fugit.
Hac sine mens languet, lenti sunt tædia sensus;
Mors vita est, lassans est opus omne, labor,
Est tellus peregrina, soli manet inuius axis:
Nec mare veliuolum, nec sua vela iuuant.
Hac sine bella vigent mundo, & discordia regnat:
Non vrbs stare solo, non domus vlla potest;
Hæc vna ad miseram ducit solatia vitam:
Hæc pectus mærens, tristia corda videt:
Est pænæ medicina leuis, morbi[illegible] medella:
Qui tenet hanc diues, qui ca[illegible]bus erit.
Hac lætus mærens, valet æger, abundat egenus,
Omne malum sensus ponit, & ira suum.
Hæc ergo laudes, & vim transcendit amoris:
Ista iuuat semper, sæpe nocebit amor.
Viuere non soli, sed multis conuenit, omne
Si commune bonum pulchrius illud erit:
Ille beat sané cunctos qui noscit amicos:
At satis est omnis si simul hostis abest:
Non minus ij prosunt qui non nocuere inimici,
Quam tibi qui nullam fecit amicus opem.
Si veró nullus fuit hostis, & omnis amicus,
Hæc (si forté datur) vita beata manet:
Hæc si verus amor, fidus si pectore sanguis:
Sed nulla est veri forma nec vlla fides:
Heu magis ista feris residet, sterilesque per agros,
Per nemora, & siluas, æquoreosque sinus.
Andronio parsit rabiens Leo, parsit & iræ.

Et

Et memor antiqui muneris arma gerit,
Blanditurque patri,nec fidum abrumpere pectus
Audet,amara nigro sit licet ore fames.
Sic lupaRomuleos aluit sine crimine reges,
Nec ferus in natos mos furit ille suos.
Per mare delphines adamant hominemque, virumque:
Solus homo lupus est,& ferus ipse Leo.
Nec tantúm hæc bruti laus est, sibi sumpsit eandem
Quod nullos sensus,cordaue corpus habet.
Magnetem quærit ferrum , & sectatur euntem,
Electrum paleæ(nec manus vlla)suum.
It lapis in terram velox,centrumque requirit:
In superos fugiunt ignis,& aura locos.
Gaudet humus pluuia, florent sicci imbribus agri:
Solus homo fratri est hostis,& ira,suo.
Omnis amicitias amat orbis,& omnis amorem:
Semper vera fides,semper amica iuuat:
Sola fides vera est quæ casu immobilis omni
Constat,& ad nullum mota sit inde malum.
Nonhanctempus edax abolet,pelluntve ruinæ,
Nec fera mors istam,quæ rapit omne,vorat
Rebus in aduersis verus lucescit amicus,
Fælici incertus tempore semper erit.
Semper amicus adest verus,nam diligit omni
Tempore,non damnum,non labor vllus obest.
Non graue tormentum,non hunc honor improbus auri
Separat,aut virtus,aut alienus amor,
Aeque amat absentes, est æqua in diuite virtus,
Ac misero:æquê æger,sanus vt ipse,placet.
Absit ab hac etiam grati spes altera lucri:

Qui

Qui verus, gratis semper amicus erit.
Sæpe fides perstat dum sunt noua munera, sæpe
Munere sublato, vadit amicitia.
Vertit amicitias etiam laus parta, decusque,
Et tempus fœlix, diuitiæque pares.
Huc etiam faciunt similes in moribus auræ:
Non iusti iniustus verus amicus erit.
Nec bene conueniet misero cum paupere diues
Nam ducta alterius quæ mala sentit amor:
Alter amicus adest nec idem distat ab ipso:
Sic fortuna eadem, sic sua fata placent.
Adde etiam longis quæ sunt commercia sclis:
Antiqua, & florens præstat amicitia.
Non bene mutantur longum contracta per æuum,
Nec morbi longas qui tenuere moras.
Tardé amor infigit plantas, & amica voluptas
Serius, hæc breuiter perditur, ille citò:
Perditur, immanisquandò est, nec verus amicus:
Nulla tamen verum perdere causa potest.
Falsus adulatur potius, speratque datoris
Munera, si desint, & simul ipse deest.
Non medium æger amat, non ditem pauper, at iste
Diuitias, æger dona salutis amat.
Hæc amor: in superis virtus chara emicat astris:
Accesos homines hæc habet, ille feras.
Ista etiam cœli superos conscendit in orbes,
Diuinusqueque alto pectore surgit amor.
Dulcior hic reliquis, hic melle est dulcior omni
Non ferus huic mæror, non timor vllus obest.
Hic animam, corpusque iuuat constansque, bonusque
Huma-

Humanis varius qui solet esse iocis.
Dulciter iste capit teneros in gaudia sensus:
Suauiter vt laqueat, sic premit, atque onerat:
Fortiter adstringit, prudenterque erudit, altas
Hic mentes pariter, magnanimasque facit.
Hinc puri affectus veniunt, moresque benigni,
Clara operum virtus, ingenijque decus,
Indeque virtutum cumulus, sana inde voluptas,
Et tandem á grandi præmia summa Deo.
Iste prophetarum virtus, firmumque scientis
Numen, & in sacris vita, salusque rogis.
Est diuinus amor lux clara, est igneus ardor,
Mel, Sol, & vinum, quinque habet vnus opes.
Purificat sordes ignis, lux luminat ardens,
Seu mel, dulcem animam gratia dulcis alit.
Lætificans recreat vinum, gratoque soporat
Nectare: Sol hilarat, Sol iuuat, atque calet.
Hic thesaurus amor, gemma hic pretiosior auro:
Qui tenet hunc diues, quo sine pauper, erit.
Plenus alit semper, grata est elemosina semper,
Quid det semper habet, munera semper habet.
Est lene vnguentum morbo, & medicina salubris:
Nec morbos tantúm, mors fugit atra, fugat.
Nec non antidotum est, animæ sunt crimina virus,
Hæc fugat altus amor, mæstaque corda fouet:
Iste sitim extinguit vitæ, hic alimenta ministrat:
Fons est ad potus, & seges vna cibis.
Bellantum est virtus, omnis concordia pugnæ
Et custos populi, pacificansque bonum:
Est fidei lumen, moritur sine lumine mundus,

Et sine corde animans, & sine amore fides.
Denique cunctorum semen, radixque bonorum:
Hoc sine non virtus, non valet vlla fides.
Hic truncus, reliquæ frondes, ramique virentes:
Non tamen hæc trunco deficiente virent.
Nec summo natura potens in robore vincit:
Naturalis amor fortis, at hic superat.
Gratia naturã vincit, diuinus amorem
Vincit amor vanum, solicitansque malum.
Fortior est virtus, nec terris imperat imis
Hæc tantùm, in superum iura habet vsq; Deum.
Non hanc tormentum, non sæua iniuria vincit,
Non grauis ira minãs, blanditijsque fauor.
Non exempla feram, numerus mihi suppetit ingens:
Est ingens virtus, christiadumq; cohors.
Despreuere hostes rigidos, spreuere tyrannos:
Non vis vlla nocet, non rigor vllus obest,
Nec mors dura: animas imo hæc de pectore fortis
Separat, vno animas iungit at illa duas.
Vna humiles tollit suprema ad sidera terras,
Vna polos terris æquat, & vna Deum.
Aduersis patiens virtus, moderata secundis:
Nil nocet, est humili fortis in arte manus:
Rebus in afflictis læta est, materque benigna
Hostibus, omne bonis ista malum superat.
Nulli hostis, nulli sæua est inimica, sed vna
Est portus cunctis, auxiliumque reis.
Ista pié sæuire solet, patiensque per iras
Constat, & ima iacet, dum volat altus honor.
Hãc ergo accipies animo, cœlumque videbis:

Non desiderijs terra sit æqua tuis.
Quantum quisque oculos imum deflectit in orbem,
Hos tãtum á superi detrahit axe poli.
Qui terrena colit, superos contemnit honores:
Est via longa, istam si tenet, illa deest.
Si tibi mundus amor fuerit, si proximus, iste
Sit propter summum, est hæc via certa, Deum.
Hic illum generat terris, additque calorem,
Illeque diuinum nutrit, & amplificat.
Stat supra diuinus amor, sequiturque secundo
Proximus, & charus, vt quoque verus amor.
Parent cuncta homini, quem propter cuncta creatur:
Idem, est causa hominis, quó sit amicus, homo.

De desiderio

Præteritum tempus, lapsosque inquirit amores
Quæ desiderijs mens fuit apta pijs.
Sæpius hæc tristis comitatur sensus, & illa
Quæ bene compositas irrigat vnda genas:
Sæpeque fœlices annos, puerumque iuuentam,
Sæpe alijs sequitur gaudia facta vijs:
Quæ ergo gignit amor, quæ mæror damna, bonumque
Hęc desiderio iuncta fuere tuo:
Ducit vtrunque genus, partem sectatur vtranque:
Sic mæroris amor, mæror amoris erit.
Nonnunquam tamen vna fuit spes addita virtus,
Quæ vires minuit, debilitatque suas:
Si longum contra spes sit protensa per æuum,

Tunc desiderium crescit,& ardet amor.
Qui longo affectus succumbit tempore , non hic
Est desiderium,tunc erit alter amor.

De amore quem heroum vocant, & de omni libidinoso appetitu.

Alter amor veneris fœdæ,Martisque superbi
Filius intensos gignit,alitque rogos.
Mens patitur pulchro vultus pellecta decore:
Indeque fit binis passio nostra modis:
Est amor hic duplex,gemino distinguitur actu,
Altera mens etenim læditur,vna perit,
Læditur vna,modos,& legum tempora dixi,
Nunc fœdam speciem,nunc iuuenile nefas.
Ergo cum pulcher formoso in pectore vultus,
Vel stetit ante oculos fæmina grata duos,
Illuc se velox tota cum mente voluptas
Vertit,& hanc sequitur pars animosa viam
Hos sanguis sequitur motus,& spiritus ardens,
Seu vasto volitent pectore,vel cerebro,
Confusique locos variant,& turbidus alto
Fictricem ventus turbat,habetque viam:
Hinc ratio confusa manet,fallaxque voluntas
Iudicium sequitur,turpeque consilium.
Mens iubet,inferius sequitur moderamina regnum,
Et naturalis testibus ardet amor:
Tunc noua de molli prorumpit spermate virtus,
Titillatque furens turbida membra cruor:

Conti-

Continuò turgent auræ,& ſpumantia vaſa
Seminis,omne ſimul corque,caputque furit.
Inde malum lapſo refugit cum ſanguine, ceſſant
Lætantes iræ,lætus & ille furor:
Lenta venit requies animis,& amara voluptas;
In gelido triſtis viſcere ſenſus ineſt:
Confeſtim ſubeunt laſſatum frigora corpus:
Miſta vno,& turpi ſunt mala plura bono:
Adueniunt cunctis diuerſa incommoda membris:
Peruerſus varijs eſt puer ille modis.
Lumina deficiunt oculis,gaudenſque voluptas
Pectore,ſub primo deficit ore calor.
Inde graues rumpit ſomnos,& lumina condit:
Inde facit tenues,non decus ore, genas:
Abſumit pingues artus,molleſque medullas:
Debilitat cerebrum,debilitatque iecur.
Vis magna in puero,totus non ſufficit orbis:
Humanas vires ſternit,& arma furens.
Robuſti cecidere viri,cecidere leones:
Et ferrum,& martem ferreus haurit amor.
Iſta malum(ſunt plura ſatis),quæ damna ſequuntur.
Plurima ſunt,veniunt quæ ſcelus ante ſuum.
Ingens continuò eſt labor,& peruerſa cupido,
Quærit amans vanum,ſolicitanſque malum:
Nulla quies feſſo remanet ſub pectore,virtus
Nulla,quies animo non manet vlla ſuo.
Militat omnis amans,& habet ſua caſtra cupido
Non tamen iſte decens,non probus iſte labor.
Quis niſi vel miles,vel amans,aut frigora noctis,
Aut feret inſomnis tempora longa viæ:

 Falli-

Fallitur ipse tamen dum quærit gaudia fallax
Ludit amor, breuis est, mæstaque causa simul.
Nescit amans tempus, transit breuis illa voluptas,
Fixaque sub mæsto pectore pæna manet.
Fructus acerbus inest luxu: post gaudia, bilem
Sensit amans, habiti pœnituitque mali.
In luxu mors sæua latet, nam dulce venenum:
Fel in corde natat, mel licet ore sonet.
Hæc mala: peccatum non est hoc turpius vllum:
Luxuria in reliquis præualet vna malis.
Omne trahit damnum, mentes hæc perdit, & vna
Diuitias, animam, corpus & vna suum.
Est inimica Deo, & cunctis virtutibus: ingens
Obruit hoc solum cætera dona malum.
Fœdarunt animum, & iustos scelera omnia mores:
Personas, animum, membraque fœdat amor.
Hic rogus inferni est, lato gula subiacet ore
Quæ saturata cibis, atq; sepulta mero est
Flamma est altus honor, tumidique superbia vultus:
Turpia scintillas, vanaque verba mouet:
Dat fumos turpis, veloxque infamia, nidor
Est cinis, extremum dira gehenna malum,
Nec tãtis contenta vnquam desistit in æuum
Durat, & á nullo fine coacta fugit:
Importuna lues nunquam satura, ignea nunquam
Flamma, nec inferni grandior ira rogi.
Nec minuit nimius vires vsusque, laborque:
Vsu accrescit amor, luxuriæque nefas.
Ast quãuis barathri flamma hæc, & turpis imago,
Non sedet, hos sentit non leuis aura rogos.

Inde venit, mundumque volat succensa per omnem,
Vixque vlli parcit, seu fera pestis, humo.
Inde venit, lætoque sedet pulcherrima curru,
Seu fera vis nati, seu fuit alma venus.
Ille rotas quatuor: prior alto ab domine surgit:
Est gula fert epulas, fert, sua dona, merum,
Altera mollitiem vestis, lætumque decorem
Fert, & odoratis aurea poma notis.
Terna venit coitus, fædæque libidinis ardor:
Quarta venit nullo mista labore quies.
Bina ferunt currum fœdis animalia formis,
Vitæ prosperitas, exuperansque domus.
His duo subsidunt equites, quorum alter equos
Sustinet, immotos verberat alter equos:
Est piger vnus eques, torpensque ignauia, fidens
Est eques, insidum fert tamen alter habenas
Ipsa autem sedet aurato diademate fulgens,
Aurati volitant fronte micante pili:
Inspirant radios oculi, ardentesque sagittas
Puniceas albo seruat in ore rosas:
Inde hilares veniunt risus, & gratia triplex:
Innumerum fundit corpus in omne decus;
Sic rapitur pestis totos effræna per orbes,
Vnde est omne nefas, & genus omne mali.
Si repetas primi celebrata exordia mundi,
Non his inuenies, hæc dedit, orba malis.
Quattuor hæc hausit succensis ignibus vrbes,
Hausit & vndoso terram, hominesque mari:
Pentapolim euertit totam, populumque Sichennem,
Et Madianithadis pectora fæda soli.

Benia-

Beniamin perit vna tribus, perit Helia proles,
Et perit iniusto fortis Vria dolo.
Ipse ruit Salamon, ruit alta scientia, magni
Nec patris á tanto mens vacat alta malo.
Nil hostile potest robur, valet vna cupido:
Dalida Sansonem deijcit vna suum.
Effugit insignis Romano á milite pœnus,
Sed non de victo Roma, triumphat amor.
Cætera quis nescit, tot bella, & funera Troiæ,
Tot sæua arma, neces, vulnera, damna, rogos.
Ergo praua lues, iustis in legibus æques:
Fert æquos mores (est noua causa) Venus.
Non Venus omnis obest, animis licet vnica virtus:
Lex est vxorum, connubijque decens.
Sic stirpes longum viuunt, prolesque per æuum,
Factaque connubijs iam fuit æua suis.
Corporibus nec ve omnis obest; iam tempora dixi,
Iam leges æquas, finitimosque modos.
Hæc, si læsus amor, si mens peruersa ferarum
Fertur in optatum, seu fera dira, nefas.
Verúm cum ratio, cum sensus corruit omnis,
Iamque viget morbus, nec manet vlla salus,
Tunc amor herous (placæit sic dicere morbum,
Non etenim hoc patitur rustica turba malum)
Adde melancolicis causam. furiæque minaci:
Non lirans aliud mens petit inde bonum.
Hinc senos motus, & vim transcendit amoris,
Hic fixos animos, pressaque corda tenet.
Stultitia est potius: ratio fugit ægra, nec ingens
Vsque videt, frontem quod tenet ante malum,

Amor herous, seu amoris melancolia.

Non

Non gaudem furiam, fædum non cernit amorem:
   Mersa sub horrendo mens iacet illa mari.
Sic fatui torpent animi, sic ebrius omnis
   Sensus, & insano fit vitium simile.
Néc desunt etiam tristi simptomata morbo,
   Plena vomunt fumos viscera, vena luem.
Horrida languentem rumpunt fastidia chilum,
   Hunc amor, hunc tristis mens alit atra rogi:
Oraque dant gemitus, mæstum suspiria pectus,
   Et vagus audito pulsus amore tremit,
Inde rigent artus, extremaque corpora, lenis
   Effugit in mæstos aura, colorque sinus.
Nonnunquam insano rapitur pars alta furore:
   Tanta sub insano pestis amore latet.
Non amor iste igitur, non cordis passio fiens
   Sed facta, & morbus, quem tamen egit amor:
Est potius cæcæ peruersa obliuio mentis,
   Nam cæca hæc aliud nescit amare bonum.
Hæc amor: insani si quæras vulneris herbam,
   Et tanto auxilium (mens iacet ægra) malo.
Neglige Nasonem (dedit hic medicamina morbi)
   At si forté boni, tu cape, quidquid habet.
Summe bonos cultus, & turpes abijce normas:
   Consilijs etenim sunt mala iuncta bonis.
Adde tamen magnas sacro de lumine vires,
   Ablue diuinis, est malus æger, aquis.
Sunt quoque multiplices infensa ad vulnera campi.
   Est liber, hic multas dat tibi sextus opes.

Liber quintus

De gulæ & cupedijs.

de gula

Fames naturalis.

Cum multa in vacuo sæuit iam tractio ventre,
Hanc noscit statim sensus, habetque famem.
Hinc cupiens tristi rerum confossus amore
Surgit, & in varias vertitur ipse dapes:
Quæ si deficiant, corpus quoque deficit omne:
Vt mentem erodit, sic sua membra, fames:
Bilis amara furit, totumque accenditur hepar,
Absumptoque rigent arida membra sero.
Sic nocet, atque iuuat certo quoque tempore, prauos
Exhaurit succos, pressaque membra leuat:
Accrescunt sensus, crescit memor actio nulli

Pica, seu malatia.

Supremum fumi corque, caputque grauant.
Nascitur huic similis rugato viscere sensus,
Nam mordent acidi visceris ora cibi:
Inde canum rabies, flauoque malatia vultu
Prouenit, á putridis hæc fuit orta feris:
Praua lues molles stomachos, & viscera rodit:
Mordet fæmineos horrida pica sinus.
Morbus vterque alios morbos, mortemque minatur,
Ni ferat auxilium causa benigna suum.
Prima fames epulis, & mensæ desinit vsu:

Sitis.

Pica requirit opem, fert medicina suam.
Huic alius similis succedit viscere sensus:
Est sitis, aduersos dant tamen hausta modos.
Illa petit siccam molem, petit ista liquores:
Illa cibos, liquidas hæ maris optat aquas.
Cum verò iu plenis nulla est resolutio membris,

Nec

Nec ſtomachum triſtis cauſa, fameſque premit, Gula.
Si tamen ingenti captus dulcedine ſenſus.
Fertur in optatas ore iubente dapes,
Tunc gula, diuerſas quærens epulaſque, ciboſque,
Et lentos fontes, & vada rubra meri.
Senſus vterque mouet corpus, furit hepate ſanguis:
Quæ cupit alta ſuum vis mouet vna iecur.
Non videt infelix iucundos flamma ſapores,
Flamma coloratos non videt illa cibos,
Non videt, & renuit ſtomachus, gula cernit, & optat,
Nec contenta capit debita, multa capit:
Hæc varias fingitque dapes, ſpeciemque culinæ:
Non ſatis eſt aer, non ſatis vnda gulæ:
Non ſatis eſt omnis diuerſo munere tellus;
Silua tamen multis ſufficit vna feris.
Eſt immane genus bruti, peruerſa guloſus
Eſt fera, plus habet, eſt prauior vſque feris.
Excedunt ſaturæque feræ, ſaturique leones,
Non gula; ſtat nullis hæc fera plena cibis.
Eſt Deus huic venter, Deus eſt, templumque culina;
Hanc colit, & ventrem, ſeu Deus ambo forent.
Tot variat dapibusque modos, totque ipſa figuris
Condit, totque artes, tot facit vna coquos.
Hinc varijs ſunt damna modis, varijque labores;
Vnica diuerſis eſt gula praua modis:
Vna ſimul turbatque animos, corpuſque fatigat,
Diuerſis vna eſt apta nocere modis.
Hæc longam ætatem minuit, nec durat in æuum:
Sæpe fugit ſubitó lumen, & vmbra venit
Sæpe venit ſubitis mors immatura periclis;

Sin minus ingrato deijcit ore cibos:
Ad minus ingentes parit omni corpore morbos,
Quos sextus, quartus quos liber alter habet.
Hoc vnum certum est: præstant jejunia, multos
Et grandes morbos fercula multa parant.
Sæpe ouium pastor longæuos durat in annos,
Solaque dat pani lactea dona suo:
Sæpe etiam monacho (quamuis labor opprimit in gens)
Attulit hic simplex secula multa cibus.
Nec tantum morbos generat, perditque salutem,
Hæc etiam cunctas, nil satis, haurit opes.
Vtque dapes nullæ, sic nullum sufficit aurum:
Prodiga crudeli sunt mala mista gulæ.
Nec minus offendit summi alta palatia regni:
Vt stiomacho, est animis sic gula praua tuis.
Hæc aciem obtundit mentis, cerebrumque soporat:
Non habet ingenium qui satur ille bonum.
Nil animus cernit superum, nigroque sepultus
Eructat virus, elluuiemque, luto.
Virgineo castos etiam de pectore mores
Eijcit, est saturi, non famis vlla venus.
Vt ventri vicina suo genitalia, sic sunt
Crimina, sic venerem dat gula fœda suam.
Hæc stomachum extendit flatu, de hinc membra pudoris,
Vnde venus modicis, quæ moderata viris.
Denique cuncta iacet pleno sub pectore virtus
Obruta, ad innumerum est hæc iter vna scelus.
Inde neces diræ veniunt, inde horrida bella,
Inde omnis sequitnr perfidia turba mali,
Hæc primo eripuit paradisum, & gaudia patri,

Et dedit in miseris aspera fata locis.
Amisit patrisque manum, & primaria dona
Esaus, hoc sanè lens tulit vna malum.
Gustauit fului Ionathas liba aurea mellis,
Ast dedit extremos huic fauus ille dies.
Balthasar exitium, mortemque in pariete vidit,
Inter conuiuas, hæc via mortis, erat.
Dauid aquæ optauit potum, non fluminis vndas,
Attamen istam Rex arguit ipse gulam.
Magnus Alexander Clittum interfecit amicum,
Iraturque nefas, pœnituitque mali:
Plenus erat, plenis aderant conuiuia mensis,
Damnum hæc sæpe ingens, vt gula sæua, mouent.
Ergo luem fugito, res est nimis ardua, multos
Hæc ferit, innumeris est gula praua modis.
Adde malum, ventri labor est seruire guloso:
Nil satis huic dapibus sæpe quid addat, habet:
Sæpe modos optat, semper mensam expetit, vllis
Non satura est, vllis non gula plena modis.
Præstat dura fames, præstant jejunia, corpus
Sæpe iuuant, animos semper, & ora iuuant.
Ast fera diuersis veniunt fastidia causis; Fastidium
Diuersas causas fert sitis, atque fames.
Vel plena exposcunt nullos iam corpora victus,
Nec luctat primo tractus, & ira foco:
Vel (licet illa cibos quærant, resolutaque membra
Auxilio arescant deficiente suo)
Bilis adest, lassaque volat calor horridus aluo,
Queis langunt sensus, fractaque ruga perit:
Aut sunt innumeræ, quas virtus concoquit, vndæ:

Sic memor externi non manet ista cibi:
Quidquid, naturæ res est inimica, nec vlli
Profuit, est ægri passio dura cibi.
Cum formam horrendam sensus, turpemque prehendūt,
Tædium. Venter habet multis tædia sæua modis.
Lædit turpe genus, fugit omnis spiritus intro,
Dum tantum stomachus sentit, habetque malum:
Cumque foras illud contendat pellere, trudit
Quod tenet, & toruo liber ab hoste manet.
Hinc trepidi vomitus, hinc fædo nausea flatu:
Sæpe tremor auus, diliquiunque venit.

De forti imaginatione.

Cum corpus menti, atque animis obtemperet altis,
Nascitur, vt verum reddat imago locum.
In certas animi coeunt, & corpora leges:
Quò Sol, quæ sequitur vadit, & vmbra simul:
Mingentes ideo cernens quoque mingit, & ille
Oscitat, ad similem qui videt ora modum.
Torpent ex sonitu dentes, sonat aspera cum res,
Vel cum daps oculos terret acerba tuos.
Sic concepta venus genitale intendit, & imos
Immenso testes pondere ficta grauat.
Per cæcos etiam funduntur spermata somnos,
Fitque patri similis filius ipse suo.
Quas videt, exoptat, quas optat conterit vuas,
Motaque, seu sensus ora gulosus habet:
Adde, suam torquet (visu mirabile) linguam,

Nam

Nam simili infecta est iam sua lingua fero.
Concipiunt rabidos pueri per somnia vermes,
Masticantque, agitat rosio ventris, opus.
Qui dapis optanti grauidæ color extitit aluo,
In nato pariter post venit ille suo.
Sæpe malum meditans, hoc est infectus, & omnis
Infensam mortem qui meditatur, habet.
Iste per angustum campum trabis ambulat, idem
Per mare, nam pendet sæua ruina, cadit.
In fido sistit sanguis, fiducia causam
Attulit, in magno sit nisi causa Deo.
Aspectu mutant varios simulacra puellos:
Aspectu, vomitum daps facit atra suo.
Ridentes stimulat risus, lachrimosaque fletum
Vox mouet, iratos dat celer ira viros:
Sic tuba terribilis, sic rauco buccina cantu
Accendunt placidas in fera bella manus.
Icteri crescunt viso pallore colores:
Sanguineos fluxus visio rubra mouet.
Quique canes morsus claris prospectat in vndis
Currit, & ad similem latrat, agitque modum.
Denique permultos generat phantasia morbos,
Atque alios eadem soluere sola potest.
Tantas vna tenet vires, parque alta voluptas;
Tanta per humanum prælia corpus eunt.

Liber

LIBER SEXTVS RERVM NONNATVRALIVM.

DE POTV, ET ALIMENTO.

ARGVMENTVM.

VLtimò cõmunes alimentorum rationes exponit, variamque eorundẽ applicationẽ in corpora. Hinc cærulei maris, rubrique ortum aggreditur, vtriusque potus innumeras referens differentias, viresque. Tandem omnimodam epularum congeriem in classes secat, & istas in peculiares species, cuiusque naturam late explicans: omnes verò condimentorum sale leuiter irrigat.

Idem

Idem.

Vltimus altricem formam, gratosq́ liquores
Enumerat, certasq́ epulis parat omnibus aluos.
Hic vndas, hic dulce merum, & cerealia dona,
Herbarumq́ tenet mores, variumq́ legumem,
Et campi flores, & dultia munera plantæ.
Carnosos etiam cunctis de partibus artus
Iste refert, siue illi auium, sexusue pedestris:
Siue habitent siluis, seu lata in sedibus vrbis,
Aut liquidi cursu versent lata æquora pisces.
Tandem carminibus resonat noua musa, cibisq́
Condimenta suis, totusq́ absoluitur actus.

Idem.

Est prior in chilis, & certis ventribus ordo,
Suntq́ cibi, & potus, quos leue condit opus.

Organicum quia corpus alunt alimenta vocantur Vniuersalis victus discriptio
Vndarum grata auxilio, certisq́ ciborum
Ponderibus: tribuat rigidum pars altera ferrum,
Et vires medicina suas: hoc munere tantum
Hæc contenta iuuant corpus, reddunt que salubre.
Terno igitur partita modo membra omnia, corpusq́
Omne regunt: terna est victus distinctio: plenus,
Et tenuis, medium & medicus qui sumpsit honorem
Ille placet sanis, mediusq́ his competit ægris

Qui causa cecidere leui: nisi tempore longo
Morbus est: nam tunc pleno succurrere victu
Cogimur, atq; mero languentes tollere vires.
Carnes, & robur minuit tenuisque, leuisque,
Atq; graues scindit morbos, qui viribus adsunt,
Omnia qui celeri percurrunt tempora passu.

Vlterius varias seruant alimenta figuras,
Et varios alimenta modos: firmissima semper,
Et constans alijs haeret substantia(talem
Suscepere suos)alijs resolubile corpus
Accidit, at multum nutriunt: sic regia perdix,
Gallinaque leues alae, gratique capones:
Debile corpus inest, & pauci in flumine succi.
Assumunt varias etiam mediocria formas:
Namque alia ad plenos, veluti caro pullea, victus
Accedunt: pauco, tenuiq; simillima chilo
Sunt auium quae extrema vocant, totaeque recumbunt
In medijs succis ptysanae, quas laudibus olim
Extulit ille senex laudatus ab omnibus idem.
Nec triplicem monstrare sinunt tenuata figuram:
Simpliciter tenuem genuere legumina victum,
Sic fructus, sic nata cauis olera humida terris.
Haec sequitur chili species tenuissima, cujus
Sunt generis granatorum duo poma duorum,
Et quos cocta dedit medicantes herba liquores.
Attulit extremo positus jejunia victus.

Tales sunt huius formae, viresque, genusque:
Altera multiplicis quanti, mensaque resultat,

Atq;

Atq; tribus diuersa modis partitio: multus
Hac cibus, & paucus pariter, modicusq; cohærent.
Insano, fortique viro multum ingere victum
Multoties: multus, sed rarus competit ægro,
Qui quoq; sit fortis: si forsan debilis adsit,
Atq; etiam multis humoribus affluat æger,
Tunc paucus, rarusq; cibus: si debile corpus,
Atq; humore vacans putrido, tunc plurimus isti
Victus obest paucusq; iuuat; sed sæpius ipsum
Conuenit assumat: simili capit ordine victum
Qui positis armis, victo qui surgere morbo
Incipit, & corpus lignoso sustinet arcu.

Hanc præter normam, & victus discrimina, multos
Euariant alimenta modos: sunt grata palato,
Suntq; ingrata ipsi, & toto contraria Marte:
Sunt quædam pauci, laudabilis altera succi:
Altera temperiem seruant, medicamine quædam
Exuperant: cunctis ratio sua postea, & omnis
Diuersum virtutis opus, speciesq; patebit.
Nunc quas illa ferant leges, queis corpora mutent
Ponderibus; quas ipsa aluos, & tempora quærant.

Alimentorum diuersitas.

Ante cibos (lex prima iubet) sint viscera nullis
Plena epulis: vacuas exposcunt prandia sedes,
Et modicam sub ventre famem (sic coctio læta,
Sic hilaris calor insurgit) tunc mobilis ardor,
Tunc purum efficiant quæ membra exercita corpus,
Sudantesq; poros: geminato hoc limite constat
Pulchra salus, grataque ardentia munera vitæ.

Ordo sumendi alimenti, mensura, tẽpus & dispositio.

Altera

Altera mensuram rectam, pondusq́ ciborum
Perscribit, cunctisq́ epulis parat omnibus aluos:
Non eadem cunctis ratio: quo viscere floret
Temperies, quot iusta petit, tot sumere chilos.
Conuenit; ingelidis minor hausti copia succi,
Magna placet calidis: minus ardens appetit ignis,
Plus coquit; aduersos inducunt frigore mores:
Accedunt vitaq́ genus, iecoriq́ futuri
Forma calens, viresq́ omnes, & mobile corpus.
Plures exposcunt exercita corpora victus
Otiaq́ exiguos: plures calor hepatis ingens,
Membrorumq́ æstus, assuetaq́ corpora; contra
Corpus habens paruos cunctis in partibus ignes
Languentesq́ aluos, nec mollia viscera tantis
Assue facta epulis, tenues ad prandia mensas
Expetit, atq́ leues nudato pondere chilos.

Tertia lex vno geminam sub lumine mensam
Disponit; plures anctis in viscere succis
Corda premunt; sola vna aluos, natumq́ vigorem
Debilitat; si nulla trahit lethumque, famemque.
Hæc tibi simpliciter: nobis discrimine sexus,
Ætatisq́ viri, natura, & temporis anni
Has placuit partire vices. ientacula sumant
Qui pueri, gelidiq́ senes, tenuesq́ puellæ,
Bilosiq́ hominum ventres, & tempora duro
Sæua gelu: molli contra cui phlegmata ventre
Multa natant, & crudi alto sub viscere chili,
Ardescensq́ anni tempus, roburq́ virile

Æquali

Æquali raros aßument tempore victus.
Mane igitur primo tenues ſuccique, dapeſq́;
Conueniunt ingens parua ſub mole Galenus
Quam ſegetes peperere epulam concedit; at iſta
Debilibus nocet in ſtomachis, in fortibus æqua eſt,
Præſtabit ſicco miſcere obſonia pani
Sed leuia: in valido proſunt granata calore
Et ceraſi fructus mordens, aurantiaq́; omnis
Æqua modi: dentur virtuti poma minori,
Et ſacharum: placet vua gelu quæ paſſula, & hauſto
Melle genus, quas ætates, & tempora formas
Diſtingunt etiam, varioque in limine ponunt.
Maiores ſuccos, maiores prandia menſas
Exoptant, æquo magna ſint pondere noctes.
Per longas hyemes maior ſit cæna, per æſtum
Prandia; per longos melius ſua munera ſomnos
Conficiunt imi ventres: in viſcere pleno
Cæna minor, maiora placent quæ prandia, contra
Debilibus: fortes aſſuetaque corpora cunctos
Ferre modos poßunt, & longæ crimina menſæ.

Quarto norma loco diuerſas ordine menſas
Componit, tempuſq́; epulis: quæ mollia primùm
Conueniunt alimenta: arcto quæ corpore retro,
Duraq́; facta placent, medio mediocria centro:
Illa leui igne coqui poßunt, hæc tardius: vnde
Sumpta prius ſolitum non iam molißima curſum
Concocta inuenient, nimiúmq́; morata putreſcent.
Hac lege in primo reſerantes limine chili
Succedunt: ſequitur magni pars magna teroris

Magna epulis: tandem summos firmantia ventres
Occludunt alimenta focum, fumosq; repellunt.
Ista salus. molli lubricant cum viscera lapsu,
Languentesq; cadunt rarenti tegmine villi,
Stricta prius veniant: æquo simul ordine ventres
Igniti primùm duras epulasque, cibosque
Exoptant, vilidis namque alti viribus ignis
Vel tenues volitant chili, vel rumpitur aluus.
Hæc procerum in mensis, regnique tapetibus altis,
Quò varijs alimenta modis, variaq; recurrunt
Arte cibi, qui ventre alios, qui corpore morbos
Innumeros generant, fractaq; incommoda legis.
Vna leui præstat miscere obsonia pani,
Nec vini mutare vices, fontisue liquores.
His causis æquè totam consumere mensam
Fas erit: in longo quæ fiunt tempore cænæ
Primas exurunt epulas, postremaq; linquunt
Cruda alimenta foco: quæ fit contra haustio velox
Ore cibos mittit crudos, atq; integra tosti
Frusta refert chili: medio tutissimus ibis.

Vltima lex epulas sequitur post prandia nullus
Motus erit, lenior post cænas; illa quiete
Conficiunt, epulas æquo descendere gressu
Hic cogit, longo ni fessa tempore noctis
Obsistant altæ, resupinaq; viscera tollant.
Nec te pigra quies ideo post prãdia cunctos
Impediat mutare situs, nam surgere saltim
Conueniet, ne impactus adhuc cibus hæreat ori
Visceris, aũt ima delapsus sede quiescat.

Has alimenta tenet similes quoq́ potio leges,
In triplici luctant humentes cardine potus, Potus leges.
Seu lympha, seu vina placent: aut ducere chilis,
Aut miscere valent: vbi diras tollere flammas,
Offendensq́ gelu: primo pro munere cocta
Exoptant imi ventres alimenta: sed vrget
Cum sitis, & rabido feruent exusta calore
Viscera, tam longam potius tolerare nocebit
Vsque moram; remanet succensis ignibus humor
Torridus, & nigrans rodit præcordia fumus:
Tunc de formosa, tantam dabit vrceus, vnda,
Quanta abit oppresso furibunda molestia corde,
Quanta sitim minuit, feruensque remittitur æstus.
Non hac purpureum concedit munera vinum,
Præsertim mane in primo: non pura vacanti
Vina placent ventri; vacuos vapor ille meatus
Ingreditur, fumisq́ caput feruentibus implet:
Ad mensas, epulamq́ inter iuuat vtraque potus
Materies, seu vina forent, siue vndula fontis:
Æquas aluus habet, consuetaq́ corpora formas.
Si numerum potus quæras, non limite constat
Distincto, variant misti discrimina chili:
Quo duræ carnes, solidæ quo viscere formæ
Pro multis æquo vicibus cratere liquores
Diuisos miscent chilos, redduntq́ liquentes:
Non hos iura petunt, non mollis lactea pastus
Vbera: diuersi terno pro munere potus
In varijs placuere locis: sic frigora vinum
Corrigit, & flammas hilaris de flumine succus:
Ante cibos ideo gratas assumere lymphas

Nonnunquam licet; astiuum necat vnda calorem,
Languentemq́; famem stimulat. post prandia potus
Nullas inuoluant epulas (sint lenia quanuis
Condita) si crudo reliqui sunt viscere chili,
Fumantes turbant ignes: si coctio facta est,
Et delatius succedunt tempora succi
Aut stomachi rumpent cursum, tardoq́; tenebunt
Ventre dapes, aut cruda alta descendere ab aluo
Cogentur, parientque immensos corpore morbos.
An verò cænas dapibus, vel potibus istis
Claudere conueniat, mensaq́; imponere finem,
Est dubium, quod quisq́; suo pro viscere soluat.

Ast hæc diuitibus prosint: vbi prouida rerum
Pauperies, nullum est tempus, non regula mensis
Conueniens, nullus sumptis in victibus ordo:
Sæpe datos haurit pauper potusque, cibosque.
Nulla etiam pueris norma est; vt regula motu
Nulla suo, sic nulla epulis, nec potibus vnda:
Hos tamen æquali rectum est assuescere mensa
Est quoque prægranti sua norma, & lex sua fesso
Æqua viatori: simul est data regula nautæ
Atque catenatis cæco sub carcere vinclis.
Ast hos dent medici victus, hæc munera tractent,

De aqua.

Postquam stelliferos aditus, elementaque fecit
Omnipotens, cunctisq́; vagos dedit orbibus axes;

Quò

Quò placidæ starent vitæ, quò tuta per omnes
Errarent campos animantia, & vrbibus altis
Acciperet summas humana potentia sedes;
Vt nemora, atque hilares siluæ, iucundaque terris
Prata forent, plantæ pomis, & floribus herbæ ,
Misit in immensum pelagus maria alta, cauisque
Visceribus terræ vndosum permiscuit orbem:
Nunc fræno luctante iram, cœlique regentis
Imperio premit, ac vinclis, & carcere frænat:
Humanum scelus abrupit ferrumque, manusque
Sydereas, laxis æquor spatiatur habenis
Diluuio in magno, sed post hac viribus auctis
In similes iterum terrarum illabitur æstus.
Sic igitur iuncti vnanimes pontusque, solumque
Æterna sub pace manent: amplectitur omne
Vnda solum, tellusque vndas: inde insula multis
Curua modis, magnique lacus, toruæque paludes,
Atque sinus, mareque ingens, & fretra constrictiore
In tractu, latoque immersi littore portus.
Vos nunc humentis regni fortissima proles,
Tu pater Oceanus, tu mater prima dearum
Pulchra thetis, numerate vndas, atque æquora mundi:
Non eadem semper causa est; mutantur in æuum
Singula, & in cæptum alternat fortuna tenorem:
Hoc mare quod nunc ingenti duo littora tractu
Europam, libyamque secat (non fabula) quondam
Tellus vna fuit: medio stetit æquore Taurus,
Nunc sudans sulco, atque attrito vomere fessus:
Quó nunc Menphis, aquæ fuerant: vbi ripa , solumque
Iam fuit vnda modo est: fortes rupère columnas

Ponti iræ, & mersa Athlantis tellure, per Indos
Altæ se longis attollunt montibus aræ.
Vos etiam nemorum nymphæ, tu maxima coniux,
Tu dulces Arethusa lacus mihi ducito, tuq;
Virgo Diana tuos fontes: sunt litibus omnes
In dubijs. Solidi varijs in partibus orbis
Sunt vacui tellure sinus, labirynthaq; cæco
Anfractu, & magno ingentes sub pondere fossæ:
Has postquam vapor ingreditur, permixtaq; fumo
Aura leuis, volitant pariter, subeuntq; profundi
Tecta loci: tunc algentis præ frigore sedis
Concrescunt, tandemq; albam vertuntur in vndam,
Quæ nata grauitate cadit, collectaq; in vnum
Tota locum parit amnis aquas, fontemq; perennem:
Sic in supremo subeuntes æthere fumi
Densātur, pluuijsq; cadit rarentibus humor.
Hæc Stagirita ait. Alberti sententia magni
Non minus arridet. Liquidas maris imbibit vndas
Proxima quæ fuerit tellus, longinquaq; ab ista
Sugit humus (tantas quærit sitis arida lymphas)
Ergo madet, sudatq; madens: has phœbus, & astra
Vnanimes adeunt pariter, mersasq; profundo
Ad primam reuocant faciem: tunc omnis in vnum
Cogitur vnda locum, quo fons, & flumina rumpunt
Huic alij accedunt aliter, dicuntq; parentem
Oceanum in magnos aditus, & concaua terræ
Innumeras misisse vndas: hinc currere vastas
Per venas, terræq; poros, tandemque per altos
In fontem transire sinus, & fluminis alueum,
Quo rursus primi repetunt exordia patris.

Hoc vates iure Oceanum, Thetidemq́; supremam
Progenie exornant varia: stat maximus inter
Natorum numeros Ganges, quem Nilus, & omnes
Agnoscunt certo venientes limite fratres.
Ex pluuijs alij fontes, riuosq́;, lacusque
Conficiunt: magnis (aiunt) in montibus vnde
Continuò penetrant lapsu, tandemq́; fluentes
In certum cuncta spatium miscentur, & altas
Abrumpunt terræ glebas, & flumina gignunt.

Siue autem lympham cælum, siue aura ministret,
Seu tellus fumis, seu diuerso æquora cursu,
Aut potius (nec mixta animum sententia fallit)
Concedant aquas operi simul omnia vires,
Et varij currant diuerso munere fontes,
Ingens illa fuit diuino à pectore donum,
Ingens illa decus terrarum, animantibus igens
Auxilium: magnis alti sine viribus ignis
Viuunt multa, mero sine dulci plurima; multis
Absq́; cibis, potusque modis: absentibus vndis
Omne perit: nulla est epulis forma apta coquendis;
Nulla operi, nulla immundæ purgatio vesti,
Nec fastiditæ suauis piscatio mensæ.

De piculiaribus aquis.

Omnes (vt dixi) frigent ab origine fontes,
Omnes humorem, molleqve corpus habent.

Sed multum variant alios moreſque, locosque:
Eſt varia vnda ſuis, vt quoque terra, modis.

De aqua pluuiali.

Inter formoſas illa eſt celeberrima lymphas,
Mollior á pluuio quæ fluit vnda polo:
Eſt rurſus melior quæ iuncto fulguris igne
Concidit, huic vires dat vaga flamma ſuas.
Eſt ergo formoſa, leuis, pellucida, mollis;
Eſt tenuis, reprobi nil habet vna mali:
Nec ſolum hæc: læſis etiam medicatur ocellis:
Vt potus, nobis forma ſalubris erit.

De aqua fontana.

Huic hætent liquidi vario diſcrimine fontes:
Non idem cunctis fontibus humor ineſt.
Quæ plus ætherea eſt, quæ pauco miſta vapori
Hæc omni melior dicitur vnda lacu:
Vel ſi mixta fuit, ſuaui ſint arte vapores:
Si malus iſte nimis (ſic quoque lympha) vapor.
Fontem etiam terræ mutant, cœlique poteſtas:
Laudatur ſolem quæ videt vnda ſuum:
Quæ puro eſt colata ſolo, puroſque meatus
Ingreditur nullis turbida facta modis:
Quæ tepidos ſpirat gelido ſub tempore fumos,

Quæque gelu vernos temperat illa rogos:
Præstat,quæ fuerit nullos imitata sapores:
Sint minus,á grato non sapor vllus erit:
Quæ semper vasto currit de fonte perennis,
Et recipit flammas quæ cito,quæque gelu:
Sit leuis,& tenuis celeri quæ viscera passu
Transeat,& nullis cruda retenta locis:
Sit quoque continuo solis percussa calore,
Aut ignes tribuat funda minæra suos:
Tandem de claro consurga limpida fonte:
Pessima limoso fonte resultat aqua:
Pessima quæ linum ducit,turpemue cloacam:
Est mala fætenti quæ venit vnda solo.

De *aqua fluuiali.*

Hanc sequitur vario currens de limite riuus:
Vt fons diuersus,sic quoque flumen erit:
Principij formam illius,moresque reseruat:
Quales fontis aquæ,sic quoque riuus erit.
Sæpe tamen spatium variat,terræque recessus:
Miscentur medijs plurima damna locis,
Fert claras Padus amnis aquas,aluumque perennem,
Mista tamen crudum nix facit alba mare
Ergo de grandi prorumpant læta parente,
Flumina perpetuis quo fluit vnda vijs:
Seu Nilus fuerit,seu grato murmure Nabas:
Vel clarus tormes,aut Tyberinus erit:

Vel si forte placet gratis Tagus aurifer vndis,
Et super effusi. Monda superbus aquis:
Vel lentis Durius qui fertur cursibus, aut qui
Fratre fluit Minius non minor ille suo.
Sic formosa aluus Bætis, Rhodanusque tremendo
Gurgite, & innumeras qui trahit Ebrus aquas,
Nulla inquam medio voluantur flumina cursu,
Aut saltem nullum fons ferat ille malum.
Vlterius longum currat delapsa per æquor,
Decliuoemque petat quæ leuis vnda viam.
Sint locus argillæ arentes, sabulumque calescens,
Et saxa, & toto glarea fusa mari.
Sint quoque percussæ ventorum flatibus alui,
Nec desint radijs lumina prima suis.
Flante placet borea potius capta vndula vento,
Captaque longinquo quæ fit ab vrbe loco.
Quæcunque illa, minus tollit flammasque, sitimque:
Subdita sunt varijs flumina cuncta malis.

De aqua Puteali.

Est grauis vnda, iacet puteis quæ clausa profundis:
Aptior est crebra quam trahit vrna manu.
Effugiunt noxæ, pranique incommoda gustus,
Si thetis aurato mista sit illa mero.

De aqua Palustri, & stagnata.

Multo detecior putri natat vnda palude,

Vnde

Vnde graues flatus: & grauis aura volat.
Præsertim calidos fuerit quæ sicca per æstus:
Non sic praua, alto quæ fluit vnda lacu.
Huic similem quæ stagna ferunt, iuncique virentes,
Algaque: diuersis hæc nocet vnda modis.
Accendit tusses, dirumque immittit odorem,
Omnes ventriculos, & caput omne grauat:
Hydropis tumidi causa est, prauique coloris:
Vt magnus venter, sic venit inde lien:
Datque nigros oculis visus: non pessima sic est
Quæ cinnammomo cocta sit vnda leui

De aqua niuali, & glaciali.

Quas nix alba vndas, glacies quas procreat, omnes
Grandia visceribus damna tulere tuis.
Vtraque neruorum morbos, artusque dolores
Efficit, & primi visceris ora ferit.
Hæc canis ingentes, & febris temperat æstus,
Et sicco rabidas effugat ore sites,
Languentemque famem stimulat, ventresque sepultos:
Sic ferit, & cogit: sic iuuat, atque nocet:

De aqua Salsa.

Salsa suo magnas sustentat pondere naues
Quas sufferre leuis non valet amnis aqua:
Est ideo grauior, sitientiaque ilia reddit:
Huic salsum demunt cerea vasa malum,

Et

Et iuuat,& nobis etiam sua commoda præbet:
Nam suaui piscis stat domus alta cibo.
Humentes etiam consumit viscere succos,
Et putres auras,& genus omne mali.

De aqua vinosa.

Quæ vinosa cito decurrit frigore lympha:
Pars vini celeres dat leuis illa pedes:
Nec calet,vt vitis:nec sic velut æquora friget:
Excessus varios proxima vina fugant.

De varijs aquis diuersæ minæræ.

Simpliciciter fontes,& natas diximus vndas:
Nunc quales referat quæque minæra sinus:
Nam quales illæ,tales mutantur & vndæ:
Diuersos generat quæque minæra lacus.
sulphurea Quam dedit æolium sulphur non commoda ventri est,
At magno neruos hausta dolore leuat.
Vlcera per longum curat durantia tempus:
Hac fædans scabies,& lepra dira fugit.
Liberat á rigida toruam serpigine frontem,
Et siccat multo viscera plena sero.
Nitria dissoluunt obscuros flumina nodos,
Nitrosa- Seu facit arthritis,siue podogra malum:
Hic laxis confert,gelidisque tumoribus humor,
Cuique tumens liquidis venter inundat aquis:
Et firmat valido languentes robore partes

Et soluit tenues, quas habet aluus, aquas,
Quæ potuit sulphur, pariter concessit alumen,
Sanguineumque alto sistit in ore serum.
Hæc aqua continuos assumpta emendat ab ortus,
Hac vlcus sanum, lanaque picta manet. aluminosa
Supremam turbant viscosa bitumina frontem:
Offendunt sensus, viscera plena leuant. Bituminosa.
Tardat canitiem, gelidamque aurata senectam, Aurata.
Et grauidum á mæsto pectore soluit onus.
Splendentes generat sublimi in vertice fumos,
Vtque nitet fuluum, sic micat aura, genus.
In molli natum confirmat sanguine robur:
Toto grata, mali nil habet, ista modo est.
Ferrea consumpto remanet iam siccior igne:
Sic stringit fluxus, lapsaque membra iuuat. Ferrea.
Tonsillas, vuam, atque oculos iuuat ærea nostros, Ærea.
Vna per obstructos quæ valet ire sinus
Sunt hæ communes, quas tellus suggerit vndæ,
Quæque omnes pariter dona, malumque ferunt.
Sunt alia (est tellus ingens) discrimina terris: Aliæ aquę
Vnde alijs currunt flumen, & vnda modis.
Suggerit argentum regina Hispania viuum.
Agnoscit multis terra piretre locis,
Et calcem, & cineres, & leni pomice marmor,
Ocram, atque Armenij Saxa cruenta Soli.
Est minium, nigraque horrens rubigine tellus,
Cadmia fulgescens, arsenicumque nocens,
Suntque modi innumeri, cunctis sua vis, suus humor:
Quale solum, & tenuis, sic manet vnda, vapor.

De aquis multi formibus.

Proxima succedunt ignoti flumina ritus,
Seu veri species, fictaue causa fuit:
Seu miranda ferant naturæ arcana potentis:
Est potis hæc multis, vt Deus ipse, modis:
Seu potius fingant vates (his magna potestas)
Siue supestitio, vanaque verba placent.
Sunt in aricinis splendentes vallibus vndæ,
Nympha Numæ coniux has dedit illa sui.
Formosi fontes siculis miscentur in aruis,
Quos Alpheus habet, quos Arethusa lacus.
Est Nymphæ, Faunique genus pulcherimus Acis,
Quique suo Icarias nomine fecit aquas.
Castalio similes præbet Musa ęquore Lymphas,
Et magni cursum fluminis Hyris habet.
Magna Caballini censetur gloria fontis,
Dulce fero tetigit Pegasus vngue solum.
Nec minor Albunci fama est, ænotria tellus
Hac loquitur manes, verbaque Faunus adit.
Inter sicelides Ciane est celeberrima Nymphas,
Aut ea cui molles miscet Anapus aquas.
Magna per infernos etiam sunt æquora tractus:
Immensos ducunt in fera regna lacus.
Pellit ab algenti styx iuramenta profundo:
Turbatas Acheron rupibus addit aquas.
Hic æterna trahens terrarum obliuia lethes
In tacito lenes efficit ore sonos.
Hic Phlegeton flammis currit terrentibus æquor,

Et Tytius dulces amnis anhelat aquas.
Innumeros alios memorat Musa aurea fontes,
Innumeris etiam flumina grata locis:
Non ideo sani nostris non versibus apti,
Nostra aqua laudetur, vatibus illa suis.
Hæc modò sufficiant: alios nunc aspice riuos,
Queis (nisi vana fides) visque, potensque genus:
Andria vinosum tribuit celeberrima fontem:
Huic alium similem Belgica regna ferunt.
Dat suaues Cabure ingens in naribus vndas,
Et siculus grauidos præbet odore sinus.
Fons ruber æthiopum furibundos vertice fumos
Excitat, & tristi membra sopore ferit.
Per cæca insanam reddit diliria mentem
Qui Trogloditeo currit in orbe lacus.
Immemores etiam reddit Bæonia sensus,
Et fractos dentes Persia fusis habet.
Gagaridis pecorumque vngues, & cornua perdit;
Onacris diræ vulnera mortis habet.
Destruit Aegyptus crines, alit Alcion amnis,
Auxilium tantis hæc fuit vnda malis.
Noctu feruet aquis, solari in luce tepescit
Qui fons Hammonis dicitur ille Iouis,
Terque die crescit, totidemque absumitur vndis,
Olim Didonis fons Iouis alter erat:
Ter quoque mutatur; fit dulcis, salsa, & amara
Vna Troglodito quæ fluit vnda lacu.
Nunc fluit, ipsa modò sistit rapidissima cursum
Quæ iuxta Larium cernitur vuda sinum.
Albo Senchris habet formosos ambare fontes;

Armenijs oleum fons dedit ille suis.
Albula sanguineo prodest in vulnere, riuo
Non ea, Tyburti sed fluit vnda solo.
Nascentem octonis cernit Cantabria fontem,
Lysiaque in lapides vertitur vnda feros.
Sunt noctu nocui pheneo de flumine potus,
Qui primo clari solis in orbe iuuant.
Zame addit resonas supremo in gutture voces,
Lyncæstus tremulos fons facit ore sonos:
Clitorius permittit aquas, albumque liquorem,
Et fugat á liquido viscera læsa mero.
Sensum acuit Siculæ flumen telluris, eundem
Succo hebetem reddunt flumina Cæa suo.
Flet mærens alter Syria, fons ridet, & alter:
Liberat Achaides flumen amore viros.
Quæ Bonnica nouis inuenta est insula terris
Fontem habet, hic pueros efficit ex senibus.
Vestes Ilyrij succedunt flumina campi:
In Mædis cursum mutat aqua vna suum.
Qui Thianen periurus adit totam vlcere plantam
Fædat, vera loquens nil habet ille mali.
Dant flammas Athamantis aquæ, stigys Arcade mortem
Piscibus, & nigrum Suæcia magna lacum.
Sibaris, & Cratis mutant in fronte capillos,
Et Ciconis remanet durior aluus aquis.
Albulus horrendi medicina est vulneris humor:
Sunt alij plures grata medella sinus.
Est in formosa (vera est sententia) Melphi
Quod fluit á sanctis vtile manna locis.
Huic aliam similem concedit Apullia formam,

Atque

Atque aliam similis regna Salerna modi.
Xiloei quondam diuino munere riui
Tergebant lepris horrida membra suis.
Hæc vltra magno superant miracula mundo,
non omnes potuit dicere musa lacus.
Hæc satis: his reliquos vndæ deducito mores,
Seu gratos fontes, æquoreosue sinus.

De vino.

Effluit expressa vinum, liquor vtilis, vua,
Totque trahit mores, quot sua mater habet.
Omnes inferius partes, & dona sequuntur,
Et siquid forsan criminis illud habet.

De electione vini.

Laudando primùm nascatur stipite vitis,
Quæ quoque de celebri pulchra resurgat humo:
Sic variat genitus diuerso in corpore sanguis:
Sic in diuerso flumine piscis habet.
Terra igitur non sit liquidum diffusa per æquor,
Nec mollem scindat lætus arator humum:
Nec per saxosas sit vitis consita valles:
Humectans prauum gignit arena merum.
Altis commodior plantatur vinea terris;
Præstat quæ solido lecta sit vua loco.
Sit quoque vasta situ, sitque vndique libera tellus,

Quam medij cernant lumina grata poli.
Nec sole vsta graui, nec sæuis algida ventis,
Plantatur medijs aptior illa plagis,
Sicgrauidi certis autumni in finibus vuæ
Intrent in mundi dolia pura lacus:
Postea fictilibus condantur limpida vasis,
Seu rubræ argillæ, pulchraue lingna placent.
Nec minus aptæ aderunt sumenda ad pocula formæ:
Sic placet argenti candida forma grauis:
Et quæ de fuluo species nitet vna metallo:
Nam culpam referunt vitrea vasa leuem:
Argentum excipiunt quæ sunto stannea viuum,
Nec minus accipiunt ærea vasa malum,
Sulphur enim spitant: turpi sunt turbida fumo,
Et de fœtenti pocula fæda lacu.
Sit quoque conueniens locus,& positura lyæo:
Ille nocet multis, vt leuis aura,modis.
Prima meri quærunt algentes tempora cellas,
Post ignes,absit totus ab æde tepor.
Hæc baccho in forti,nam cum natat humor aquosus,
Ingentes statim poscit in æde rogos.
Nulla etiam primum percludant tegmina mustum:
Sic vapor expirat,feruidaque ira fugit.
Postea depositis mutetur fæcibus humor,
Vt sit perspicuo clarior vnda loco:
Ipse dabit rectum(varia est occasio)tempus:
Vt lex hæc potus,sic quoque mensis erit.
Tunc niteant grati vitreo cratere liquores,
Vt pateat siquod potio crimen habet.
Subrubeum, clarumque tenent granata colorem,

Is

Is placet, hic medium, seu genus omne, tenet:
Sin minus ex rubeo flauentem sumat honorem:
Hic etiam nobis, vt color ille, placet:
Nec spissata nimis, nec sit substantia multum
Subtilis; medio quæ iacet vnda, iuuat:
Sic neque dulce nimis, nec acerbum conuenit, aut quod
Vel nimis antiquum est, vel vetus ante merum:
Quod similem pomis auram redolentibus efflat,
Sed nullus ficti gustus odoris erit:
Siue sit, hic citrum, seu molli cortice pomum,
Seu piper, & gratæ dulce genus casiæ:
Vel passæ dulces, aut morsu zingiber ardens,
Aut sit aromaticis altera forma locis:
Nil placet, omne potens vincit natura, parensque
Vitis, si bonus hic omnia vincit odor.

De vini vsu.

Postquam confecta in claris micat vndula vasis,
Accedunt vario pocula grata modo:
Hæc variant regio, tempus, complexio, & ætas,
Queis assueta locis addere membra licet.
Non magna offendit frigentes copia Gallos,
In forti Luso plurima vina nocent:
Plurima conueniunt hiberno tempore, pauca
Vere, atque vndoso mista liquore iuuant:
Ista fugit natura ardens, hæc frigida poscit;
Hæc assuetus amat, qui rudis illa negat:
Hæc iuueni, pueroque nocent, mollique puellæ;

Haud

Haud petit humescens humida vina, caro:
Humiditas feruet baccho, natique calores,
Et furibunda ætas, rapraque flamma furit.
Dentur vina seni (grato pro lacte senectus
Hæc bibat) ārenti, sin minus, ipsa viro.
Ne tamen incerto desumas pocula vase,
Hoc anni capient ordine vina tui:
Aetas viginti quæ non excesserit annos
Nec gustare quidem munera læta potest:
Sic doctos patres, si doctas consulo matres,
Sit nisi tam tenero fœmina iuncta mari:
Vel sacra iuuadat pueriles causa meatus:
Tunc leuiter iuuenes, & puer ipse, bibant:
Nec satis hæ, cunctis etiam nutricibus absit,
Nam qualis fuerit sanguis, & humor erit.
Ad triginta alius procurrit terminus ānnos,
Quo moderata leuis potio danda meri est:
Hinc iuuat vlterius bibere, & duo pocula dictis
Addere: iam siccos vir tenet ore sinus:
Iam minor ille ardor, minor est in corpore succus,
Nec flantes furiæ, nec leuis ira rogi.
Amplius assumant maiores ordine nati,
Nulla senescenti sit data meta viro:
Vina gelu petit, & factis forma arida rugis,
Quodque tenet nullas debile corpus aquas:
Hæc phlegma exposcit liquidum, & concoctio tarda,
Vndaque quæ binis renibus ire solet.
Hæc breuis ætatum norma est, tamen ipse memento,
Isti tres aliæ (diximus ante) placent:
Queis iungenda simul talis sunt corpora ritus

Quæ

Quæ consueta suo facta fuere mero:
Consuetudo vicem naturæ suscipit vtque hæc
Est valida in cunctis, sic simul illa potens.
Sunt leges aliæ bacchi quas appetit vsus,
Quæ medica sanos arte dedere locos.
Post fortes motus, post mermbra exercita Bacchus
Turbatis solitat fumidus esse rogis.
Nec post humentis soluentia balnea riui
Est aptus binas nec placet ante dapes:
Diximus ad magnam iuuat huius copia cœnam,
Sin minus hoc capiant prandia læta merum.
Hæc vltra, fortes, alimentis fortibus; æquos,
Aequali; mites, mitibus adde lacus.
Quos veró miscere vndis, quo pondere, dicunt
Tempora, vitis, aquæ, viscera, membra, serum.

De ebrietate.

Siquando immensus supremo viscere Bacchus
Fumantes dederit quos habet ipse rogos:
Vel si non ingens saltem fortissimus adsit,
Vel quod vina capit debile sit cerebrum:
Sic flatus subit, & superæ se se inserit arci,
Et penetrat cunctos, est via longa, poros:
Non ideo fontes turbant, præ frigore fumus
Crassior in longos non valet ire sinus:
Sic nulla á rigido mollescit frigore pellis,
Quæ tepida mollis sæpe iuuatvr aqua:
Languenti cerebrum somnos assumit in æstu,

Somni ferum æthiopem flamma, geluq; grauant:
Atque ideo tarde Lymphatus inebriat humor:
Vt tardè ista venit, sic quoque causa fugit.
Ergo illic furit accenso vapor humidus igne,
Et turbat cunctas quas habet aula domos.
Hinc ruit omne simul turbato vertice corpus;
Respondent superis omnia membra locis.
Innumeri fiunt pro vini pondere casus,
Pro vite, atque hominis viscere, corde. polo.
Nunc rident læti, nūc mæsto lumine plorant,
Nunc cernunt toruis horrida monstra locis:
Iam furibunda armat se totam in prælia virtus,
Et fremit ardenti grandior ira foco:
Iam tripodæ, iam saxa volant, furor arma ministrat:
Pro gladio, pugnant vina, manusque, fero:
Nonnunquam duris cedit vis languida bellis:
Sunt molles artus, & cruor omnis iners.
Incedit corpus trepidans, & tortile membrum:
Pes volat hic cælo, pes tenet ille solum:
Sæpé cadunt terris (damnum ingens) mens fera nullum
Motum habet, est sensus immemor illa sui:
Sunt velut exanimes languenti in corpore vires,
Et Mors in cæco mæsta sopore iacet:
At viuum seruat facies rubicunda colorem,
Vina caput cingunt, & vapor ille genas.
Has auget vires, & longi crimina sensus
Coctio mandragoræ, corticis vnda rubet.
Prodest grata aloe (diues tulit India lignum)
Infusa in bibito si fuit ante, mero:
Aut si potando vitis sit mersa lyæo,

Quæ prius in forti splenduit vsta rogo:
Tunc citius (nec morbus ineſt) mens corruit omnis,
Atque minore manent ebria corda mero.
Hæc eſt ebrietas fœdum genus, & ferus horror,
Contra quam totis conuenit ire modis:
Nec placet, vt Rasio cunctis hac menſibus vti,
Vt nocuum ex imo viſcere pellat onus:
Non vt frigiferi natos ſenis augeat ignes,
Atque melancholico membra dolore leuet:
Semper fœda manet, nec fido tuta bibenti:
Eſſe poteſt ſæuæ proxima cauſa necis.
Hæc, ſi flamma grauis, peruerſuſque vrgeat error:
Si leuis illa nimis, ſic quoque crimen erit:
Suaues lætitiæ, blandus permittitur æſtus,
Nec molles oculi, nec gena rubra nocet:
Si tamen vlterius potandi accenſa cupido
Miſerit in grauidos ebria corda rogos,
Sic vitium cura, ſunt hæc medicamina morbi:
Iſta poteſt tantum vertere cauſa malum.
Conueniunt primùm vomitu quæ viſcera turbant,
Seu ſit anethi herbæ coctio, ſeu raphani:
Sin minus immundam trudantur vina per aluum:
Clyſmus, & hoc tenuis braſſica ſoluit opus.
Protinus in longos labantur corpora ſomnos,
Queis flammæ vires, & vapor omnis abit.
At poſtquam ſomnus, mensque effugit ebria, potum
Dent cinammoni ſuauia fruſta leuis.
Victus erit toſti ſpecies firmiſſima turdi,
vel ſi forte placet pullea victus erit:
Iſta, vel illa acidi miſtos ſibi poſcit odores,

Quos flauens citrum, limaque acerba, tenent:
Nec lentus piscis, nec sorbile displicet ouum:
Poma austera simul, passulaque vua, placent.
Hæc sit cura leuis: quæ diri incõmoda morbi,
Quæ fugiunt grandis crimina sæua mali,
Inferius substant, hac vertex ægide septus
Vitabis nocui vulnera torua meri.
Præseruat molli quæ fætet brassica succo,
Quæque ferunt dulces punica mala cibos.
præseruant etiam post factas stiptica mensas
Munera, vel lento pinguia cuncta sero.
Sic sacharum, atque nuces, & quæ bellaria dicunt,
Tostaque post laticem quæ venit vua suum:
Sic & auellanæ, sic dulcis amygdala, & omnes
Qui bene percludunt viscera prima cibi.
Præseruat folijs quem mittit persicus, humor,
Et quæ jejunos intrat oliua sinus.
Rutaqua, & ingrati non dulcis amÿgdala gustus:
Sic vinum absinthij, sic maris alga sui:
Sic placet æmathium summo de pectore saxum;
Et si quod tribuant myrtea dona merum.
Puluis hirundineus prodest, medicamine prosunt
Quos capra pulmones, quos ouis assa tulit.
Tandem qui summos hederæ sibi sumpsit honores,
Et cinxit ramis tempora læta suis,
Contra omnes feret in magno certamine palmam:
Vlli non cedit læta corona mero.
Vt tamen accensos Bacchi demittat amores
Ebrius, vt tantum non ferat ore malum:
Ni fera continuis mens torpeat obruta curis;
Ni fœdos populis mos trahat ille viros.

Per

Per lege quod sequitur, morbo hæc medicina furentis
Hæc poterit tantum vertere causa malum.
Damna prius referam, tantæque incommoda pestis,
Terreat vt cunctos horrida forma sinus
Hæc animos calido pariter cum viscere flammat,
Et flammat testes, hinc vapor, inde venus.
Tempestas linguæ est, superæ turbatio mentis,
Et capitis morbus, diliquiumque tui.
Insensum genarat, seu pestis putrida, virus,
Insanos actus, paralisisque gelu.
Vnda calet primúm, de hinc languet frigore, flammas
Vnde prius, gelidas postea reddit aquas.
Eneruat vires etiam, stomachosque resoluit:
Non vis, est rapidis impetus ille viris:
Impetus ille vrget superi conamine sensus,
Multaque conatu vis mouet alta suo:
Multa potest, hæc namque duces, atque agmina vincit:
Quod ferrum, & virtus non valet, ista potest.
Inuictos acie domuit vinum, inclyta vicit
Pectora, quæ fortes non domuere duces:
Tot Macedo strauit populos, tot prælia, & arces
Tot vicit terras tot freta, totque vias
Cedit amore tamen vini, bacchoque sepultus
Excidit, & Clitti mors venit vna sui.
Nec satis hæc, alios pestis trahit horrida casus,
Ebrietas omnis causa, parensque mali.
Ista lues morum, & generosæ infamia vitæ,
Corruptella animi, perditioque tui.
Ista voluntatis peruersa insania, langor
Impius, & cunctis otia plena malis.

 Cunta-

Cunctarum eſt rerum, lætique obliuio ſenſus,
  Fœdaque honeſtati forma, ſcelusque tuæ.
Sæua procella rapit pariter corpusque, animoſque,
  Vnde eſt charus amor naufragus, vnde pudor:
Hinc pudor, iſtius nunquam Roma inſcia legis
  Virginibus vetuit pocula grata ſuis.
Plenum ignominijs totum iacet, alta Noemus
  Nudat crura, album nec piget ante diem.
Quod pia ſobrietas tot quondam texerat annis
  Detegit ebrietas, que nocet vna, femur.
Immodicos reddit vultus, & verba loquentis,
  Incertos oculos, & ſine fine gradus.
Biualat incerta languens vertigine corpus:
  Vina furunt calido, ſeu noua muſta, lacu:
Non hæc abſorbent illi, non viſcere condunt:
  Sorbentnr calido ſenſus, & aura mero.
Eſt petulans animus, ſæua, & furibunda voluntas:
  Arma petit rabies, & grauis ira minas.
Eſt blandus dæmon, peccatum dulce, venenum
  Suaue, bonum morem non habet ebrietas.
Vna parens ſcelerum, radix peruerſa malorum,
  Rixæ cauſa ingens, ſanguineæque necis.
Hæc acres bello gentes, hæc hoſtibus arces
  Tradidit, & forti mænia clauſa manu:
Phamnetem necat Eurialus, non ſomnia tantúm,
  Vinum torpenſcens, ebrietaſque nocet.
Quid tam longus ego, deiectos aſpice vultus,
  Et fœdos animos, & grauis ora minæ.
Accubat in varios præbens ſpectacula riſus:
  Membra ſupina iacent, os hiat, atque tremit:

Truncus

Truncus iners iacet in terris,& inutile corpus:
 fœtida fumosi gutturis aura venit.
Nec proprijs contenta malis hic sistit,at vltra
 Progreditur,reliquos inficit aura locos:
Nec ve suas tantum mentes,secretaque promit:
 Cuncta vomit,sua sint,siue aliena foras.
Talia feruenti se præbent dolia musto,
 Quidque foras iaciunt,seu mala,siue bonum.
Ergo mali pudeat,deiectos aspice mores:
 Nullus homo simul est ebrius,atque bonus.
Non furijs sané factum est vinum,attamen alui
 Vt gratos faciant pocula grata sinus.
His adde & modici virtutem,& nobile pectus:
 Hæc quoque peruersi sii medicina mali.
Addite sobriaci diuersa encommia ritus.
 Et lætos vultus,& iuuenile decus.
Sobrietas corpus nutrit,mentemque tuetur:
 Vna salus animo,corporibusque venit:
Vna pudicitiam defendit,& vna pudorem,
 Semper honestati iungitur una suę.
Nunquam hostes agitat,nunquam fera prælia, semper
 Iungit amicitias pacis amica duas.
Secretum dura claudit compagine,vello
 Defendit,tempus nec silet ante suum:
Doctrinæque capax veræ est,verique magistra:
 Ingenium velox,iudiciumque facit.
Omnia consilijs,& iusto temperat vsu:
 Omne malum pariter quę fugit,ipsa vetat:
Declinatque nocens damnum,vitatque periclum:
 Nil temere illa audet,nil timet ipsa,ferox.

Sic odium ponis, sic gratum vertis amorem:
Sic fugiunt dirum viscera parca genus.
Huic anguilla placet vino submersa, recluso
Vel mulus vitam qui dedit ore suam.
Adde mero,, iuuat inscito dessumpta bibenti
Quæ derescissis vitibus vnda fluit:
Et qui de fessis prorumpit testibus humor,
Dum currit sonipes, & ferus ardet equus.

De particularibus vinis.

Communes causas, communes diximus ortus
Vinosi generis, difficilisque meri.
Nunc placet & cunctos cuiusuis dicere mores:
Innumeris extant plurima vina modis.

De vino lymphato.

Lymphatus minus exurit, minus omnia bacchus
Membra fouet, stomachi vim rapit exiguam:
Temperat hic vini flammas, & frigora lymphæ:
Noxam vtranque simul, si fuit vlla, fugit.

De vino puro

Qui purus magis inflammat, minus omnia membra
Temperat, at stomacho firmior ille tuo est.

Horrida quem glacies,quem nix gelat albida,bacchus
Mista trahit grandi plurima damna gelu.
Hydropem,colicas,& fessum procreat asmha,
Spasmi est causa ingens,paralisisque feræ.

De Albo tenui, & aquoso.

Albentes imitatus aquas iuuat ignibus humor.
Febrili flammæ,si datur,iste placet.
Hic purgat renes,& scindit visceris vndas:
Est facilis,ventris sed minus ora iuuat.

De Albo Austero.

Alba austera etiam paruas viresque,rogosque
Vina ferunt,stomacho plus tamen apta leui.
Hæc frænant rapidis labentem fluxibus aluum:
At stricto lædunt pectora curua sero.

Ee Albo, crasso; & & dulci.

Quod clarum,quod dulce merum,quod crassius,altam
Mentem agitat fumis,& caput omne suis:
Hoc iecori nouum est, nigrumque augere lienem,
Et valuit magnos addere bile rogos.
Pulmonis tamen ad morbos,& pectoris vnum
Conuenit,& sputum,si fuit ore, trahit.

De Albo, & turbido.

Obſcuris oculos offendunt vina tenebris
Turbida, & obſtructis ſunt noua cauſa vijs:
Renibus ingenerant lapides, turbantque coquentes
(Nam magnis vrgent flatibus) illa focos.

De Pallido.

Quæ fului, mediumque albi tenuere colorem
Pallida, quas vires dulcia, & alba ferunt.

De flauo, & tenui,

Si fuerit tenuis grata flauedine bacchus
Et citò tranſit alens, & mouet inde ſerum;
Conueniens ideo gelidæ medicina ſenectæ,
Atque melancholici grata medella viri.

De flauo, dulci, & craſſo.

Si fuit hic craſſus maiori pondere chilos
Auget, at in venas tardior ire ſolet.

De flauo vinoſo.

Vinoſus, flauensque liquor (ſic nomine priſco
Dicitur) immenſo membra cruore fouet:

Viribus ille potens, primæ nec inutilis aluo:
Recte etiam nutrit, sed caput omne grauat.

De Rubeo, & dulci.

Qui rubeus, dulcisque iuuat follemque, cauumque
Pectoris, & vires, & genus omne iuuat.

De Rubeo vinoso.

Vinosus nutrit plusquam vina omnia sccus,
Si rubet: obstructis est quoque causa vijs.

De Austero rubeo.

Austerius, rubeusque latex caua pectora lædit,
Non sic supremi mollia tecta sinus:
Detentæ nocet vrinæ, iuuat omnibus idem
Cum petit astrictam venter inanis opem.

De sub rubeo.

Subrubeum valde enutrit, veloxque per aluos
Labitur: hoc primi dona coloris habet.

De nigro, claro, & dulci.

Dulce,

Dulce, nigrum, & clarum duris saxa aspera gignit
Renibus, obturat vasa, iecur, stomachos:
Replet cæruleas tenebroso sanguine venas,
Multum pulmones, pectoraque alta fouet.

De nigro, claro, & austero.

Austerus, clarusque atra caligine bacchus
Non sic defectum, nec bene corpus alit:

De nigro, & turbido.

Turbida fumosum concedunt vina cruorem.
Quæ nigra, turbatus gignitur inde liquor:
Obscuris etiam perturbant lumina fumis:
Hæc sensus reddunt, hæc graue vina caput.

De vino Passo.

Excellens tostis generatur Bacchus ab vuis
Qui stringit ventres, atqne venena fugat.

De vino omphancites, seu viridi.

Cúm virides sarmenta tegunt in solibus vuæ,
Quò tandem rugas, molleque corpus habent,
His viride expressis fit vinum fluxibus aptum

Iliacis, laxo, & conueniens stomacho:
Fœmineam valet hoc picam, pestisque laborem
Tollere, quodque magis sit vetus, vsque placet.

De *Musto*.

Fert mustum colicos vento resonante dolores,
Et facit in superis somnia dira locis:
Nec breuiter coquitur, duri tamen ilia ventris
Soluit, & vrinam, quæ fugit ante, vocat.

Di vino nouo, veteri, & mediocri.

Nec mouet vrinam, nec duras concitat aluos
Quod fuerit, musto vix abeunte, nouum:
Nec bene concoquitur, neque cætera concoquit, atque
Suspensum stomacho, seu grauis vnda, manet.
Intensum præbent quæ vina antiqua calorem:
Sensibus, & neruis sunt inimica tuis:
Vincit odore tamen grato sapor omnia gratus,
Ni quidquid longo tempore fellis habent.
Qui fuit ætatis mediæ noxam effugit omnem
Quam vetus, atque nouus bacchus vterque parit.

De *Iora*.

Loram dixerunt Latij, quód lota fuisset:
Vulgus habet nomen dum pede miscet aquas.

Postquam

Postquam musta acinis fluxerunt omnia plenis,
Lora cadit, liquidis quæ maceratur aquis.
Non tamen hæc placuit, nec lento est commoda ventri
Grata Dioscoridi sit licet illa tuo.

De sapa.

Cum binæ partes abeunt, atque vna superſit
Pars musti, ſuauem fert ſapa noſtra cibum:
Defrutum erit quando exhalat pars æqua; carenum,
Cum tribus abſumpta eſt vua, duæque manent.
Mollit vtrũque genus duras cum pectora fauces,
Corpus vtroque calet, lædit vtrumque caput:
Ventri difficile eſt, & flatibus ilia replet,
Prauaque ſpiſſati fert alimenta ſeri.

De varijs vinis artificialibus.

Qui ſciſſis clarus de vitibus effluit humor
Seruat nonnullos, vt ſua vina, rogos: Aqua vitis
Detergit maculis facies, ponitque decorem,
Ebriacicura eſt (diximus ante) mali.
Deſtillat nigro pariter lympha altera vino,
Quæ furit accenſis, vt focus ipſe, rogis. Aqua vitæ
Dicimus ardentem: vis ſummi præualet ignis:
Ignibus humiditas, nigraque terra fugit:
Frigentes ideo cauſas, flatusque tumentes
Diſcutit, & valido ſæpe dolore iuuat. Vinũ calce, vel gypſo paratũ.
At ſi calce merum tingas, gypſumue reponas,
Praua manet, ſucco deteriore leues:

Altius

Altius hoc ſiccat,ſalſas hoc procreat vndas,
Atque cito reddit viſcera lapſa pede:
Et replet neruos,& ſummæ tempora frontis:
Sola venena fugat,ſi modò crimen abeſt:

De varijs vinis medicinalibus.

Innumerum genus eſt: diuerſis læta parantur
Vina modis,medico munera grata ſuo.
Si quod odorato laudatur aromate vinum,
Mulſaque quæ varijs vina fuere modis.
Quod myrtus dedit aſtringens,quod cedria dulcis,
Quod parit hyſſopus, Cytoneumque tulit:
Sic quoque mandragoræ,molliſque ellebrus in aluo,
Sic vinum efficiunt,pix,roſa,ſcilla,pyrum:
Quæque etiam ventrem pungit thimelæa ſepultum,
Salſaque anethino lympha marina ſero:
Quod dulcis radix,quod daucus,ſaluia pinus,
Quod reſina,atque apius,pulegiumque,ferunt:
Sexcentiſque alijs formantur vina figuris
Simplicis ad vires quæ rediere ſui:
Attamen ad medicos non hic tranſcendimus agros:
Propoſiti meteę ſunt alimenta mei.

Diſputatio celebris inter vinum, & aquam: vt cuiuſque,natura,& effectus amplius pateant, quæ ob id conſulto intacta reliquimus.

Vinum

Vinum.

Tristis aqua? ó genus insipidum? quæ commoda præbes?
 Quæ tua laus? multis viscera plena malis:
Si tepida es, vomitum facis, & languentia membra;
 Si feruens, multis apta nocere modis,
Sic longum absumis corpus, sic ventre supino
 Fusa natas, nullam sic trahis ore sitim:
Non æstus, flammamue fugas: digestio, & omnis
 Coctio ab externo rupta calore manet.
Frigida post celeres cursus, & balnea, morsum,
 Post gratam venerem mortua membra facis:
Sic inopi stomachoque noces, tristique senectæ:
 Sic potis est fortes sola iuuare viros:
Post olus hausta creas acores, scabiemque, lepramque,
 Et fædat superas herpetis ira genas:
Denique semper obes, semper feris improba, multis
 Miscentur semper, si tua dona, malis:
Turbatas reddis ventosis follibus aluos:
 Si quæras succos, nil nisi flatus erit:
Nil nisi pondus habes, lotium si suppetit, illud
 Vt nullas carnes, sic neque sudor alit:
Tu coctas turbare epulas, tu rumpere flammam,
 Tu fluctus omnes, & mala plura refers.
Ast ego cuncta fero contra donum omne, bonumque:
 Nullis offendo corpora vasta malis.
Nunc Ioue de magno natus Semeleia proles
 Huc ades, & causam suscipe diue tuam:
Tu quoque Bacche merum es, placeat magnũ addere cãtũ,
 Et nostrum, atque tuum dicere posse decus,
Sum pater, & fidus rei naturalis amicus:

Te Sola

Sola venenatas bellua potet aquas:
Lætantes animos facio, & iactantia corda,
Et mæsti absumo nubila torua mali:
Audaces oculos, audacem pectoris iram,
Et stimulo fortes ad fera bella manus:
Induco placidos mores, frontemque serenam:
Si quod adest prauum mox fugit ante genus:
Ardentes premo vindictas, odiumque rebelle,
Et pando clausas ad pia dona manus.
Nec satis hæc, altos sublimi in vertice sensus
Lumino, & ingenuas munus ad omnie vias:
Nec non & claros nitido cum sanguine succos,
Et nitidos facio, quos habet aura sinus:
Sic carnes, & cuncta pari tingo ora colore:
Nam qualis succus, talis in ore color:
Nec fugit æquus amor, vacuatus semine testes
Impleo, & algentes igne calente vias:
Instauro fragili lapsas sub viscere flammas,
Quo grata est virtus, coctio multa rogo:
Infræno biles, spissataque phlegmata soluo,
Deficiens lotium, quod facis ipsa, voco:
Et somno reuocare animos, & pellere curas,
Et possum fessi soluere vincla mali:
Vna melancholici requies, sumque vna caloris
Vis nati, & gelido lactea forma seni:
Si sudore opus est, tenues descendere guttas
Excito, mollis erit, sin minus, illa caro.
Denique sum fortis, sum vir: qui fæmina quondam
Mas fuit, ebibito me, vir, & hostis erit.
Nec tantùm sano dona hæc in corpore, multis

In

In morbis etiam munere plura fero.
Effugit oppresso læthale ex corde venenum:
Effugiunt pestis vulnera sæua feræ:
Me præsente nocet nulla exhalatio, nullum
Oppugnare potest pectora læta malum.
Cum fluit exanimis pallenti à syncope virtus,
Cum cruor, & vitæ spiritus omnis abit,
Adsum grata salus: lapsi ad præcordia fumi,
Et flaua emoriens currit in ora color.
Cum quartana riget, nigro cum frigore dentes,
Vel colico pugnant ilia pressa malo,
Non vndis, me flante calent, me frigora gaudent,
Me nerui, dentes, ossa, medulla, caro;
Me dolor omnis abit, larbo omnis deffugit, intro
Me siue absumas, seu capis ipse foras:
Me multa assumunt vires medicamina; partes
Discutio tumidas, siccaque membra iuuo.
Quidquid post morbum recidiuos excitat Ignes,
Per lotij purgo, sunt loca certa, vias.
Si tenues adsint post morbi prælia vires,
Sum vis, & gracili sum caro facta viro.
Si fuerint Hypani veloces fluminis æstus,
Siue istos mæror, crudaue causa dedit,
Siue quod alternis inuadat flamma diebus,
Et lenti sistant cordis in arce rogi,
Me Gallenus amat, vel, quod mireris, acutis
In febribus magnus me dedit Hippocrates.

Aqua.

Et tu quid? sæuo peruersus Marte tyrannus?
Quæ tua vis? morbus: quæ tua fama? malum.

Ridiculos animos, non lætum pectore risum,
Tristitiam potius, mæstaque damna moues.
Tu caput, & sensus tentas, mentemque supremam:
Ingenium fumis labitur omne tuis.
Tu prauos generas quocumque in pectore ritus,
Iras, luxuriam, iudiciumque leue:
Omne venit vitium, fugit omnis corpore virtus:
Tu mala sola, boni munera nulla refers:
Tu superos turbas (scelus absit) flatibus orbes:
Tu facis ad laxos ebria corda poros.
Heu pudor, in turpes errat deiectus arenas
Ebrius, arma ferens, materiamque ioci,
Et quod peius erit densatis vndique vasis
Appoplexiam, damnaque mortis habes.
Visus amittunt laxatis lumina neruis:
Non sistit rectis æqua pupilla locis.
Ante oculos varijs apparent monstra figuris:
Discors in memori vertice sensus inest.
Nec satis hæc, lassas fundis per corpora vires,
Et tepido reddis languida membra foco:
Nec firmat calidum generosa audacia pectus,
Sed riget in trepida pectoris arce timor.
Tu ponis supero ferratos ore sapores;
Te caput omne dolet, plantaque lapsa cadit.
Te forma omnis abit, te longa abrumpitur ætas,
Et voces tremulæ, blæsaque lingua manet.
Tu celeres flammas, tu magnos hepatis ignes,
Et calidum accendis, quo febris ardet, opus.
Nec te forté senex, nec te Gallenus amaret,
Ni præberet aquas Bardia terra suas.

Sic aqueum poteris, vel cum me poscis amicam
Nõnullos alto soluere corde rogos.
Sed non dissolues nodos, quos dira podraga,
Aut quos arthritis, sæuaque gutta facit.
Quid mihi plura, satis mihi sunt, satis ebria monstra:
Iam dixi, omen opus, si legis, illud habet.
Sunt illic turpes formæ, moresque nefandi,
Immensumque nefas, & furor ille minans.
Languentes torquet repitita oratio sensus:
Est caput, exitium per lege Bacche tuum.
Ipsa autem mundi incedo regina, bonumque:
Vna fero multis commoda grata modis.
Sum potis ardentes febris restinguere flammas:
Sæpe vno perijt flamma resorpta lacu.
Sic genus arescens ventris, cineresque, sitimque,
Et reuoco in formas torrida membra suas.
Nec non grata fames facio, & fastidia rumpo,
Et non currentis sum via longa cibi.
Me gaudent pueríque omnes, cunctæque puellæ:
Me vir, meque senex, me genus omne petit.
Longinquos annos facio, tardamque senectam,
Atque in candenti lenius ore decus.
Si tepida in gelidis adsum medicina catharris:
Si vertam vomitus, hi quoque membra iuuant.
Frigida veloces flammas, ignemque furentem
Ore premo, si quæ est, me fugit, ore sitis.
Nec quamuis Bacchus diui me vincis honore:
Sum pater Oceanus, sum Thetis ipsa parens:
Inde potens Neptunus aquas, pontũmque gubernat:
Est fratris coniux Doris amara sui.

Assumit Proteus varias in gurgite formas,
  Atque colit fontes pulchra Diana suos.
Hinc genus innumerum est, nympharum maxima proles:
  Tu solus Bacchus, tu perigrinus eris.
Non homines, non vina dei coluere, per atros
  Plus rigidæ lethes hos iuuat ire lacus.
Alta tua est certé summo de sanguine proles,
  Rex Cadmus terris, Iuppiter ipse polo:
Est mater Semeles, pulchræ sunt matre sorores,
  Est clarum factis, innumerumque genus,
Nullus amat vites, nec praui dona lyæi,
  Est nullus vini, sis nisi Bacche, deus.

Autor.

Quæ causa est? quæ tanta altos discordia reges
  Impulit? vt rixas, vt fera bella gerant:
Cuncta modum seruant, nec certo limite constant,
  In numeris etiam stat medicina suis.
Pone modum vino, capies sic commoda, verum
  Damna feres, auido si bibis ore merum:
Hoc prosunt pariter iucundi munere fontes,
  Atque nocent, æqué crimen, honosque, iacent:
Huc quoque conueniunt regio, ætas, tempus, & humor;
  Non solos variant pocula sumpta modos.
Diximus, acta locis constant, ibi sumito leges:
  Hic tantum belli soluere dicta placet.
Verúm si quæras cuius victoria regis,
  Et cuius fuerit gloria tanta loci,
Hanc modico tribuam (si sit tolerabile) vino,
  Sed dulci modicus non fit in ore, sapor.

Totam

Totam ideo gratis laudem concedimus vndis,
Queis error nullus,queis leue crimen in est,

De Aceto.

Cum grata externum patiuntur vina colorem:
Amittunt formas hoc superante suas:
Humiditas innata perit consumpta,simulque
Flamma innata,comes dum fugit humor,abit:
Iamque merum friget,pungensque exurgit acetum,
Nec iam suauis odor,nec sapor ille viget:
Vis & acuta crbo superest,hinc nomen aceto,
Et manet in tenui flamma inimica loco.
Hoc crassos tenuat succos,scinditque tenaces,
Et varijs abigit dira venena modis:
Temperat exterius flammas,succosque ruentes
Pellit,& in calido sæpe dolore iuuat:
Sic acido reddit gratos humore sapores,
Atque fugat pinguis tædia magna cibi:
Seruat ab externa teneras putredine carnes:
Nam sequitur mordax arida forma gelu:
Et primæ virtutis opus sub viscere primo
Adiuuat,& calidam tollit ab ore sitim:
Intensam mouet ore famem,fluidosque rubores
Continet,& fluctus quos fera bilis habet:
Vnde hilares iterum cogor laudare lyæos:
Si tale est putrens,quale erit ante merum:
Sed partes mordet,neruisque in mollibus horret,
Estque vtero,& nigris pessima forma viris:

Roden-

Rodentes etiam stimulat sub ventre labores,
Atque graues tusses, & grauis omen aquæ.

De Oleo.

Humida temperies oleo est: quod dulce, recensque
Non multum, magni quod vetus ignis habet:
Feruet vtrumque cito, & tenues accendere flammas
(Vtque lucerna ardet, sic quoque membra, potest:
Impinguat, repletque artus, & viscera mollit,
Corporaque á rigido pressa dolore iuuat:
Lassatum reficit corpus (linit omnia) succos
Discutit, at valido sit noua flamma rogo:
Dum coquit, exsiccat; molli facit omnia vultu,
Dum calor externus, dum ferus ignis abest:
Vrticæ lenit morsus, sed lumina mordet:
Molle vagum corpus, guttura rauca facit:
Algentes fouet affectus, infectaque fusum
Pernecat, assandis est medicina cibis.
At molles stomachos, & primiuisceris ora.
Destruit, & rabidam laxat in ore famem:
Nec non & vomitu, & diuerso fluctuat æstu,
Præsertim nullum si ferat ignis opus:
Est namque hoc velox, leuiusque liquoribus vnum,
Idcirco in cunctis altius ire solet.
Hæc maturus habet succus; sunt plurima contra
Immatura suum cum dat oliua serum:
Hoc stringit potius, maiori hoc frigore vincit:
At medici potius, quam dapis autor erit.

De

De lacte.

Alliciunt pueros albo plena vbera lacte,
  vnde manent albo nomina prima sero.
Lac igitur primas inter formosius vndas
  Non minus humanis vtile rebus erit:
Prima leuis pueri solo pars viuit, & omnis
  Sæpe capit solum rustica vita cibum.
Quod melius superat mites candore columbas:
  Non sapor externus, non odor vllus erit:
Quo fluit eximius grata dulcedine gustus,
  Nec, cum lucenti ponitur vngue, cadit:
Quod trahit æqualem læui de corpore formam:
  Quod fert pingue solum, pulchraque mater habet:
Quod venit æstiuo, vel longo á tempore partus:
  Quo calor, & virtus, spumaque facta viget:
Sic satis humectat, sic est moderamine frigens,
  Sic multum nutrit, sic bene concoquitur:
Sic reficit lapsas absumpto in corpore carnes;
  Sic reddit succo guttura blanda suo:
Quos calor exurens, & quos premit hectica sanat,
  Rosiuamque imó temperat ore luem:
Flammatas oculi partes, rubrasque pupillas
  Lenit, & ardentes temperat aure rogos:
Multiplicat semen, flammasque cupidinis auget,
  Et ponit roseum summa per ora decus:
Et somno mulcet frontem, siue ora sobintret,
  Seu leni humescant tempora bina sero:
Et chilos facit eximios, & pectora mulcet,

Et sanat varijs vlcera fæda locis:
Quæ pulmonis habent alas, quæ viscera rodunt,
Nam disentericis est medicina malis:
Quæque vijs hærent lotij, partisque pudendæ,
Cunctaque in interno vulnera facta sinu.
Hæc de formoso veniunt tibi commoda succo,
Præsertim purus si fuit ille cibus:
Multa etiam nostris confert incommoda membris:
Sunt bona, mista malis; damnaque iuncta bonis:
Spissatos etenim frigenti ex æquore fumos
Excitat, ima quibus viscera plena tument:
Vnde alias subeunt sedes, montemque supremum,
Imbellesque vias, & caput omne grauant:
Inde tenebrosis humescunt lumina fossis:
Rheumata pars cerebri debilis alba parit:
Inde catharrosis nocuum, tristique podagræ,
Et resoluta quibus, tensaque membra rigent:
Gingiuas tandem lædit, dentesque caninos,
Ni rosa, vel liquidum colluat ora merum.
Hæc mala lac generat: sed adhuc offensior extat
Chilus, acetosas si fuit ante dapes:
Vel si cum rubro coeat per viscera Baccho,
Mistaue, quod peius, sit leuis vnda simul:
Vel si iam plenas epulis inuenerit alnos,
Vel mixtum indocta piscibus arte fuit:
Tuuc mala plura dabit membris, scabiemque, lepramque
Et corrupta suis ilia prima cibis.
Cum tamen in varijs lac sit spectabile rebus,
Inferius species, & genus omne patet.
Humanum tenui superat præ corpore nostrisque

Aptus

Aptus naturis plus liquor iste manet.
Magna camelorum præbent grandem vbera lympham: Humanũ-
Non alit hæc, transit, concoquiturque cito. Camelli
Lac bubulum nutrit molli pinguedine corpus,
Et reddit succis pectora firma suis. Bubulum
Crassius est reliquis quod siccans Caseus implet,
Cui pars parua seri est, & pia mater ouis. Ouinum.
Lac asinæ nutrit breuiter, iuuat hectica membra,
Et tenuem generat ventre priore cibum. Asinum.
Stat medio quod dura leui tulit vbere capra: Caprinũ.
Hoc simile humano lac magis esse solet.
Sunt istæ species, partes quoque continet vnum:
Scinditur in varias vnicus humor aquas.
Siue etenim vinclo, vel molli cogitur herba,
Separat aut partes aspera gutta suas,
Inde serum remanet, pars est tenuissima lactis,
Non alit, est morbis magna medella tuis: Serum.
Ista leuem flãmam calidos imitata parentes
Possidet, at nostros pars gelat ista sinus:
Abstergitque vias, claros cum sanguine fumos
Efficit, & tristes sub mouet ore rogos:
Obstructos aperit, fartosque liquore meatus,
Seu iecoris morbus, siue lienis erit:
Temperat & magnos quos bilis concitat æstus,
Vrinæque graues temperat illa focos:
Mollit, & expurgat succos flauosque, nigrosque,
Et curat morbos quos fera pellis habet:
Ventriculi tamen hæc robur, flammamque resoluit,
Idque magis, tenui si natat vnda foco.
Altera nomen habet, bubulo de lacte butyrum,

Et craſſus, mordax, calidus, niger, aridus, acer:
Sed perdit iuncta plurima damna mero.
Qui bubulus multa reliquos pinguedine vincit:
Arida caprini ſunt alimenta feri.
Eſt melior quem præbet ouis, iacet inter vtrunque,
Stat ſemper medijs pulchrior vnda locis.
Non hæc ſola manent, non ſola hæc munera lactis:
Innumerus vaſto naſcitur amne acus.
Eſt albens prrmo (lac ſciſſile dicimus) humor,
Qui miſtam formam, vimque, modumque tenet:
Vtraque damna fugit, quæ Caſeus, atque butyrum
Sola parant, medio nam ſedet iſte loco.
Frigerat hic renes, & ſummas hepate flammas,
Nec tardè á primo viſcere coctus abit.
Eſt nata, qui ſupero pinguis lacte innat humor,
Non quod tarda ſuis innatat vnda cibis:
At potius iuuat in primis ante omnia menſis:
Tunc bene ſi prodeſt, actior illa ſapit:
Nec guſtus ſub fine minor, grauius tamen inſtant
Quæ de corrupto ventre pericla manent.
Fit quoque de molli (quæ græce aphrogala) lacte
Spuma leuis, ſuccos quæ parit hauſta leues:
Nulla alimenta, imò celeres in viſcere fumos
Excitat; omne ſimul, ſpuma, cibuſque, volat.

Lac ſciſsile.

Nata.

Spuma.

De Melle.

Ille fauos ínter palmam ſibi præripit omnes,
Cui flaua in dulci forma ſapore nitet;

Nec sapor acer abest, quamuis sit dulcis, & ille
 Qui suauis tenui parte resultat odor:
Quod graue, quod firmum, grauido quod corpore siccum
 Mel placet, & formam quod retinet mediam:
Non intercisum medio, semperque cohærens.
 Quodque ferat longis linea ducta vijs:
Quod gratæ genuere herbæ, quod tymbria dulcis,
 Quod fert suaue, apibus vita, cibusque, thymum:
Quod creat herboso ros vnica gloria campo,
 Quodque alij flores, herbaque dulcis habet:
Quod iucunda ferunt ridentis tempora veris,
 Vel saltim autumnus: flamma, geluque nocent:
Quale inter Lusos Auis affert inclyta tellus,
 Et Siculum priscis, Aemathiumque solum.
Est prauum contra cui praua est mater erica
 Quod praui flores, herbaque turpis alit:
Quod capit externos prauo sub odore sapores,
 Cuique alijs desunt munera grata modis.
Quod tamen est flauum medico præstantius vsu est,
 Gratum epulis album, commodiusque tuis.
Est calidum genus omne gradu, siccumque secundo:
 Quod vetus acre magis: quod magis acre, calens:
Nutrit vtrunque nimis gelidam cum suscipit aluum:
 Cum natura senex, cum fuit annus hyems.
Ast si biloso feruescens sanguine corpus
 Inuenit, & similis tempus, humumque modi,
Vertitur in coleram, furibundosque incitat æstus,
 Dumque calor, pariter crescit amara lues
Hoc ventrem soluit, laxato hoc phlegmata ventre
 Discutit, & cunctas tergit, aditque vias:

Hoc

Hoc lentam seruat fœda à putredine carnem,
Et coquit,& siccat,digerit, atque trahit:
Et vomitum sub ventre mouet,sub pectore tusses,
Et reddit flatu viscera lata suo.
At mala spumatum perdit mel plurima,cunctis
In rebus tantam vim calor auctus habet:
Sic placat geminam tussim,sic aspera lenit
Pectora,sic stomachum,cunctaque membra iuuat:
Vlceribus lambit sordes,nec ve extima tantum
Curat,at internis quæ quoque facta locis:
Et tabli prodest(numero fugit hectica nostro)
Præsertim socij si bona lactis habet:
Claro perspicuos concedit lumine visus;
Ex oculis tergit nubila grossa tuis:
Discutit ingentes qui cingunt ora tumores,
Et replet lotio quæ loca munda suo:
Commoda multa refert,damnorum pauca priorum,
Et bona quæ mellis cuncta prioris habet.
At minus abstergunt,minus hæc sunt acria mella:
Hæc magis intensus reddit amara color.
Omnia cum dulci poteris miscere lyæo,
Omnia post salsas sunt bona mella dapes.

De Sacharo.

Mel simile(hoc sacharum est)dulcis promittit arundo,
Quam solis virtus,aut ferus ignis adit:
Postea concrescit candentis more lapilli,
Et manet in cunctis dapsque,salusque cibis.

Vinci-

Vincitur à nimia grati dulcedine mellis,
At superat longis omnia mella modis;
Non tumidos tollit flatus, non viscera turbat,
Non illas calido prouocat ore sites:
Non intro flammas, non grandes incitat æstus,
Non hostis stomacho, mellis vt ira, suo:
Nil nocet, omne iuuat grato moderamine corpus,
Aegris auxilium, vita, cibusque tuis.

De *cerealibus*.

Bella Ceres, formosa omnes regina per agros,
Cui cedunt flores, lilia, poma, rosæ,
Huc ades, atque alijs sociam te fingito rebus:
Te sine nullus habet commoda certa cibus.
Tu facis innocuas epulas, supremaque vincis,
Vnaque materia es, & cibus vna cibis.
Tu cunctas inter gentes versaris, & omnes
Pro te dant multas nocte, dieque preces.
Ergo veni, & nostræ placeat decumbere mensæ:
Multus honos, tecum; te sine, nullus erit.

De Tritico.

Tritica de trito; frumentum hæc dicimus omnis,
Nam fruitur donis terra, manusques suis:
Id verò primas inter cerealia laudes
Ducet, quod primæ tempora messis habet:

Quod

Quod bene maturum fuerit,quod corpore grandi,
Quod multum pondus,duritiesque,grauant
Quod simul aurati nitidum fecere colores,
Cui sicca in pleno vis solet esse globo:
Quod lolium fugit in fœlix, & tristis auena,
Nullaque stat granum quæ facit herba malum:
Illi,si quæras populos,regna itala vincunt,
Sin minus Hispani fertilis herba soli.
At cum multa extent cereris discrimina nostræ,
Diuersa hinc virtus,vt quoque succus erit.
Est ador,atque prior nobis maurusia proles:
Hoc durum,& siccum,nec leue corpus habet:
Huic terrena magis crasso est substantia grauo,
Pulchraque sub flauo cortice forma nitet:
Hoc bene corpus alit,nam multo sanguine lentum:
Multa siligo,leuis semine furfur inest:
Amplius hoc calidum est maiori hoc robore vincit,
Ingens fermentum, viscera dura petit.
Est alicæ genus altricis,dant munera nomen,
Vnaque quæ triti filia,& vna Zeæ.
Arua genus sabulosa ferunt: Gallecia fortis
Hoc parit,inde sui nomen honoris habet.
Hoc minus enutrit,far est hoc rarius illo:
Hoc magis albescens,& leue corpus habet:
Mollius hoc illo est,multo quoque furfure pauca est
Quæ placuit multis alba farina viris:
Idcirco minor huic fermenti copia fortis,
Et minor in stomacho visque,rogusque iuuant.
Est etiam frugis species,cui tempora nomen
Trina ferunt: menses tempora terna voco:

Est aliud quod bina creant, sed vtrumque remissum,
cui minor altricis forma erit illa dapis:
Hoc facile est, leuiusque omni; sic arida tellus
Est minor, vt terris est mora facta minor.
Ista, vel illa seges fuerit, nocet omnibus omnis,
Si cruda, est cunctis hæc inimica modis:
Cruda gerit crudos imò sub viscere chilos,
Cruda mouet stomachos, ventriculumque grauat:
Cruda creat vermes, crassos fert cruda vapores,
Nec potis est valido cocta manere rogo.
At postquam varijs mitescunt artibus herbæ,
Et cibus, & panis iam seges illa manet,
Optima corporeos crescunt alimenta per artus,
Commoda sunt omni panis, & aura loco.
Non tamen hic solus placuit, nisi fortia sumas
Pectora, queis imò sit ferus ore calor:
Est melius Cereri miscere obsonia nostræ,
Sic melius coquitur, sic iuuat, atque fouet.
Pessima censetur grati repletio panis,
Plurima non coctus crimina panis habet.
Nec placet ex fumo fumans vapor ille recenti,
Iucundo quanuis vincat odore cibus:
Stat calor omnis adhuc, crassique ad viscera flatus,
Queis facit ore sites, & caput omne grauat;
Conseruatque moram, & natos feruoribus ignes
Soluit, oliua parùm detrahit inde mali:
Vis abit illa rogi, feruensque extinguitur ardor,
Auraque, sed lasso coctio tarda sinu est.
Robur ab antiquo, cognatusque effluit humor,
Non ideo placuit, ni pia iura forent,

Consistit medio laudandus tempore panis,
Seu trinus fuerit, siue diurnus erit:
Nec qui post ternos, nec solis quattuor ortus
Displicet, aut qui horas post venit ille decem.
Sit medio coctus, nam massam plurimus ignis
Vrit, & in crustam vertitur inde nigram:
Debilis exiguum reddit, crudumque relinquit:
Verúm pro gelido mollior iste sene.
Commoda sub latis celebratur coctio furnis,
Attamen in clibanis aptior ignis erit:
Deterior quam cratis habet, sed pessima cunctis,
Quam cinis in calido præbuit alba rogo:
Tunc etenim quæ prima ardet, faciesque crematur,
Crudaque in internis pars manet alba locis.
Vlterius placuit medij quæ massa tenoris,
Quæque fuit forti mollior acta manu:
Quæ salis, & tepidæ modicum susceperit vndæ,
Et cui fermenti pars fuit æqua leuis:
Quæque subacta prius calido iacet abdita lino,
Et simul in calido quæ fuit vsta lare.
Omnis alit, modiceque calet, per cætera seruat
Temperiem, nullis commouet ora modos.
Si partes scindas internam carpe medullam:
Sin minus, vsta nimis non ea pellis erit:
Vsta nimis tosta generat quæ crusta liquores;
Sic alit vna minus, plus tamen vna fouet.
Sed cum multa extent panis discrimina, virtus
Diuersa in cunctis, vt quoque succus erit.
Qui maius recipit fermentum, soluit; at ille
Qui minus, astringit, primaque vasa grauat;

Fermentum tenuat,ſed ſicca,lymphaque mollit;
Iſta graues panes,illa dedere leues.
Purior eſt format quem pars albiſſima frugis,
Iſte ſiligineus dicitur,& melior:
Hic multum enutrit,ſed plus ín ventre moratur:
Datque bonum ſuccum,ſed male coctibilem:
Feruenteſque petit flammas,ſtomachique vigorem,
Et validas ſubigant quæ genus acre manus.
Pro··mus huic alius reſidet,laudiſque ſecundæ eſt,
Et ſimilagineus dicitur á ſimila:
Hic minus enutrit,melius coquitur tamen idem,
Et ſugit:obſtructis aptior vnde vijs.
Hunc infra medius ſequitur,mediumque farinæ
Quemque facit medium fœmina,furfur adeſt:
Sic medios tener hic mores,mediamque figuram:
Quod ſimila,& furfur dant genus,iſte capit.
Furfureus panes inter ſtat peſſimus omnes,
Iureque de menſis nobilibus refugit:
Iſte melancholicos parit imò in viſcere ſuccos:
Excrementitias hic facit eſſe vias:
Plus hic aſtringrt,ſed partes ſoluit eaſdem,
Namqueabſterſiuam vim ſimul humor habet,
Exſiccatque magis(ſuccum tulit alba feracem
Maſſa)minuſque alijs hic alit,atque calet:
Hoc minor illa manus,breuiorque ſubactio pane
Conuenit,atque leui coctio prima foco.
Fert quoque diuerſos tritum paneſque ciboſque;
Hoc mutat varijs coctio facta modis.
Quæ nanque illa ſeges calidis areſcit oliuis

Eſt

Est mala,& in stomachis ardua causa tuis:
Nec frixæ placuere dapes,coctæue placentæ:
Hos vincit simplex vna farina cibos.
Verùm qui sacharo panis componitur albo
(Bis coctum dicunt)aptior vsque cibus.
Nec minus albenti placuit cum lacte butyrum;
Non oleo,aut pulchris mixta farina fauis.
Inter cuncta iuuat mistus cum flumine panis,
Indo præsetim si natat vnda fauo:
Lentos vnda lauat succos,iunctumque calorem,
Et quæ fermenti vis fuit aucta feri:
Sic leuior multò remanet,succique minoris,
Sic ventris nullas obstruit ille vias:
Sic humet,totasque humor per frigerat aluos;
Sic febrilis erit magna medella rogi.

De Hordeo.

Hordea dicuntur quia sunt magis horrida grana,
Horescitque leuis læta per arrua seges:
Idcirco ad duros tantùm cibus hordea campos,
Diuersis homini sint medicina modis:
Solum grata manent steriles alimenta per annos,
Mistaque cum grosso est commoda forma cibo.
Hinc dulces venére epulæ,panisque gelatus:
Cuncta hilari gaudent hectica membra sero.
Hic calidos ventris fluctus,iecorisque furores
Temperat,& facilem suscipit inde viam.
Hic panis leuior trito est,magis omnibus vnus

Subtilis; trium plus alit, iste minus:
Aequis humectant gradibus, plus hordea siccant,
Cum detersiuo cortice tecta manent.
Hinc formosa leui ptisana est celeberrima succo,
Cui mirum in cunctis pars dedit ægra decus.
Tipsana fit leuis vnda prior, quam cocta dederunt
Hordea, quæque minus daps habet vna cibi,
Altera concocto ex grano, pressoque resultat,
Et ternum tribuunt hordea tunsa modum.
Huic quoque persimilem generat succumque, cibumque
Quæ mista est indo clara farina fauo.
Hæc, atque illa iuuant, genus est vtrunque benignum,
Temperat ardentes vtraque forma rogos.
Mundat lympha magis, mollit substantia, siccus
Abstergit cortex, melleque corpus alit:
Tota etiam reserat venas, arctosque meatus,
Si duo præsertim semina iuncta forent:
Vel si dum coquitur varij nauére colores
Quas apij duplices, epatiumque, feruut:
Quos buglosa tulit, geminique endiuia campi,
Et tandem crines quos dea pulchra gerit.
Hordeaceo pariter surgit massa altera grano,
Cum iam tosta manet facta polenta seges:
Primúm tosta oleo fruges miscetur, & vndæ
Totaque flammigero traditur vnda rogo:
Ista magis sicca est, mollesque ad prælia vires
Suggerit: agresti fit cibus iste viro.
Hinc zythum, & curmi, leuis hinc ceruisia gallos
Ebriat: his prosunt hordea nostra modis.

De

De Typha, Zea, Olyra, & similibus alijs.

Arentes duris typha saxis aurea campos
Expetit, ad duros quæ cibus vna viros:
Surgunt fœtentes nigro de pane colores,
At sapor in molli corpore dulcis inest,
Triticeos inter panes, atque hordea constat:
Plus far, corpus adunt hordea lenta minus.
Nec dura vt tritum est, nec sit velut hordea mollis;
Nec grauis vt tritum, nec velut ista leuis.
Hanc aliqui dixere zeam, reliqui tamen istam
Diuerso dicunt posse venire loco.
Vtque Asia has fert alta zeas, sic gallus arincas,
Vt quoque in Italico surgit olyra solo:
Ast zea quæ nobis etiam typha dicitur, ista
Sola per Hispanmm nascitur herba solum:
Huic & centenum dedit vna Hispania nomen,
Herba quòd hæc centum scilicet vna ferat.

De Milio.

Parua seges, cunctasque inter numerosior herbas,
Mille quòd hæc milium, granaque mille ferat:
Frigerat hæc leuiter, siccat tamen amplius omni,
Nullus in hac lentor, nullaque mollitadeps:
Non ideo fuerit nostros hic panis, in esus
Torrida pro lento grana dolore iuuant:
Et placuere etiam lacti si mista calenti,

Vel

De leguminibus.

Quæ nullas fert tosta seges de pane figuras,
Non formosa ceres dicta, legumen erit:
Omne melancholicum est, nec inops á flatibus, omni
Terra, humorque ingens, paruaque flamma viget:
Amittit siccum fumos: vndamque liquentem,
Vel piper, aut cineres, origanumue ferens.

De Oriza.

Molle solum quæ dura legit, terramque palustrem.
Sæpe tenet grati panis oriza vicem:
Hæc quanuis inter diuersa legumina palmam
Præripiat, trito iam manet inferior:
Amplius exsiccat, nec paruo absumitur igne,
Atque magis crassos efficit ista cibos:
Et magis astringit, lapsonam commoda ventri:
Maiores recipit quæ fuit vsta gradus:
Et minus enutrit trito, satis attamen, atque
Aequali replet viscera lenta sero.
Huic placet albiferum lactis miscere liquorem.
Quæque dedit pinguis pinguia iura caro:
Sic minus astringit, minus aret, mollior humet
Sic grato melior sumitur ore cibus.

De lentibus.

Horret amara lues fructu, forma arida vincit,
Terreus ille quidem, flammaque iuncta minor:
Nec volitant multi (viget arens flamma) vapores:
Surgit ab humenti nam leuis aura solo:
Vis & amara fugit, manet hic se dulcior ipso,
Si coctus dulci sæpe madescit aqua:
Tunc pariter durum corpus, iunctumque calorem
Perdit, & hac gelidum suscipit arte gradum:
Abstergens moritur succus, visque illa resoluens,
Et manet in crasso pondere difficilis:
Crassa per extensos fugiunt alimenta canales,
Nec bene concoquitur, nec bene chilus abit:
Hunc sale consperges, sal est medicina lupini,
Qui simul est varijs æqua medella modis.

De Fabis.

Grandes prima' fabæ generant per viscera fumos:
Surgunt á liquidis aura, venusque fabis:
Temperies inter medias ignisque, geluque
Ponuntur, sicci plus tenuere soli:
Præbent fungosum, mollem, crassumque liquorem,
Et mittunt superis somnia torua locis.
Hæ Patauos mærore animos, flauoque timore
Presserunt, istis plurimus vsus obest:
Non tamen omnino daps, praua est, tergere ventres,
Et mollire auras, pectoraque arcta potest:
Astringit si mansa aluos, & sanguinis vndas,
Quando fabæ medium vena recisa capit:

 Plus

Plus stringit cortex, paucos fert torrida fumos
Tota, arensque magis, difficilisque manet.
Quæ viridis plures generat nimis humida flatus,
Et magis impura est, mollior ipsa tamen.
Plus Aegyptiaca humescit, Nabatia sicca est,
Et melior pura est, crassior, alba, grauis:
Laudatur vulgo quæ picta foramine, quamuis
Signa putris referat mollior ista soli.
Hæc potuit faba nostra altrix: est prædita donis,
Et prodest varijs vt medicina modis:
Flammatos soluit testes, mãmasque tumentes,
Commodaque est multis alba farina locis.

De Pisis.

Accedunt illia quæ pisa simillima succos,
Attamen impuris sunt meliora fabis.
Non ita detergunt, nec tantis fumida ventis,
Plusque manent primo pisa morata sinu:
Ardentes etiam sunt opportuna per æstus;
Florent post virides iam noua pisa fabas.

De ciceribus.

Maiores cicer ingenerat ventosque, rogosque,
Atque ideo labor est maior, & ipsa venus:
Et maior cibus est, illis minor, vnaque maior
Tersio; dant vires forma, calorque suas:

Nec

Nec probus omnino succus placet, ignibus ardens
 Amittit vires, qua faba tosta capit:
Nec bene concoquitur; tenuem pars altera succum
 Procreat, & roseas pingit in ore genas:
Auget pulmonis robur, renesque, iecurque
 Purgat, & vrinam, menstruaque arcta mouet:
Per mãmas crescunt vndæ, sub testibus humor
 Effluit, in fumis non venus omnis inest:
Et cicer astringit, quamuis sua iura relaxent;
 Forma sub incertis partibus illa iacet.
Hæc cibus; auxilium multis cicer est quoque morbis,
 Nam prodest vario grata farina modo.
Sunt plures huius species, habet arietis vnum
 Nomen, & est aliud pulchra columba genus:
Hoc veneri tribuere alij, venerisque vocarunt
 Nomine, in hoc maior vis solet esse deæ.
Est etiam ciceri similata cicereula, at isti
 Vt paruum corpus, sic quoque robur erit.

De Phaseolis, dolichis, & eruilijs.

Crassior his similes tollit per viscera flatus,
 Atque ideo tardè Phaseolus coquitur:
In reliquis medium seruat laudisque, malique:
 Non multum enutrit, non alit ille parum:
Phaseolo est dolichus, similisque eruilia piso;
 Omnibus est similis visque, liquorque cibis,

De fœnugræco.

Hinc sequitur græcum quod nulla iniuria fœnum
Destruit, at potius gaudet, hiatque malis:
Hoc calet, & siccat, digestaque membra relaxat,
Thoraci prodest, ventriculoque nocet:
Et lentum præbet succum, prauumque cruorem,
Et detersiuam vim simul illud habet:
Atque ideo medicina magis, quam chilus habetur,
Lanugo mollis, coctaque lympha, iuuant.

De sesama.

Et pinguis nimium, nec tempore sesama durat:
Rancescit crassi pars oleosa rogi:
Difficilis valde est, stomachumque infarcit, & ipsum
Subuertit, veluti pinguia cuncta solent:
Indomitas facit ore sites: cum dentibus hæret
Horrendus putri fætor in ore manet:
Ex hoc dulcescunt cocto bellaria melle:
Dempta pelle cibus gratior iste manet:
Iamque oleum cum melle abijt, parsque altera restat
Purior, in mammas qua subit vnda tuas.
Huic Erysimus adest similis, cibus est tamen illo
Peior, in emplastris ambo fuere pares.

De Cannabe.

Dat ternas ſicci vires, ternumque calorem
   Cannabis, hæc fumos ſoluit, alitque ſimul:
Dat facilem, prauumque cibum, frontemque ſupremam
   Tentat, & inferno pernecat ore rogos.
Hunc etiam mella alba iuuánt, ſimileſq; placentas
   Quas dulci pino ſeſama pinguis, habet:
Sumitur & toſtum ſemen, preſſoque reſultat
   Albeſcens ſacharo quæ natat vnda leui.

De Vitice.

Huic ſimilis caſta eſt vitex, caput hæc tamen altum
   Non ferit: hanc gelidam Pergamus addiderat
Sed veré caluit, ſiccatque potentiús illos
   Quos mouet alma venus grata per arrua rogos.
Hæc vere in primo prior omni floruit herba:
   Hæc alijs prior eſt virginis herba torus.

De fructibus.

Dicimus antiquo communes nomine fructus,
   Vel quòd terra ſuum, vel ferat arbor onus.
Hoc commune ferunt, cunctis nutritio praua eſt;
   Nec conſtans illis, ſed leuis humor ineſt:
Excrementa etiam diuerſo linquere chilo,
   Et flatus omni gignere ventre queunt.
Nec probus eſt humor ſi forte fugacibus, alto
   Si putret iu ſtomacho dira venena trahit:

Amittunt

Amittunt partem succi, partemque malorum,
Quos longum tempus, longaque siccat hyems:
Non tantum pariter nocui quos aurea vina,
Vel quos albas seges, mist aue lympha rigat:
Omnibus vna feres, calidis in fructibus vnda
Conuenit, in liquido sunt bona vina gelu:
Triticeo lentore ingēs consumitur humor;
Temperie totum (frigus, & ignis) abit.
Emendat prauos mores, amnemque gelatum
Bacchus, & humentem diluit vnda rogūm.
Hæc vltra æstiuo frigens sit tempore fructus:
Sic suauis, grandes sic necat ore focos.
Forma etiam placet æqualis, si crudior aluum,
Et crudos succos, & genus omnē facit:
Si maturus erit nimiūm, putret, & ferus horret:
Aptior est medijs coctio facta vijs.
Isti sunt fructus, multos fert vndique tellus,
Hos nemora, & siluæ, lætaque prata ferunt.
Aspice iam varium genus, & discrimina multa,
Non idem cunctis fructibus humor inest

De fructibus Plantarum.

Quò tellus, aura quò plantis dissidet arbor,
Sic ea per fructus est quoque causa suos.
Plus terra humescit, similes hument quoque fructus:
Est herbis nimiūm proxima terra suis:
Sed pugnat varians diuerso insēmine virtus:
Aspice nunc plantas, post grauis arbor erit.

De

De Melonibus.

Humentes gelidis insunt melonibus vndæ
Queis lenire ardens osque, sitimque valent:
Et lotium, lymphasque mouent, atque hepatis ignes,
Et renum flammas, tostaque membra leuant:
Hos ideo calidæ placuit concedere febri,
Cum nulla in primo stat putris aura foco:
Nam si putredo adfuerit, putret quoque fructus,
Et stomacho bilis fit genus horribile:
Nec non subuertit chilos, vomitumque reducit,
Et choleras morbos, & fera damna rogi:
Hoc damnum ingeminat, putrisque incommoda formæ,
Post omnes veniat si cibus iste cibos:
Est tamen in cunctis species hæc gratior herbis:
Suauis spirat odor, dulcatet ora sapor:
Præcipue quem lenta palus, quem terra liquescens
Procroat, est gelidæ fructus amicus aquæ:
Si sit rugosus, si magmo pondere fortis.
Si seccat ingentes semita longa sinus:
Si sit odorati lentus pedis humor, & intro
Demonstret rubeas arida forma genas.

De Peponibus.

Est minor vnda, fero vincunt algente pepones,
Maius habent succo deteriore malum:
Euertunt quoque ventriculos, extraque recurrunt

Promptius, & grauior flat putris aura cibi:
At fartos mundant renes, & viscera mundant,
In longos possunt hi prius ire locos.
Non isti quærunt maturi tempora solis
Sunt gratæ virides (non ita melo) dapes.

De cucumere.

A curuore venit cucumis, quasi curuimer vnus;
Curuari multis nam solet iste modis.
Plns crassum gerit hic flatum, chilumque, cibumque
Nec sic descendit, nec valet igne coqui:
Non etiam tanto frigens lentore madescit,
Nec sic in primo ventre putrere solet:
Vrinam succo reuocat, stomachumque calentem
Frigerat, est acidis commoda forma cibis.
Præter communem primo de patre resurgit
Purior, & maior quam pater: ante fuit
Anguinum latij fructum dixere secundum,
Quod cauus, & longus sic velut anguis eat:
Tortilis hic etiam est, & iusto nomine, dictus:
Hic tamen Hispana voce cogombrus erit.
Hanc primó effecit curuatum fictile formam
Sed fructus vires post tulit ipse suas.

De Melongia.

Plus tristem facit, & crassum melongia succum,
Quem non vis stomachi vincere parua potest.
Hæc in mordaci per longum tempus aceto
Seruatur, liquidis vel bene mista fauis.

De *Cucurbita.*

Hnmentem præstat, gelidumque cucurbita succum:
Non alit hæc multúm, sed bene corpus alit:
Et bene concoquitur, breuiter quoque viscera transit.
Et mollit succo viscera dura suo:
Sanguineos fluctus, ardentes temperat æstus
Hepatis, atque dedit quos venus alma rogos:
Hæc valet in cunctas etiam se vertere formas,
Nam facilis toti iungitur vna cibo:
Cum salsis hæc salsa manet, fit dulcibus ipsa
Dulcior, & mordax acribus herba riget:
Sic lacti fit mixta cibus, sacharoque liquenti,
Altera, pallentis fert alimenta faui:
Nec quæ nigranti frixa in sartagiee multúm
Displicet, humenti sic manet orba malo:
At nullos gustus, nullum hæc promittit odorem,
Nec potis est vllo cruda placere modo.
Maior adhuc puro superest in semine virtus,
Nec minor in gelido forma pepone iacet,

De fructibus arborum.

Aura leues flatus minuit, terramque liquentem,
Et iuuat hunc solis forma benigna rogum:
Perpetui ludũt etiam zephyrique, notique:
Sed varij multa est seminis vnda sui.

De ficis.

Fructiferi merito generis tibi gloria ficus,
Nam minus ex reliquis fructibes ipsa noces:
Tu nutrire magis potuisti, tu omnibus vna
Suauior, & nullu mollior osse places:
Tu fas humentes pellem prorumpere in vndas,
Et reddis succo viscera munda tuo.
Vndosas etiam tollis de pectore flammas,
Et citó per stomachos, & bene cocta meas,
Igne tamen iecur inflammas, mordesque palatum,
Et magnos flatus, ni fuga tanta, dares.
Diuersum genus in cunctis tamen aptior illa
Cui sicca in duro corpore forma nitet:
Cui cutis exterior nigra est, intusque latentes
Carnes purpurei more coloris eunt:
Nec viridis cui rubra caro, neque candida ficus
Displicet, aut regis quæ tulit vna vicem.
Fit quoque tosta nimis, rugosaque carica ficus,
Hoc tamen inferius iam solet esse genus:
Obstruit ardescens hepar, nigrumque lienem,
Et replet cunctos spissa farina sinus:
Iam minus altrices sicco de corpore vires
Suggerit, humoris pars alit illa sui:

Nec

Nec non languentes stomachos, infartaque reddit
Viscera, & accensas linquit in ore sites:
Hinc fera fit scabies, mordéſque in vertice vermis
Sed pulchro rubeus nascitur ore color:
Maturantque cibi molles, & sordida tergunt
Corpora, qui tumidis sunt medicina locis:
Pectoribus prosunt etiam, tussique sonoræ
Et faciunt leni guttura blanda fauo.
Si nux grata istis si dulcis amygdala formæ
Addita sit, melior dapsque, saporque manet.

De vuis.

Turbantur ventres vuis, plenique tumescunt,
Nam multus calido turbat icore vapor.
Est cibus hic multi tamen est resolubilis humor:
Vincitur ab stomacho, sed caput omne grauat:
Nec malus est sanguis (fuit vua simillima fico)
Non succos ideo procreat vua bonos:
At reparare simul potuit lymphasque dapesque,
Et reddit molli viscera lenta sero:
Verùm cum nostri vario sint more racemi,
Non eadem cunctis forma, nec humor erit.
Quæ magis humescens nutrit minus vua, sed aluos
Irrigat, & citiùs per loca prima fugit:
Quæ contra minùs humectans alit amplius illa,
At plus in primo viscere fixa manet.
Quæ plus dulcescit, plures tenet vua calores;
Vt moscatelli dulcior vua soli.

Austeri magis algescunt, acidique sapores
  Vinosæ medios vuæ habuere locos.
Frigentes siccant acini, nec viscere primo
  Vincuntur, corpus par quoque vestis habet.
Vua pensilis. Pinsilis amittit flatus, culpamque per æuum,
  Et lenta ad gratas incitat ora fames:
Agresta. Quæ tamen arescens, totoque absumpta liquore
  Permanet, ad nullos iam manet apta cibos:
Quæ verò non dum vua fuit sed agresta, priorem
  Ventriculum, & primas roborat vna vias:
Hæc seruat gelido crassas in corpore carnes,
  Queis flammæ damnum, tostaque membra leuat:
Ventre fames etiam generat, non sanguinis vndas;
Labrusca. Non cibus illa ideo, sed medicamen erit.
Quæque virens raros spargit labrusca racemos,
  Aequales fermé seruat, habetque modos:
Sic sata, syluestri; sic diffidet vrbibus aruum;
Passula. Tantum suprema cultus ab arte potest.
Siccior est stringitqué magis quæ passula corpus;
  Hac virtus maior, flammaque maior adest:
Hæc formas etiam variat dulcesque, acidasque,
  Vt variat cunctos quæ prior vua modos:
Omnes, confortant stomachos, atque hepata sanant;
  Hepatis obscuro passa colore nitet.
Si verò huic acinos tollas, iam pectus, & vuam
  Adiuuet, at ventri non manet apta suo:
Nec laudo quas sicca parant lexiuia passas,
  Aptior est vuæ solis imago tuæ.

De cerasis.

Conces-

Concessit ceraso vires,& nomina pontus,
Nam prius hæc ceraso poma fuere solo.
Diuersum genus est,acidos pars altera succos,
Altera fert dulces;hæc nocet,illa iuuat.
Pars acida astingit ventres pars dulcior aluum
Promouet;hæc ignes pars habet,illa gelu.
Illa sitim sedat,bilisque attemperat æstum,
Seruat & á putridis omnia vasa malis:
Et bene concoquitur,bene transit viscera,& artus
Nec minus ex sacharo condita poma iuuant.
Dulcia fumosos tollunt de viscere flatus,
Laxant ventriculos, nec bene cocta,suos,
Vndosumque ferunt lento cum sanguine succum,
In putridam breuiter qui solet ire luem:
Quæ tamen ex isto fuerint durissima sexu
Non tantum dicti poma dedere mali:
Præsertim dulcis fugiant si crimina formæ:
Aptior hic quò plus fructus acoris habet.

De Moris.

Vrbanas inter sedes,tractusque domorum,
Non nata agresti sunt nigra mora solo:
Quodque fuit mirum magis,& prudentia maior,
Post alios flores vltima mora virent:
Sic hyemis fugiunt lachrimas:sic frigus,& auram
Tarda ideo tardæ mora dedere moræ.
Temperat hic magnas fructus sub pectore flammas,
Cum nostro exurens lucet in orbe leo.

At nutrit leuiter, duraque putrescit in aluo,
Ni cito per fœdos fæx paret ire locos.
Nam licet hæc pariter stringant, est lubrica virtus:
Qua cito per longos lapsa fuere sinus.
Putrescunt multo minus immatura, magisque
Constringunt fluxus, non ita lenta fluunt.
Mora syluestris. Altera per rabidas syluas, nemorosaque campi
Sunt loca; vt vrbs illis, his ita sylua placet:
Hæc magis adstringunt, plus hæc sunt dulcia mora;
Putrent, robque erigant guttura rauca suo.
Rubus Idæus. Tandem mora rubus dedit, & fragaria fragum;
Est rubus Idæus, nam parit Ida rubum.
Non hæc Hispanis crescit regionibus arbor,
Dant Itala hunc fructum, Gallaque regna suum:
Hic suauem sensum, gratosque expirat odores;
Plus stringit, reliquis ast alit ille minus.

De fructu myrti.

Quamuis syluestres myrtus sit nata per agros,
Esse tamen regis digna corona potest:
Stat quoque per gratos vbi sunt viridaria sulcos;
Vt syluas, vrbem sic amat illa simul.
In fructu virtus gemina est, binique sapores,
Nam dulci, stringens, & sapor acer inest
In tenui (licet illa minor sunt parte calores)
Quæque manet maior terrea, frigus habet:
Sic odor in prima est, & suauis aromate gustus,
Altera virtutem ponticitatis habet:

Qua

Quapropter chilos retinet, ventrisque fluores,
Et leuat á rigido tristia corda malo:
Parua refert alimenta tamen, medicamine prodest;
Est myrtum varijs grata medella modis.

De Persicis.

Omnia frigescunt, & stringunt persica ventres,
Omnia dura, bonum nulla dedere cibum:
Putrescunt ideo mensa quando hausta priori
Non fuerint, putres vltima dant stomachos.
Verúm languentes, fastidiosque meatus
Exhilarant; damnum salque, merumque, vorant:
Et meliora manent grandi quæ torrida phæbo,
Quæque prius claro lota fuere mero:
Præstant & suaui quæ sunt mala aurea flatu,
Dulcescunt duri persica poma cibi.
Excellunt sano quæ mala cotonea victu:
Sæpe malus socij fit bonus arte boni:
Hunc ante ipsa prius genuere cotonea fructum,
Quando cum duro mista fuere patre.
Altera distinctæ nascuntur persica formæ
Mollia, deterius quod solet esse genus:
Inferiora alijs hæc sunt (non cætera laudo)
Peiûs habent multó mollia poma ferum:
Ast fuga per ventres multò est velocior, atque
Debilior valet hæc vincere poma rogus.

De Malis.

Vt quoque multiplices ostendunt mala figuras,
Sic genus, & formam, vimque, cibumque ferunt.
Detergunt, frigentque acido quæ prædita succo,
Atque rigant tenui viscera prima sero:
Frugis acerba tamen crassa est, austeraque virtus:
Dulcia temperiem mixtaque mala tenent.
Omnia ventosis turbant præcordia fumis,
Quod vitium calidos mox fugit ante rogos.
Sunt formæ plures, vna est gratissima, dulcis
Hæc camoesa, ruum nomina vulgus habet.
Inde virens species, & quæ pyra regia dicunt,
Queis melior suaui floret odore caro.

De Pyris.

Sunt pyra pyramides longis imitata figuris,
Hinc seruant nomen, nam pyra dicta, suum.
His insunt liquidæ frigenti in flumine vires:
Post epulas soluunt, anteque sumpta tenent.
Omnia confortant primi caua littora portus,
Non tamen hæc flatu pars manet orba suo:
Omnia compescunt flammas, studiumque bibendi:
Seruata ad gelidos sunt meliora dies.
Hinc rude se tollit genus, & siluestria poma,
Nam rudis in crasso corpore forma iacet:

Adstrin-

Adstringunt tamen hæc ventres, stomachumq; fluentem,
Atque lyentericis sunt medicina vijs.

De Malis sydonijs.

Hæc Cretæa dedit sydon, genus vnde, suumque
Nomen, vt Ausonij poma cotonis habent:
Stringentes seruant arcto sub corpore succos,
Queis fluxus omnes, vasaque prima tenent:
Nec multum tribuunt flumen, sed crassius, & quod
In longos potuit serius ire locos:
Singultumque mouent, lotijsque fluentibus vndas:
Nam latet astricto pars leuis vna gelu.
Hæc varijs prodesse solent morbisque, cibisque:
Hinc olea, & syrupi, grossaque miua fluit.
Condita præcellunt, emplastraque facta per aluos:
Iunge acidum, flammis; frigoribusque, merum.

De Malo punico.

Punica regna suis fecerunt nomina pomis,
Idcirco latij punica mala vocant.
Hæc granata etiam dicunt (fuit altera tellus)
Vel quod multa rubro viscera grana forent.
Non alit hic multum, tamen est laudabilis, humor,
Pressaque languenti corda labore iuuat:
Et pellit vomitus retro, succosque deorsum:
Est præter strictum, tersio magna, serum;

At cerebrum tentat fumis,& viscera flatu,
Quod fontana calens abstulit vnda malum.
Est calidis frigus,leuis est in dulcibus ardor;
Illa premunt biles,ista mouent lotium:
Quæ mediam tenuere viam sunt optima,semper
Consistunt medijs vita,salusque locis.

De Prunis.

Pruna trahunt varias diuerso more figuras,
Inter quæ longum prima dedere genus:
Sunt praui quæ rubra cibi,sunt candida poma;
Sunt ea queis tribuit pallida forma decus.
Est genus excellens,longæque virentia formæ,
Sunt quoque multiplicis quæ nigra pruna modi.
Dant lubricas aluos molli quæ dulcia vultu,
Altera acetosis vis iacet in dapibus:
Quæ media assistunt medio, tamen omnia frigent,
Omnia chilificans vincere flamma potest,
Expelluntque sitim stomacho,& fastidia tollunt;
At perdunt liquido viscera prima gelu.
In bonitate alios superant illa optima fructus
Quæ Syria,& regnans pruna Damascus habet:
Hinc viridis species sequitur,sunt ordine terna
Quæ sola autumno pruna venire solent:
Non minus his placuere ægris,quæ parua,nigraque
Efficiunt acidos grata sapore lobos:
Sunt similes aliæ species quas circuit albus
Fronte cinis;calcem Lusia terra vocat:

His

His hærent aliæ, nec eorum displicet vsus,
Nomen naturæ est, nataque forma simul.
Cætera pruna nocent, omnique incommoda mensæ
Sunt ea queis nomen Sylua, nemusque ferunt.
Quæque tamen fuerint, si fortis lumine phæbi
Siccentur, sanam vimque, cibumq; dabunt.

De Mespilis & Sorbis.

Mespida dant strictos & sorba simillima succos,
Nam valido siccum frigore corpus habent.
Ambo singultum stimulant: tenet vtraque fluxus
causa, leuemque parat fructus vterque cibum.
Et lassum firmant stomachum, gratesque sopores
Efficiunt, mordet qui ferus ora rigor:
Grana etiam prosunt medicamina renibus, almæ
Nil causæ frustrá, nil Deus ipse facit.

De Dactilis.

Quæ victrix semper palma est, nunquamve grauatur,
Quæ fortes ornat post fera bella manus:
quæ nimis absentem plorat, sentitque maritum,
Et nullos socio dat sine mæsta cibos,
Et si forté perit, longove absumitur æuo,
Sensim mortiferum fæmina sentit onus:
Hæc cedit fructu, quamuis sit dulcior omni,
Nec vincit reliquas in bonitate dapes.

Ventriculum grauat, atque caput, iecur, atque lienem;
Nec leuis est, aluos quæ ferit, ira rogi,
Obstructasque facit partes, flatuque fatigat,
Et crassum ducit corpus in omne cibum:
Nulli forma tamen cedit gratissima, nulli,
Quod mollit pectus, quod rigat ora serum.
Huius dulce merum longos enutrit Eoos,
Quod morem, & grati dona parentis habet.

De Arbuto.

Infensum stomachis generant mala arbuta chilum,
flatibus infestant vasa, dolore caput:
Idcirco fructus nomen fuit vnedo, cunctis,
vnedo gustari sola quòd vna queat.

De Ziziphis.

Zizipha pectoribus prosunt, pluuiamque calentem
Incrassant, superi quam facit vnda lacus:
Temperiem retinent, lentus tamen obstruit humor,
Ventriculumque grauat, qui placet ore, sapor:
Nec praua omnino, fragilis licet ignibus alui
Ardua dent paucos corpus in omne cibos.
Quapropter celebri quamuis sit inutile græco
Hoc genus (ad pueros hæc, ait, arbor erit)
Magnorum medicina Arabum sunt Zizipha, quæque
Sanguineos possunt sistere sola rogos.

De

De Nucibus.

Excedunt acri igne nuces,quo viscera mordent,
Sic nisi mista genus,quæ fouet omne seges:
Et ficis nux mista placet,nam corpore lento
Sicca madet;diram sic fugat ipsa luem:
Est quoque difficilis stomacho,tentatque cerebrum,
Et stimulat biles,& genus omne rogi.
Hac gaudent vuæ,& pleni salsugine pisces,
Sal oleo,siccis mollior vua rogis.
Hæc fructus:sunt prauæ ipsis animantibus vmbræ,
Nec mirum,dicta est nux,quia sola nocet.

De Auellana.

Primùm de Ponto vénit nux pontica tandem
Innumeras genuit grandis Auella nuces:
Inde vtrunque fuit nomen,nux est tamen vna,
Quam corylum pariter dicere quisque potest.
Hæc minus ignis habet,sed crasso corpore vincit,
Et maiora suo fert alimenta sero.
Aduersus stomacho cibus est cerebroque dolenti,
Nec bene digeritur,nec bene coctus abit.
Amittit nux assa malum,nam roborat altum
Ventris,& á fumis liberat vna caput.

De Nuce pinea.

Ingene-

Ingenerat crassum pariter nux pinea succum,
Qui bene non coquitur, nec bene corpus alit:
Sed lapsas reparat vires, lapsumque calorem,
Et præstat magnum testibus auxilium:
Et tussim. & pectus mollit, lotiumque reducit;
Ast grauat ipsa caput, debilitatque iecur.

De Amigdala.

In medio calidum concedit amigdala succum,
Et tenui vincit cætera poma cibo.
Abstergit totoque vias, & mollia reddit
Pectora; sic tusses, sputaque fessa leuat.
Obstructo prodest iecori, fartoque lieni
Conciliat, somnos lac magis. ipsa minus.
Dona hæc fructus habet, nutrit moderamine vires,
Ast in flammato fit noua flamma loco,
Hordeaque idcirco miscebis, & algida lacti
Semina, sic medium frigus, habetque rogum.

De Nuce Indica.

His similis venit ex Indo nux Indica regno,
Est oleosa simul, nec leue crimen habet:
Plus crassa est, capitique nocent, & durior aluo:
At nulli gratus cedit in ore sapor,

De Oliua.

De Oliua.

Si matura,putris,paruique caloris oliua est,
Est cordis gemitus,mæstaque corda facit:
Nec parcet capiti,dolet hoc,& spiritus intra
Obscurus mentem,iudiciumque fugat.
Hæc sale persuso durat,gratum altera reddit
Quæ non maturo tempore lecta,genus.
Huic scissas miscent glandes,& acentia frustra,
Et totum origani corpus,apisque thymum:
Nec desunt lauri frondes,& olentis anethi,
Quique solet cunctis sal cibus esse cibis:
Sic persusa diu,tantisque hæc condita rebus
Astringens nimiùm prabet oliua serum:
Hæc cupidam instigat mentem,& prima ostia ventris
Roborat,hæc biles,hæc creat vna gelu.
Vtraque damnandi succi est,alit vtraque vires
debilis,huic hostes,glansque,capræque,feri.

De *Pistacijs.*

Compescunt vomitus,purgant pistacia renes,
Obstructas referant nixa calore vias:
Nec minus extollunt vires,& semina tollunt,
Non multos habeant hæc licet hausta cibos,
Confortantque feri pulchro sub aromate patrem,
Adstringunt leuiter,dira venena fugant:

Vis refugit nec amara cibum, quare improba ventris
Nota Dioscorodi, nulla Galenus habet.

De Mixis.

Temperiem seruant spissataque phlegmata laxant,
Guttura cum læso pectore mixa leuant,
Et superas sistunt vndas, sed debilis humor
Gignitur, & calido lentus in ore sapor.

De Siliquis.

Nec multum Siliqua enutrit, nec ventre moratur
quando recens omni, sed malus ore cibus.
Nutrit sicca minus, mora facta est viscere maior,
Nec purum generat daps leuis ista serum:
Sicca etiam mouet vrinas: pars vtraque flammæ est
Difficilis: stomachos hæc iuuat, illa nocet:
Illa ingrata nimis, manet hæc iucunda palato;
Effugit ingratus sole, vel igne liquor.

De Citro, Aurentia, Zambona, limone acido, & dulci.

Ternas citra ferunt partes, totidemque liquores,
Et totidem vires citria mala ferunt.
Stat primus cortex qui corpore siccior omni
Difficiles patitur ventre priore focos:

At stomachum iuuat, exiguum stimulatque coquentem,
Et grato superos lætat odore sinus.
Est medijs caro dura locis, quæ mollior illo
Sit licet, ardentes optat in ore rogos:
Iam non ista calens, expers est facta saporis,
Ni mistum huic acidum forte, garumve fuit.
Hæc colicos medio generat sub ventre dolores,
At fugiunt calidis plurima damna fauis.
Qui centro liquor albus inest, acida illa facultas
Intenso reliquum frigore vincit onus.
Huic hæret fuluo quæ dicta aurantia ab auro:
Hic bona Zambona est, hic quoque limon adest,
Et quæ lima suo coniuncta est fæmina fratri,
Per similes citro sust inuere cibos.
Excedit cortex intenso aurantius igne,
Quæ bona plus rarum, molleque corpus habet.
Ad mensas præstat limon; Sirupósque salubres,
Excellit gratus fæmina lima cibus.
Hæc quoque distinctos vario pro corpore motes
Suscipiunt, vario forma sapore iacet:
Quo plus ista gelant, acida extant; dulcia non sic
Frigent; sunt medio cætera poma loco.
Cuncta placent, altisque manent gratissima vasis
Si sacharum, aut dulcis ferbuit igne fauus.
Hæc fructus: florum laus est, & gloria maior:
Suauis spirat odor, grataque Lympha cadit:
Hinc vnguenta manent læso gratissima cordi,
Nec minus auxilium fæmina mater habet.
Non minus alba placent formosi condita floris:
Cuncta placent, cortex, flos, caro, semen, aqua.

De Capparibus

Capparis arentes quamuis sit nata per agros,
Spleneticis cibus est, atque medella viris:
Humores scindit, viscosaque phlegmata tergit,
Atque per obstructos hæc valet ire sinus.
Quæ sale confecta est, nutrit minus; at magis alto
Sic mouet ore fames, oraque prima ferit:
Si tamen hanc vndis, & blando miseris igni,
Aptior ad mensas fit cibus, illa tuas.

De Glandibus.

Terrenum glandes alimentum flatibus addunt,
Difficilisque ideo sunt alimenta rogi:
Inducunt pariter tristantem in vertice causam;
Stringentem virtus ducit acerba comes:
Verùm maiorem generant in corpore succum,
Quam promittat onus, siccaque poma ferant:
Olim panis erant, & nunc frumenta manebunt,
Si fuerit sterili tristis auena solo.
Hunc tamen hirta sibi capiant animantia fructum
Hoc faciant turpes pinguia membra sues:
Vel rudis agricolæ terat hoc flamma aspera saxum;
Nam brutis similes rusticus humor alit.
Non sic assus obest, flatumque amittit inanem,
Nam rumpit crassum coctio facta cibum.

Omnis

Omnis vina petit, grati licet vndula gustus,
Vt fortes stomachos, sic mera vina petit.
Pars ea acerba fugit gelidas abluta per vndas,
Atque manet dulcis, non ita vina lauant.

De Castaneis.

Inter syluestres illa est præstantior arbor
Quæ molles peperit, Castaneasque nuces.
Si virides, seruant mores cum glandibus æquos,
Pectoribusque manent pessima causa tuis.
Si fuerint coctæ, vel lentis ignibus assæ,
Mollior, & melior nascitur inde cibus:
Nanque leues coctæ stomachis, veneremque reducunt,
Et fumis replent ilia prima suis.
Plus sunt difficiles assæ, sed copia venti
Est minor, in siccis maius vtrunque cibis.
Has infra, quas fagus habet, quas robora glandes,
Quas etiam duro cortice suber alit;
Deterius tribuere ferum, mensamque ferarum:
Non homini potuit tam grauis esse cibus.

De Plantis.

Diuersum genus est olerum: syluestria quædam
Surgunt sponte, manet sol, humus, vnda parens:
Sic quædam cultoris habent viresque, manusque,
Perque hilares hortos, & loca grata virent.

Rursus per varias sua sunt discrimina partes;
Est folium, germen, flos, cibus, herba, serum.
His prosunt flores, sunt illis commoda plantis
Germina, sic radix hæc iuuat, illa nocet:
Nunc folium, iam tota placet simul herba, videbis
Inferno partes, & genus omne loco:
Nunc sit scire satis (nocuam omnem dicimus herbam)
In syluis peius quod solet esse genus:
Omne genus grato nimium de sanguine distat,
Corporibus tenues fert genus omne cibos:
Omne breui coquitur breuiter descendit in aluos
Vtque citò enutrit, sic perit omne cito.

De Lactuca.

Lactucæ nomen dedit albi copia lactis,
Non tamen hic illi commodus humor inest.
Hæc vna in reliquis planta est celeberrima terris,
Forsan de reliquis hæc minus herba nocet:
Hæc alit vna magis, puroque ex sanguine corpus
Replet, in herboso fæx solet esse cibo.
Si vires quæras lentus stat frigore succus,
Quo reuocat somnis tempora dura suis:
Temporat vndosam bilem, sæuumque colorem,
flammigeroque graues excitat ore fames:
Et leuiter soluit stomachos, & stringit eosdem;
Seu duo sint ventres, siue ea forma duplex:
Lac auget, tardatque sitim, venerisque furores,
Liberat & fumis ebria corda suis:

At nocet ipsa oculis, minuitque in lumine visus,
Et virus succo, causaque mortis adest.
Mos erat hanc tenues priscorum claudere mensas,
Principium nostris quæ dedit herba cibis.

De Endiuia.

Fert illi similem formosa Endiuia laudem,
At recipit varios hæc, licet vna, modos:
Ni mirúm duris innascitur altera campis,
Altera cultiferis est sata forma locis:
Illa iterum duplici numeranda Endiuia sexu,
Grata hydipnois cichoriumque leue.
Quæ seritur pariter geminati est ordinis herba;
Vna parentis habet nomen, & vna seri.
Quæ syluestris agens magis est, & siccior omni,
Humentes hilaris nam tenet hortus aquas:
Toto expansa die Phæbum prospectat euntem,
Et tota in proprio nocté coacta sinu est.
Efficit hortensis plus lenem endiuia gustum,
Et magno lenes frigore seruat aquas:
Vtraque sicca fuit, frigent ambæ, vtraque ventres,
Et cæcas reserat per loca dura vias.

De Brassica.

Suscipit ardescens, & siccum brassica corpus,
Idcirco æstiuos mors venit ante rogos:

Astrin-

Astringit caro dura, aluum sua iura relaxant;
Forma sub incertis partibus illa iacet:
Soluunt iura, leues si brassica senserit ignes,
Astringunt, longos cum tenet ipsa rogos:
Fœtentes succos generat, nigrosque colores,
Et premit, & mœsto corda labore ferit:
Gingiuis nocet, & vario cum dentibus ori,
Et lædit visus, ni fluat vnda, tuos:
Ast lotium vna trahit, vinique incommoda tollit;
Vt viti, ista suo fert quoque bella mero:
Et pulchras reddit facies, gratosqus colores:
Huic multum demunt pinguia iura malum.
Tres extant species; læui viret altera fronde,
Altera crispati corporis herba viret:
Tertia crispatum pariter se vertit in orbem,
Et capitata ideo brassica dicta fuit.
Huic etiam celebris concessit Murcia nomen;
Maiores herbas Murcia terra parit.

De Beta.

Beta seruat quoniam terris depressa figuram
Beta fuit: nomen sola figura dedit.
Hæc velut illa calet, paribusque est arida formis,
Et varias etiam sumit vt illa vias:
Nam stringit corpus, tenui est vis altera succo,
Stringit beta magis nigrior, alba minus:
Abstergens aperit succus, sed fortior idem
Quando acidum, aut pungens mixta sinapis erit:

Et

Et trahit infensum supremo á vertice rheuma
Naribus attenuans si fluit vnda tuis.
Illa autem leuiter nutrit, nec commodus humor;
Daps erit,& cupidi maxima causa sinus.

De Blitto

Frigus inest blitto,talisque hoc innatat humor,
Vt nulla insulso membra sapore iuuet:
At biles premit arentes,& viscera mollit,
Nec viget in nimio prauus icore cibus:
Pectoribus,nam molle,placet:prima ostia ventris
Lædit,acetosum ni calet igne serum.

De Spinachia.

Spumosum concocta iuuat Spinachia ventrem,
Excrementosas mollit & ipsa vias:
Dicta hæc spina fuit spinoso á semine,at ori
Vnica de reliquis hæc placet herba tuo.

De Borragine.

Iure refert olerum laudem borrago priorem,
Prædita nam multis viribus vna fuit:
Vtilis hæc corde est,hæc omni est vtilis aluo,
Non borrago ideo,dicta corago placet:

Ista meloncholicas tollit de pectore curas,
  Afflictosque animos, solicitosque leuat:
Hæc iustum puro generat cum sanguine succum:
  Si quæ planta bonos hæc dedit vna, cibos:
Temperiem seruat modico perfusa liquore:
  Mollit, ventriculo non tamen herba nocet:
Multa iuuat, multisque affert medicamina morbis:
  Prosunt radices, flos, liquor, herba, serum.

De Malua.

Huic etiam modicis lentus viget ignibus humor,
  Quo lenit ventres, & celer ire solet:
Et lotium mollit, succosque in renibus acres,
  Et lento mollit pectora dura sero
Gustu ingrata nimis clisteribus vtilis herba,
  Plus hæc antiquis profuit herba viris.

De Portulaca.

Lentos ac gelidos fert portulaca liquores
  Idcirco herba sites, hæc leuat, atque rogos:
Nec non gingiuis, stupidoque à dentibus ori
  Prodest, ex acri cum patiuntur aqua:
Et sistit vomitus, venerisque obtundit amores,
  Et rubeum stringit, quod salit ore, serum.
Semper cruda cibo est, acidum iungatur oliuæ;
  Sic iuuat hæc stomachum, sic iuuat ipsa famem.

De Oxalide.

Fert acidum,siccumque suo cum frigore succum
Oxalis,inuario grata medella cibo.
Hæc pestem fugat,& putres de corpore fumos,
Quamque etiam raptat flamma maligna luem:
Sanguineos fluctus,& bilis temporat æstus,
Atque aperit fartos,est vbi flamma,sinus:
Hæc in acetatis remanet gratissima,nanque
Sola tulit paucos,vt solet herba,cibos.
Sunt multæ species,omnes corrobore firmant,
Quæque famem stimulat,nec facit herba sitim.

De Verrulis.

Thoraci aduersus, primæ est cibus vtilis aluo,
Qui calet,& siccat,nec bene corpus alit.
Renum dissoluit lapides,aperitque meatus;
Vrinam,& certo menstrua mense vocat:
Non alimentitijs placet hunc adiungere mensis,
Æqua lienosis est medicina viris.

De Coriandro.

Ardentes inter coriandrum frigerat herbas,
Siue sit exterius, viscera seu subeat:

Est acris succo virtus, quæ sydera mordet,
Et vocem, & sensus; hæc grauis aura necis.
Aptius est longo siccatum tempore semen,
Ventribus innocuum, nec cerebro nocuum.

De Petroselino.

Hoc simile est apio, sed quod nascatur in altis
Rupibus, & petris petroselinum habitum est,
Petroselinum sic tale est, apiumque petratum:
Sic Macedum populi nomen & illud habet.
Hoc calet, & siccat, reserat, tergitque canales,
Prouocat vrinam, menstruaque arcta mouet:
Et gemino minuit spissatum in viscere saxum,
Et varijs prodest vt medicina modis.
Nec sola esca placet, cocta cibus ariete prodest,
Nam salmentum dat coquus inde bonum:
Lac tamen imminuit, terrensque in vertice fulmen
Excitat, hoc ideo fœmina sola negat:
Olim ritus erat similis, non sumere cuiquam
Hoc licuit, sacra hæc nam fuit herba neci:
Hæc mortis fuit herba, ornamentumque sepulchris,
Quæ pisci vita est, qua bene piscis habet.

De Mentha.

Hæc in acetatis placuit grata herbula, nanque
Exiguos succos Mentha salubris habet:

Sic acidos reprimit gustus, gelidosque liquores
Temperat,& ventrem roborat,atque iecur:
Ardet,& extenuat,venerisque accendit amorem,
Et succo vermes enecat illa suo:
Non sinit in grossos hæc lac se vertere grummos,
Hæc reliquis mista est gratior herba cibis:
Ipsa famem reuocat,turpique est commoda vuluæ,
Et sterilem coitum,si fuit ante,facit.

De Sinapi.

Plus calet ingenti cum siccitate sinapis,
Amplius hæc acuit,scindit,& extenuat:
Hæc auget memores reliquis cum sensibus auras,
Digestosque iuuat ventre coquente cibos:
Terrentes mouet hæc sonitus,si naribus hæret,
Et phlegma,in primo si fuit ore,vocat:
His non sola placet causis,iuuat hæc quoque multis
Mista cibis,isti bosque,suesque placent.

De Carduo.

Carduus in facili plusquam fuit humidus igne,
Siccior in campis,lentus in vrbe,cibus:
Vna simul pars crassa viget,quæ roborat aluos,
Et cupidos sensus quæ mouet vna simul.
Altera pars stimulat coitus, veneremque sepultam,
Atque aperit durum per loca dura nemus:

Huic piper innocuum miscebis, & omnibus vndam,
Quæ comes esse cibis, & sapor vna solet.
Ista satiuus habet, duris qui nascitur aruis
Carduus in cunctis deterior remanet:
Insuauem quæ dura habeant animantia fructum;
tantum suprema cultus ab arte potest.
Nec placet ad nostras quæ dicta est cynnara mensas,
Ceruino quamuis tuta sit herba malo

De Asparrago.

Nascitur incultis, rudibusque Asparragus aruis
Sponte sua, sociæ non eget arte manus:
Asper & ille etiam est, generant nanque aspera fructum
Saxa; alijs ideo dicitur asparagus:
Ingratus linguæ est, nec gratos ventre liquores
Efficit, in sicco pestis amara rogo est.
Et tergit, lotiumque mouet, renesque repurgat:
Si coquitur, lento vis abit illa foco:
Aspectus, lumenque acuit, constrictaque mollit
Viscera; pota necat coctio fæda canes:
Fæmellas steriles reddit, sterilesque maritos;
Hunc aries cornu gignit, alitque suo

De *Raphano.*

Ardet, & extenuat raphanus, tergitque meatus,
Albo præsertim si sale mixtus erit:

Nec

Nec leuiter mouet vrinam: plus rubra calescit,
Nec recipit tantos alba figura rogos:
Est syuestre genus, maior stat semine virtus,
Hinc cortex, folio tertius inde locus,
Tandem spissa caro, quæ primæ incoctilis aluo,
Quæ coquit, & fumis inficit ora suis:
At coquat ista licet spumantia viscera turbat,
Ducit & incoctos ad sua membra cibos:
Turbat principium vomitu, mouet exitus aluos,
Atque acuit sensus vtraque causa duos:
Omnis praua seges, putrentique improba ructu,
Dent quamuis pretium delphica templa suum.

De Napo.

Non tam peruersas mollis napus inserit vndas,
Plebeiæ quamuis sit cibus ille domi:
Nam lenit guttur, pulmonem, pectus, & aluos,
Dant flatus venerem, dat liquor ille serum.
Et crassos generat moderatis ignibus amnes;
Mordax postremum non mouet vnda lacum.
At male coctus abit, crudosque in viscere chilos
Gignit, & est mollis quæ fluit inde caro.
Syluestris mensas refugit, faciemque serenat,
Et similes tribuit forma rotunda cibos.

De Pastinaca

Pastina-

Pastinaca calens recipit corpusque, serumque,
 Quo gaudens testes, renibus vnda fluit:
Vasta tument etiam saltanti viscera prole,
 Obstructæque patent per loca multa viæ:
Nec fugiunt pulchrum ora decus, nec lingua sapores;
 Gratus aromatico crescit odore cibus:
Mille modis prodest, est primo commoda ventri
 Pastinaca fames quæ tulit vna duas:
Vna, sed hæc varia est, syluestres nata per agros
 Altera, cultiferas altera sentit opes:
Hæc iterum vario depingitur herba colore,
 Quæ melior rubri picta coloris erit.

De Aro.

Humores tenuat, sputumque ex pectore ducit
 Arum, sed crasso non placet vsque cibo.
Vnum Europa tulit, cunctis tamen acrius, arum,
 Dulce quod Ægypti, Battiadesque ferunt.

De Cepa.

Cepa graui superat reliquos acredine fructus:
 Quæ tingit rubeos, acrior herba, sinus.
Multos ista parit succos, paruumque alimentum,
 Incocti multum nam dedit vna seri:
Sępe dolens stat fronte caput, lachrimosaque vultu
 Lumina, quæ mordax huc subit aura, nocet:

Praua

Praua est cepa nimis, prauos creat vna liquores;
Tantum per crudos hæc placet herba cibos:
Fert damnum quæ cocta minus, viresque minores
Mitior, arentes coctio rumpit aquas.
Maius habet quæ cruda serum, sed vincit alendo
Coctio, sola mali pars fugit illa seri:
Maiorem fert cruda famem; tenet vtraque flammas:
Aptior assa; vorat plurima damna rogus:
Et trahit vrinas, & renum abstergit arenas:
Conuenit huic oleum, salque, putrensque merum.

De Porris.

Huic similes referunt simul acria Porra sapores,
Nec minor est virtus, nec calor iste minor.
Hæc quoque cocta suas perdunt acredine vires,
Sed fugat aspectus vtraque causa duos,
Et summo fingunt terrentes vertice somnos,
Et turbant forti porra dolore caput:
Auræ fætentes etiam, flammæq; resurgunt
Viscere, aromatico quod fugit ore malum.
Appella prasum genus est syluestre per agros:
Per similes generant vtraque porra cibos.

De Allijs.

Non minus ignis habent, acris neque prædita formæ
Sunt minus, ad duros alliã facta viros:

Pastinaca calens recipit corpusque, serumque,
Quo gaudens testes, renibus vnda fluit:
Vasta tument etiam saltanti viscera prole,
Obstructæque patent per loca multa viæ:
Nec fugiunt pulchrum ora decus, nec lingua sapores;
Gratus aromatico crescit odore cibus:
Mille modis prodest, est primo commoda ventri
Pastinaca fames quæ tulit vna duas:
Vna, sed hæc varia est, syluestres nata per agros
Altera, cultiferas altera sentit opes:
Hæc iterum vario depingitur herba colore,
Quæ melior rubri picta coloris erit.

De Aro.

Humores tenuat, sputumque ex pectore ducit
Arum, sed crasso non placet vsque cibo.
Vnum Europa tulit, cunctis tamen acrius, arum,
Dulce quod Ægypti, Battiadesque ferunt.

De Cepa.

Cepa graui superat reliquos acredine fructus:
Quæ tingit rubeos, acrior herba, sinus.
Multos ista parit succos, paruumque alimentum,
Incocti multum nam dedit vna feri:
Sępe dolens stat fronte caput, lachrimosaque vultu
Lumina, quæ mordax huc subit aura, nocet:

Praua

Praua est cepa nimis, prauos creat vna liquores;
Tantum per crudos hæc placet herba cibos:
Fert damnum quæ cocta minus, viresque minores
Mitior, arentes coctio rumpit aquas.
Maius habet quæ cruda serum, sed vincit alendo
Coctio, sola mali pars fugit illa seri:
Maiorem fert cruda famem; tenet vtraque flammas:
Aptior assa; vorat plurima damna rogus:
Et trahit vrinas, & renum abstergit arenas:
Conuenit huic oleum, salque, putrensque merum.

De Porris.

Huic similes referunt simul acria Porra sapores,
Nec minor est virtus, nec calor iste minor.
Hæc quoque cocta suas perdunt acredine vires,
Sed fugat aspectus vtraque causa duos,
Et summo fingunt terrentes vertice somnos,
Et turbant forti porra dolore caput:
Auræ fœtentes etiam, flammæq; resurgunt
Viscere, aromatico quod fugit ore malum.
Appella prasum genus est syluestre per agros:
Per similes generant vtraque porra cibos.

De Alliјs.

Non minus ignis habent, acris neque prædita formæ
Sunt minus, ad duros alliã facta viros:

Discutiunt gustata leues si cruda vapores,
Perdunt cocta acres mitia facta rogos:
Vtraque terribili feriunt loca summa dolore;
Vtraque post epulas, plenaque vasa nocent:
Nec minus in claro nigrantes lumine visus,
Et duras faciunt ore calente sites:
Nec satis hæc nutriunt, merito nec alentia dices
Allia, nomen fert halitus ille suum.
At fera tussis abit, raucumque ex gutture pondus;
Hæc claras voces, & leue murmur habent:
Et lotium reuocant, & crudas visceris vndas,
Et magna in gelido frigora ventre leuant.
Vtilis in peste est, lethali est vtilis arcu
Rustica maiores quæ tenet herba gradus.

De Tuberibus.

Terra prius tumet, & crassæ prægnantur arenæ,
Tunc duri exurgunt tubera facta globi:
Excrementa soli sunt hæc, queis addita proles
Non fuit, absque suo est hæc patre nata lues.
Et folijs, res mira, caret, sine caulibus hæret
Vnica, solius filia prima soli.
Insipiendum modico crassessit frigore corpus,
Tubera difficiles ventre dedere cibos:
Dura manent pariter duras imitantia terras;
Si piper est, duri pars abit vna soli.

De Fungis.

Non

Non omnis fungus cibus est, dirum altera virus
  Progenies, sæuæ cognita causa necis:
Idcirco dictus nanque est á funere fungus,
  Quòd trahat innumeris funera multa modis:
Tales sub putrida fungi nascuntur arena,
  Aut in fumoso per loca fæda solo;
Aut vbi mortiferens vomit atros reptile succos,
  Aut viride excepit ferrea terra malum:
Qui lecti mutant facies, natosque colores,
  Vel ruber, aut pallens, aut color ater erit:
Nec fungos vicina bonos concessit oliua:
  Optimus in pratis semina fungus habet,
Qui gratas binis auras sub naribus eflat,
  Qui leuior, siccus, paruus, & albus erit,
Ausonij dicunt boletum, qui licet illos
  Exuperet prauam fert tamen ore dapem:
Totus in hoc ventris se se simul imbibit humor,
  Visceraque ex multo pondere lata gemunt:
Et colicam generat, sacrumque in vertice morbum,
  Humidus, atque gelans, dificilisque manet.

De Reliquis Herbis Minus Vsualibus.

Hic omnis tandem memoratu est dignior herba,
  Quæque frequens nostris nunc solet esse locis:
His similes subsunt aliæ, quibus est sua virtus,
  Queis sæpe in reliquis non piget esse cibis.
Gingidium syriæ pariunt, siculæque paludes,
  Quod pastinacæ temperiem superat.

Atriplici blittum simile est, gustuque, fameque;
Hæc duplex, siluis nascitur, atque domo.
Vtraque succendit testes eruca sepultos,
Affectatque graui mensæ dolore caput:
Sanat quas feriunt resonantia verbera carnes,
Mistaque lactucæ est, nec malus herba cibus.
Austeras bulbus grandi cum pondere vires
Præbet, amara lues nec minor illa fuit.
Hic lætos auget coitus, celebresque hymenæos:
Manditur hæc varijs herba parata modis.
Vrticæ sterilis tribuunt alimenta per annos,
Atque mouent liquido viscera prima sero.
Hic quoque se fundit totis fæniculus aruis,
Quæ medicina magis, quam cibus, herba fuit.
Sunt, & asphodeli quibus hastula regia nomen,
Fæmina, masque genus, sed genus omne malum:
Sumitur á multis macerata hæc herba diebus:
Sic tenuat, siccat; sic calet, atque aperit.
Est simul asphodelus celebri sola herba Galeno,
Quæ similes illis datque, mouetque rogos.
Est lapathum, puerisque acidum genus, atque puellis,
Fastidita quibus viscera prima fouent.
Est prauum linguæ ocimum, sed naribus æquum;
Est malus, at grato vincit odore, cibus.
Fert quoque constrictas solanum frigore vires,
Verúm plus medici quam dapis illud habet.
Sunt campis aliæ, sunt altis montibus herbæ,
Sunt folia, & flores, lilia, poma, rosæ:
Innumeris stat planta modis, stat fructibus arbor;
Innumerum peperit maxima terra genus.

Vel

Vel tamen abiectæ formæ est, prauique liquoris,
At per inaccessas nascitur herba plagas.
Has inter plantas communior attulit vsus
Mistum ex arte, genus quod ferat omne, cibum:
Nomen acetati de forti sumit aceto;
Sal, oleumque pares acria dona ferunt.
Non laudo mensam, diuersis frugibus aluos
Turbat, diuersas nam trahit vna dapes.
Simplicium formas totum, legemque reseruat,
Sed peior misto daps manet ista cibo.

De Carnibus.

Sunt tria quæ cunctas tribuunt animantia carnes:
Est auis, & pisces, quadrupedumque genus.
Est sua cuique domus, certum quodque incolit orbem,
Pes, terras; ales, sydera; piscis, aquas:
Omnia maiores succos, magnum omnia victum,
Omnia difficiles ventre dedere focos:
Nec victu panis superat (licet hic cibus ingens)
Fit de carne caro, dat leuis herba serum,
Omne iterum genus ex varijs discrimina rebus
Præbet, quæque suos est caro passa modos:
Sunt varij in sexu mores; sic tempus, & ætas;
Sic locus. & vita est; sic cibus omnis habet:
Sic vaga temperies, longoque in corpore partes,
Sic situs in membris, & modus ille rogi.
Mollior est maribus, præstat bos fæmina, vincit
Contra fæmineas mas bonitate sues.

Præferimus teneros hircis fætentibus hædos:
Contra aries agno est suauior,& melior.
Vt campis,vrbes cedunt;glebæque,paludes:
Vt trito,lolium;spinaque dura,rosæ;
Sic caro:temperies vincit calor aureus omnes:
Non aries albus,sed niger ipse placet:
Nigra placet gallina,placet qui filius ater:
Sic plures tribuit sexus vterque cibos.
Ex membris externa iuuant,quæque ossibus hærent:
His motus,soles,& sapor omnis inest.
Hic flammæ assentes,illis animantibus æqua est
Coctio;certa caro fit vetus,vna recens.
Illæ etiam incerto voluuntur cardine leges:
Omne tenet semper crimina certa genus.
Inferius normas omnes,speciemque videbis,
Cælum,rura,domos,æquora,flumen,aquas.

De Animalibus Terrestribus.

Terrenus seruant quæ sunt terrestria mores;
Constantem,& multum dant tibi cuncta cibum:
Non tamen in cunctis modus vnus;stat sua cuique
Norma,suum cuius pondus,& aura gregi.

De Homine.

Est humana caro carni similata suillæ,
Est caro nostra tamen dulcior,illa minus:

Mollior

Mollior hæc etiam est,sed non fuit hospite digna;
Non homini,solis est cibus istæ feris:
Sæpe quidem geticis fuit hæc caro gentibus esca,
Ast similis duræ gens fuit ista feræ:
Non aquilam feriunt aquilæ,colubrum ve colubri;
Non tygris,est tygridi,non lupus esca lupo,
Non carnis insequitur catulum,non felis amicam;
Ille ferit lepores,& ferit hæc soricem
Solus homo malus est homini,solùm hic ferit illum:
Solus homo generi est gens inimica suo,
Solus homo gustare suos,& mandere,fratres,
Solus grata hominis scindere frusta potest:

De Aguo,Ariete,& Vue.

Ante duo læti,tot sint discrimina,solis
Non gratas agnus suggerit ore dapes
Agnus ab inceptis idcirco dicitur annis,
Ni potius casti nomina prima ferat.
Humidus hic nimis est,mucoreque viscidus albo;
Crassaque difficili vincitor igne caro,
Et fluidos reddit ventres quare hand ea nobis
Cocta placet,melior quæ fuit assa manet.
At postquam iam maior adest,& transijt annus,
Tunc aries,fuerat qui prior agnus,erit:
Vulgus habet multa nomen de carne repostum,
Vel quoniam hæc reliquis sit caro nobilior:
Sic manet amisso genus hoc laudabile succo,
Siccaque,quæ fuerant humida,frusta manent:

Sic leuiter constat,sanoque est prædita victu,
Maiores præbet quæ caro magna cibos:
Ista melancholicis placuit;contraria virtus
Est humor,suci;tostaque flamma,gelu.
Vincit adhuc aries, multòque salubrior ille est,
Qui nullas quærit vulnere læsas oues:
Quæ non castrantur duro sunt pondere carnes,
Nec tam gratus odor,nec leuis ille sapor.
Vere genus placet omne magis,tunc pinguior esus;
Æquam temperiem,solque,cibusque,ferunt.
Os aperit,totumque simul demonstrat hiatum
(Vnde ouis) à rigido cum tremit illa gelu:
Excrementosos generat tamen humida succos,
Nec placet ingrato lentus in ore sapor:
Lac igitur,vellúsque ferat,prolemque benignam,
At prauum sumat rustica vita cibum.

De Hirco, Capra, & Hædo.

Est caro difficilis flammæ,tetrique liquoris
Quam gerit hircus,habet non ea damna caper.
Æstatis fines,autumni exordia poscit,
Tunc arbor vario germine plena viret.
Capra nemus quod carpit erit;quia rupibus altis
Viuit ,habet siccos hæc caro dura cibos:
Fæmina deterior maribus, plus algida,& horrens;
Plus illis arens,difficilisque manet.
Hæc vltra naturam acrem,corpusque rebelle
Possidet;his ventrem primaque vasa mouet.

Non

Non sic praua riget primis quæ mollior annis,
Carniuoro senior capra sit esca lupo:
Euincit natus patres,& filia matres;
Est hædus multis aptior vsque modis;
Hirco frigidior,capra est ardentior hirta:
Temperiem mediam qui tener hædus habet:
Mollior hic patribus,succo est præstantior ipsis,
Præcipue lactans si fuit vsque genus:
Hædus erit sexti qui non dum tempora mensis
Continet;est melior quem grauis æstus alit.
Siccior est,sed diram auram,tetrosque vopores
Non habet incultis quæ caro nata locis. Capra agrestis

De Boue,Vacca,Tauro,& Vitulo.

Bos hominis pascit membris,nutritque labore;
Sic iuuat,& prodest,& cibus vnus alit.
Crassior est vtriusque gregis caro torrida.forti
Est mare sicca minus fœmina grata suo.
Est inter cunctas grauidi deterrima tauri,
Fibris dura suis,fœda vapore lues:
Omnis habet prauos arenti in frigore succos,
Omnis habet mæstum,corde tremente,gelu.
Suauior est prima confossus morte iuuencus,
Vincit vtrosque simul filius iste boues:
Præsertim si mollis adhuc plena vbera succi
Accipit;hic hædos vincit odore cibus:
Hæc placet assa caro,reliquum'genus expetit vndas;
Cocta liquet nimium,siccior assa caro est:

Omnis ab ardenti plus est laudanda sinapi
Ista malum duræ corrigit omne dapis:
Plus etiam æstiuo cibus est accommodus igne,
Pinguior hic veré est, frigidiorque placet.

De Porco, Porcello, Apro, & Histrice.

Phlegmaticum quam porcus habet caro gigni t icorem,
Est boue crassa minus, sed boue lenta magis.
Quam porcellus habet primis in mensibus ortus
Humida plus illa est, tostaque sola placet.
Quam veteres tribuere sues durissima cunctis
Est caro robustis sola petenda viris.
Vtraque damna fugit, medijs quæ sumitur annis;
Annum habeat porcus, sin minus ipse, duos:
Hæc valde humanis similatur carnibus vna,
Falsos vna cibos fingere sola potest:
Plus alijs nutrit, nec grato displicet ori,
Si tamen illa maris, fæmina deterior.
Hæc caro simpliciter: multas condita perartes
Vna licet varios suscipit ore modos:
Crassior vsta sale est, sicco minus humida fumo;
Sicca sitim generat, crassaque facta moras:
Crassa, arensque manet rubro quæ mersa lyæo,
Quæ grato defert allia mista sali.
Omnis in hyberna cibus est assuetior arcto,
Tunc modico rigidum vincitur igne gelu:
Tunc dura hirsuti pinguescunt ilice porci,
Atque ferunt multo pinguia membra fero:
Iuncto alijs etiam placet omni tempore, siccis
Præsertim fuerit si caro mista cibis.

Purior

Purior est habitans aper altæ in collibus herbæ,
Excrementosum non habet iste serum:
Nec sic lentus obest, duros quoque firmior artus
Possidet, ast mæstas attulit ipse dapes.
Quam gerit horrendis armata ex ensibus histrix
Est caro difficili conficienda rogo.

De Ceruo, & Dama.

Ceruus habet gelidos artus, crassumque liquorem,
Atque ideo tristis fit noua causa cibi:
Nec coctu facilis, nec pura est commodus aluo,
Siccior est liquidas qui petit ignis aquas.
Non sic praua riget placidas caro nata per vrbes,
Vel quam materno sub grege ceruus habet:
Non etiam nostris multúm est incommoda mensis
Quam castratus habet, si tulit ipse, caro.
Aptior hæc illo est, hæc est quoque mollior illo,
Non tam difficiles dat sua dama focos:
Nec iam sicca nimis, leni placet humida succo,
Albæ præsertim quæ capit vber aquæ:
Castrato remanet cibus iste simillimus agno;
Formosúm corpus dama, cibumque tulit.

De Lepore, & Cuniculo.

Est Lepus á leuibus (superat cursu omnia) plantis,
Sed caro præ nimio pondere tarda nocet:
Siccior hæc alijs veré est, succique minoris,
Et facit obscuros torrida facta sinus.
Quique habitat syluas, & amæna cuniculus antra
Suauior est; ignes hic petit, ille coquos:

Est caro sicca minus, melioreque prædita chilo,
Præcipue teneros quæ tenet alba dies:
Non minor ista hædo est, nec multum distat ab illo;
Inualidos artus, si licet, ambo iuuant.
Humet, & insipido languet iam mollior ore
Immotus lenta qui iacet ille domo.

De Herinacio.

Et prauum, & nimium caro fert Herinacia succum,
vincit & intenso cætera bruta gelu:
Et varijs prodest morbis, seu suscipis vndam,
Seu multa in tosto puluere dona refert.

De Catulo.

Haud nimis hæc praua est (absit canis horridus) ast hanc
Erodant catti, gens inimica, luem.

De Alijs animalibus quæ vel nullius sunt esus, vel praui omnino, aut saltem vel nimis insueta, vel quæ nostro in vsu non sunt.

Hæc sunt quæ celebres replent animalia mensas,
Accipiat reliquas barbara turba dapes.
Quam leo terribilis, quam picto corpore pardus
Præbuit, humanis est caro mista cibis:

Et

Et quæ multiplices pingit panthera figuras,
Agresteſque aſini, carniuorique lupi.
Hic celeres numerantur equi, forteſque camelli:
Hic cum fele canes, & ferus vrſus adeſt.
Inculto viuunt campo, & ſerpentibus atris
Ægyti ignotæ, ſoli ferumque genus.
Effoſis gaudent ſylueſtres vermibus oræ,
Sunt alijs rigidæ pabula grata feræ.
Sunt quæ cæſa hominum libarunt corpora gentes;
Eſt crudele genus, ſed caro grata nimis.
Torrida flauentes exhaurit zona lacertos;
Eſt ea forma quidem, ſed liquor ore lepus.
Non tamen iſta placent animantia, non cibus iſte:
Accipiant diras corpora ſæua feras.
His veró peiora extant alimenta, feræque:
Innumerum genuit maxima terra genus.
Inter belligeras acies, fortemque ſenatum,
Sitque ferox elephans, non tamen ipſe cibus.
Nec qui ſe nec tunt bellantis more dracones,
Nec placet horrendis hippopotammus aquis.
Nec qui ſola colit reſonantis littora Nili,
Quique habitat lymphas nocte, dieque ſolum.
Sic quæ pernici Tygris volat ocior euro,
Dum fera pro catulis ſæuit, abitque ſuis.
Quique chaos vultu lupus eſt, & corpore pardus,
Atque hominis plantas qui tenet, atque manus.
Et qui horrenda mouet limato prælia cornu
Rhinoceros, magnis bellua ſæua feris.
Lumen hyæna oculis varium, & miracula toto
Quæ gerit; eſt crocutæ, manticoræque genus.

Est hirco similis phasæa ad flumina ceruus,
Et nullis viuens (nam leuis aura) cibis.
Est Indos inter lycaon, scythiamque tarandus,
Quique celer species est lupus, atque thoes,
Est qui bella mouet regi, lotioque fatigat,
Et qui alta caudas aure sciurus habet.
Est & in ægypto bos admirabile numen:
Sunt ibices rapidi, crineque verso origes:
Humanos sapiens imitatur simia ritus:
Viuit in exusto clara pyrausta rogo.
Est ea quæ lætum fodit (rapit India) donum,
Pigargique omnes, stripsiceiumque genus.
Circopithecæi nigris in crinibus errant,
Quosque tulit sæuos indica terra boues.
Quæ fera leucrocuta est multis depicta figuris,
Nec menus est varijs eala mista feris.
Quæ pollent visu lynces, quæ lumine cædit
Bellua, per sphyngas quæ fera forma breues.
Æthiopes inter rabido sunt pectore tauri,
Est oculis semper caprea clara suis.
Deducit mordax lepores viuerra prehensos,
Vni monoceros assimilatur equo.
Innumeris animal lucet spectabile formis,
Hoc varium dicunt, nam variare solet.
Sunt cattoblebæ, sunt duris pellibus axes,
Pressos illæ oculos ni moriantur habent.
Quæ nullis graditur pedibus, quæque inficit vndas,
Quæque capit nullos, sit nisi terra cibos.
Qui furit extincta mortalis coniuge serpens,
Ichneumonque isti qui fera sæua feræ.

Fiber

Fiber habet geminos medicinæ ad munera testes,
Sed prauos tribuit ventribus ille cibos.
Viuit taurinus mesapo monte bonasus,
Cernitur & tenero quæ boa dira boui.
In ripis est lutra cauis, est mellis arena,
Quæ gratos docili subripit ore fauos.
Est ferus in sicco prorumpens tramite bufo,
Et prauos visios quæ ferit, & moritur,
Et quæ solicito nota est formica labore,
Quæque facit telas virus, & arma gerens.
Qui teneras frondes, & molles pascitur herbas
Brucchus, & in lignis orta teredo suis.
Est ferus in propriam qui sæuit scorpius aluum:
Miserunt stincos Indica regna duos.
Est ea quæ moritur disrupto vipera fæto,
Et fera quæ vestes exuit illa suas.
Qui terris vario gignuntur more lacerti,
Et lento incidit quæ salamandra grudu.
Qui tortam infestont aurem, quæ corpus in arcum
Flectunt millipedæ, cruraque mille gerunt.
Et quæ mille pedes, totidemque in corpore plantas,
Et quod vermis hobent humida prata genus,
Quique manent phrygibus, pontoque cibaria cossi,
Quasque parit longas lubrica terra feras.
Qui tingunt corpus maculis, saltuque fatigant,
Et de materno puluere nomen habent
Infestat morsu, & pedibus caput ambulat ast hic
Non cibus ictero certa medella viro est.
Putrentes auras, horrendos mittet odores,
Et rabido cimex ore molestus erit,

Mollia

Mollia diffundit virus ſuper æquora natrix,
Picta ferus ſerpens tergora calchis habet.
Erumpunt alijs horrentia monſtra figuris,
Naſcitur,& multis hybrida facta modis.
Tandem alios vermes tellus,animataque gignit
Plurima,ſub vaſto eſt plurimus orbe ſitus.
Sunt alimenta quidem praui tamen omnia ſucci,
Atque ideo menſis non licet eſſe tuis
Non ſic fortaſſis nocui ſoriceſque, caneſque,
Aſtaque non cocto vulpis alenda mero.
Sumitur á multis limax,& coclea frater,
Nec deteſtandos ambo dedere cibos.

De Volatilibus.

In tenui ſuperat volucris tereſtria ſucco;
Vt leuis iſta caro,ſic quoque chilus erit:
Excrementoſos minus hæc tibi ſuggerit artus:
Eſt tandem melior,ſed minor, ille cibus:
Nec mirum,vincit terras cælum;hinc tamen illam
Excipies,lento quæ iacet amne,dapem.
Præſtat continuos ales perpeſſa volatus;
Vires motus alit,plurima damna quies.
Præſtat & in pingui craſſeſcens viſcere corpus,
Non tamen vt totum ſit fera corpus adeps.
Vincunt ex auibus iuuenes,eſt mollior ætas
Gratior,at cunctis ſit noua penna locis.
Denique nocturnos quæ ſit guſtanda per æſtus
Primo mane placet ſi fuit icta caro.

Prima dies noctem quærit, per frigora longum
Tempus erit, varians est tamen ipsa caro.
Infernis genus omne locis, iustæque patescunt
Leges, quas cælum, quas auis ipsa tulit.
Communes vario consistunt limite normæ,
Omnis habet crimen, sit licet æqua, suum.

De Gallina Gallo, & Capo.

Vrbanas inter fuit hæc præstantior ales,
Et reliquas, sanum si petis inde cibum,
Ius equidem vincit, nam cunctas roborat aluos,
Atque elephansiacis est medicina malis:
Et satis enutrit, nec gustu displicet, atque
Temperiem modico seruat in igne suam.
Roborat innatum iuuenis Gallina calorem,
In morbis tantum sæpe patrocinium.
Plus leuis est, calidique minus caro pullea succi,
Assa iuuat sanos, coctaque morbicados:
Inter aues melius coquitur, nam mollior vna
Exposcit lenes ventre priore rogos:
Nulla fuit similis quando furit improbus ignis
Corpore, vel prima grandis in arce calor.
Difficilis vetus est, & duro pectore Gallus,
Quique capit socias, non placet ille, suas:
Et quamuis rigido vox sit metuenda leoni,
Acrem habet in succo deteriore, cibum:
Acre habet ille serum quo mollit viscera, quoque
Iliacos soluit, coliadesque sinus.

Gallinæ similis capus est, tamen altior esus;
Nam grato hæc illas vincit in ore dapes:
Castratura dedit teneros artusque, cibosque,
Et vires sexus, puraque membra suus.

De Gallina Indica.

Quos regnum diues, vel quos tulit India gallos
Constanti superant pabula dicta cibo:
Difficiles tamen ire solent, nam crassior vnda,
Et caro, sicca magis, coctibilisque minus.

De Gallina Agresti.

Accedunt istis duros quæ nata per agros
Sunt bruta; ista suas non habuere domos:
Ob similes artus, similes cum corpore succos,
Gallinago suum candida nomen habet,
Siccior hæc auis est, nec grandi incommoda mensæ,
Non hæc tanta, probi fert alimemta cibi.

De Ansire, & Anate.

Plus calidum genus est, & multò prauius illo,
Qui natat in liquidis improbus anser aquis.
Quæ lacubus se mergit anas, quæque amnibus, illis
Æquales epulas quas dedit anser, habet.

De

De Columba, & Torquato.

Difficilem; craſſumque cibum genuere columbæ,
Vnde melancholicis eſt via certa locis:
Intentantque caput fumis, frontemque dolore,
Suntque excrementis altera cauſa tuis.
Inter eas melior ſaccis quæ naſcitur aruis;
Naſcitur humenti praua columba domo:
Offenſæ partem motus, tenuanſque volatus
Demit, ab his ſuccus purior eſſe ſolet.
Torquati duris implent tua viſcera membris,
Maioreſque petunt ventre coquente rogos.

De Perdice.

Non paruam inter aues (ſi pendet gloria) perdix
Accipit, ingentes nam dedit vna cibos:
Nec quamuis perdix perdendo dicta fuiſſet,
Nec quia ſit fallax improba facta caro eſt:
Succi namque boni, concocto eſt grata ſapore,
Promouet & veneris, nam calet ipſa, rogos.
Arenti in ſtomacho ſuperat Gallina, ſed humor
Cum fuerit, perdix vincit vtrunque genus:
In ſanis vincit, nec morbis diſplicet illis,
Quos flammæ lenes, & grauis humor alit:
Aſſa magis placuit ſemper, ſunt optima viro
Pinguia iura, caro ſiccior vſque manet.

De Pauone.

Monſtrabit toto lucentes corpore pennas,
Et tumidæ mentis gloria maior erit,
Sed prauos gignet pauo guſtuſque, ciboſque:
Eſt prauum ſucco deteriore genus.
Eſt nimium fibroſa caro, denſiſque cohærens
Partibus, in tenero non coquitur ſtomacho:
Nec breuiter digeſta fugit, nec vertitur altrix;
Inſignis pennas quæ caro turpis habet.

De Phaſiano.

Hæc Itys ante, noui iam nota eſt fluminis ales,
Nam venit á Phaſi flumine Phaſialus:
Præbet Gallinis alimenta ſimillima noſtris:
Plus habet, eſt ſucco gratior ille ſuo:
Et bene concoquitur, primæque eſt vtilis aluo:
Nobilis eſt, menſis nec ſolet eſſe tuis.

De Atagine.

Maiori in pretio eſt atagen menſa altior omni,
Et longe alitibus nobilior reliquis:
Selectum tribuit ſuccum qui guttura mulcet,
Qui faciles tolerat ventre priore rogos.

Hunc

Hunc Itali genuere agri, non Hispala tellus:
Regibus est, mensis hic negat esse tuis.

De Turture.

Turtur habet siccum dulci pinguedine chilum,
Non ideo malus est, difficilisve cibus.
Multúm alit hæc, alijsque extat feruentior ales:
Sit pinguis turtur nam macer ipse nocet:
Semper amor veneris, positique in testibus ignes,
Et memor increscit sensus, & vnda rubens.

De Ortigine.

Nil damni, atq; mali est quod non ortigo liquoris
Afferat, obscuros fert auis atra cibos;
Omnes praua caro trahit excrementa per artus,
Nec bene sub primo viscere cocta fugit.

De Coturnice.

Censetur melior primis quæ nata coturnix
Mensibus; exundat caprea terra cibo:
Fert ignes, prauamque dapem, putridósque calores,
Est leuis ille sonus, sed grauis ore cibus:
Inducitque sacras, est causa ellebruus, iras,
Nec modicos generat (si venus vlla) rogos.

De Turdo.

Quod tardus, tardetque fugas sibi nomina turdus
Accipit, inter aues non minor ille tuas:
Concedit gratam laudando ex sanguine carnem,
Nec valde sicci fert alimenta seri:
Hic, dum sæuit hyems, nigris pinguescit oliuis;
Tunc apté liquida cum sue turdus erit.
Fæmineus superat (si fas est dicere) sexus;
Mollior, & melior fæmina turdus erit.

De Merula.

Sola volat, solasque errat cum pascitur herbas,
Atque ideo merula est, quod mera semper eat:
Hæc per frigus habet carnem, sonitusque per æstum;
Est iucunda caro, musaque grata placet.
Est equidem similis, turdo sed durior ipso;
Gratis ille cibis vincit, at ista sono

De Sturno.

Est etiam turdo similis cantuque, ciboque
Sturnus, at arenti durior iste sero:
Inferior gustu est, & puri sanguinis vnda,
Sed dulci vincit suauis in ore sonus:

De

De Lagopode.

Vt plantas lepori similes lagopis, & vndam
  Suscipit, vnde ales torrida nomen habet:
Non hæc in nostris nota est regionibus, esu
  Gaudebat flaccus, primaque Roma suo.

De Ficedula.

Sit licet á molli pinguis ficedula fico,
  Dura tamen duras conficit ore dapes.
Necve melanchoria minor extitit alite succus,
  Sit licet á primo degener illa patre.

De Auistarda.

Crassus auistardæ est multo cum pondere sanguis
  Vtque auis hæc malem, sic quoque chilus habet.
Græci otides vocitant, tardas Hispania dicit:
  Tarda auis est, tardus ventre coquente cibus.
Nec satis hæc: tetris generat fera tædia fumis;
  Emittit tetram fæda medulla luem.

De Gangis

Anseris

Anſeris hoc genus eſt, ſed multò ſiccius illo,
Nanque melancholicum fert caro praua cibum:
Eſt minor huic malles, non excrementa minora,
Nec minor in primo viſceris ore rogus.
Procreat innumeros albens Germania fœtus:
Intenſo gaudet candida forma gelu.

De Auibus Paluſtribus.

Quam liquidi peperere lacus, tardæque paludes
Eſt caro praua ſuo, difficiliſque cibo,
Arenteſque alto generat ſub gurgite chalos,
Humenti ac gelido ſit licet orta lacu.
Verùm alias aliæ ſuperant guſtuque, feroque:
Vnum ſuſcepit non genus omne modum.

De Vniuerſo Aliarum auium genere, quæ vel raro in vſu ſunt, vel in totum nobis ignotæ, aut ſaltem frequentiorem non præbent eſum.

Hæ ſunt communes, quas ſuggerit aura volucres:
Siue bonæ fuerint, ſiue dapis reprobæ.
Sunt aliæ, quas non tantus licet appetat vſus,
Sunt tamen in menſis lauſque, cibuſque tuis.
Sit prior in cunctis (ſucco hæc præſtantior) ales
Baliſta in curuo quam capit arcta ſinu.
Inde galeritis de ſummo dicta galero,
Et nullas ſimili quæ gerit orbe comas.

Hic

Hic sunt quas regio tribuit meleagria pennæ:
Sunt Gallinæ equidem, laus minor illa tamen.
Et qui sæpe volat, nec plantis vtitur vllis,
Quæque tenet milij paruula nomen auis.
Sic velox fertur quæ matacilla per auras,
Hispanum velox efficit aura sonum.
Iam minus apta caro est, peruersoque improba gustu,
Qnam malus, & solus passer vterque dedit,
Quam fert ruris anas, quam præbet clorius ales,
Sacraque belligero quæ fuit illa deo:
Quæ viridis raucas imitatur voce cicadas,
Quæque oculos nidis perdit hirundo suis.
Quæ nulli grato cedit lucinia cantu,
Regius á regno, qui leue murmur habet.
Et quæ cardino nutrita est semine musa,
Et gratas voces qui chariander agit:
Et quæ glottis habet grandem sub gutture linguam,
Nutritusque apibus qui fuit ille merops.
Qui solet alternis noctu consistere plantis,
Et reliquas rigido qui ferit vngue feras.
Hic nisus pars illa gruum, quibus addite mergum,
Et miluum pullis bellua dira tuis:
Quæque suos petris componere gauia nidos,
Et solet in liquidis mergere corpus aquis.
Quæ ventos fulicæ, tempestatesque minantur,
Quæque colit putrens vpupa fœda solum.
Quæ validos tollit sonitus, & prælia rumpit,
Est cliuina ideo, cliuia monstrat, auis:
Quæque rubet plantis, & quæ morsu ebibit ales,
Quæque alpes cernit lutea forma suas:

Et quæ tranquillas habitat maris alcion vndas,
  Quique paludifera buttio bubit aqua.
Peior adhuc chilus forté est, & sæuior illo
  Quam ferus accipiter, quem tenet albus olor,
Et qui taurinas componit gutture voces
  Taurus, & ad similes qui canit anthus equos:
Et quæ falcatis inimica est vnguibus ales,
  Ossifragæque ingens, belligerumque genus:
Sic quæ languentes serpente Ciconia pullos
  Nutrit, & in cunctas sæuit amara feras.
Qui tinnit, rapidoque volat tinnunculus vngue,
  Quæque petit superos ardea summa locos.
Qui sanat misera pallentes morte colores;
  Qui canit effossa gryllus in æde iacens.
Quique volant tristes nocturno tempore corui:
  Inter aues cornix quæ ducis omen habet.
Et quæ perpetuis aduersa est vulpibus armis:
  Qui ferri durum struthio vincit onus:
Quique suo tardos imitatur carmine tauros,
  Vnde capit generis nomina bubo sui.
Immemori quæ musca animo, quæ mellea dona
  Fert auis,& muscas vespera vespa rapit.
Et qui syluestri generatur cortice crabro,
  Quique solet multis pestifer esse locis.
Qui gracus á gracili desumpsit pectore nomen,
  Quæque videt claros solis euntis equos.
Quæ calchis fert bella aquilæ quæ memnone pugnat,
  Qui fucus grati fur solet esse faui:
Et quæ vere micat splendentibus ignea flammis,
  Et siquis pennas terreus humor habet.

Sunt etiam prauæ cunctæ nigri ætheris alæ;
Est cuculus nidos qui negat esse suos.
Euolat obscuras tenebrosa nocte per auras
Noctua, cui nomen nox dedit atra suum.
Nocte etiam volitat, recipitque á vespere nomen,
Qui sentit lucem nocte, dieque negat.
Opprimit insontes stryx obscurata puellos,
Stryx quoniam tota stridere nocte solet.
Auris nomen habet pinnatis auribus ottis;
Est vlula, hæc mæstos nam facit ore sonos.
Liberat ægyptum rigida ex serpentibus ibis,
Nasoni quamuis sit fera praua meo.
Bella scleucitum profugas fecere locustas,
Dum resonant mæstæ per iuga celsa preces.
Monstrat onocratalus cygnorum more colores,
Altera sed primo gutture forma nitet.
Sunt quæ plana fero mulgent leuis vbera capræ;
Hinc caprimulgus erit, nocte minatur auis.
Lata platea riget, peruersoque improba rostro
Oceanum faciles per mare raptat aues.
Psittacus humanos imitatur carmine ritus,
Estque suis stytax garrulus ille modis.
Est & pica loquax, & rauca voce cicada,
Fert arietinum sæua tragopa caput.
Nascitur ad rapidum pelicani gloria nilum,
Vna perit phœnix, & soror vna rubet.
Curua tragophanides ferrato cornua vultu;
Pennas fortis habet Bellerophontis equus.
Est genus omne malum, nec gratis vtile mensis,
Sit fera daps, ipsis, nam nocet ipsa, feris.

Sunt aliæ volucres (totum percurrere cælum
   Difficile eſt) alios fert leuis aura modos.
His omnes poteris victus diſtinguere formas,
   Sin minus iſta ſatis ſit tibi menſa breuis.

De Partibus animalium tam terreſtrium quam volatilium

Non æqnos vrbs vna viros, non vnica flores
   Æquales tellus, nec polus aſtra, ferunt:
Sic quoque diſſimiles vno ſunt corpore partes:
   Tot ſunt diſſimiles, quot ſua membra, cibi.

De Cerebro.

Inter membra prius cerebrum eſt, nec ventre ſecundum,
   Nam bene concoquitur nec male digeritur:
Humida languentes ſequitur natura meatus,
   Nam gelidum pariter, molleque corpus habet:
Inrer aues melius (fuit his minus humida virtus)
   Quod pulli, & matres, grataque rura ferunt.

De Lingua.

Non opus hoc membro eſt (magna extat copia) voces
   Orbis habet, linguas Luſia regna ſuas.

Si ferus ensis adest, si forti in pectore vires,
Non valet ista minus, nec minus ipse ferit,
Fungosumque nimis rubro est cum sanguine membrum,
Præsertim medij quæ rubra lingua situs.
Hæc auium facit ore sonos, sed paruum alimentum;
Est alimentitij cætera lingua cibi.

De Pulmone.

Pulmo tenet puram spumanti ex sanguine carnem;
Est leuis in puro, raraque forma, sinu.

De *Corde.*

Difficilis nimium est summo substantia cordi;
Est malus in tanta nobilitate cibus.

De Hepate.

Quæ nigra feruenti concrescit in hepate flamma,
Plus reliquis nutrit, nec sapit ore minus.
Est grauis illa quidem: verùm gallina salubre
Dat membrum, simile est quod iecur hædus habet:
Nec capra ventre nocet (quamuis caro pessima) sæpe
Stat rude palliolum, sed bona vina latent.

De Liene.

Immunda qui fæce lien nutritur, & atro
Sanguine, fæcales dat quoque ventre cibos;
Nec labor in stomachis ideo, crassum licet, est hoc
Rarum, & molle, genus, nec satis illud alit.

De Renibus

Qui gemino lotij consurgunt tramite renes
Difficilem tribuunt ventriculis epulam:
Est fibrosa caro spissato in corpore, dura
Coctio, sub molli nec fuga ventre minor.

De Testibus.

Progeniem antiquam referant, sua munera, testes,
Et quos mater habet, vel pater ipse modos:
Non tamen offendat nostros odor improbus esus;
Sunt praui, & turpes, difficilesque cibi.

De Stomacho, intestinis, vesica, vtero, & similibus.

Est gelidum; durumque nimis genus omne per aluos,
Siue sit id matrix, ventriculusve prior:
Seu via sit lotio, seu fæcibus altera duris,
Siue alia in toto corpore pellis erit.
Aptior iste auibus cibus est, nam mollior omni;
Seu gallina suos, seu dedit anser vtres.

De Glandulis.

Testibus est similis leni quæ glandula carne,
Non tamen hæc succum, virus & illud habet:
Hæc bene pars coquitur, gratoque est humida gustu,
Præcipuè lenti quæ fuit illa suis.

De

De Adipe, & Pinguedine.

Vtraque pars oleum generat, vomitusque sequentes:
  Humida pinguedo est, siccior extat adeps.

De Medulla, Ossibus, Neruis, & Similibus.

Quæ mollis tenero concrescit in osse medulla
  Non molli nimium diffidet á cerebro:
Mollior hæc tamen est, & dulci pinguior esu:
  Plus alit, at primo vincitur igne minus.
Huic non dissimilis calido liquor effluit osse:
  Carnosus liquidæ bos dedit ossa dapis.
Os demum terrestre nimis, crassumque latescit,
  Hoc rodat vacuus, si valet vsque, canis.
Huic nerui similes, durumque á tendine membrum,
  Quæque ligant alios vincula dura locos;
Siccaque de carthis quæ carthilago resurgit,
  Arteriæque omnes, spermaticumque genus.

De Sanguine.

Fit quoque de rubro feruescens sanguine chilus,
  Atque iterum, sanguis, qui fuit ante, manet:
At malus inde cibus, nam succum totus in atrum
  Vertitur, & mæstum pectore gignit onus:
Nec placet hic leporum, quamuis gratissimus idem,
  Nec pingui mistus qui fuit ille cibo.

De

De Alis, Plantis, & reliquis extermis partibus.

Viscosum genus extremis in partibus hæret;
Non tamen in cunctis lex datur vna cibis:
Ilicet æthereis leuiores partibus alæ:
Non sic quadrupedum planta, manusue iuuant

De Ouis.

Electos generant succos, gratosque sapores
Oua, nec ad turpem sunt pigra causa, rogum:
Absentes citius reuocant ad corpora vires,
Quam sua, nam coquitur serius ista, caro.
Est cibus iste leuis, moderatoque humidus igne,
Et quantum retinet ponderis, vnus alit.
Hinc procul albumen (cibus est deterrimus) absit:
Tantúm de flauo sint ea dicta glomo.
Cum tamen hæc varios capiant sexusque, modosque,
Non omnem vna potest norma referre gradum.
Optima gallinæ pepererunt ouula nostræ,
Nec minus accipiunt indica regna decus.
Istis phasenus tulit oua simillima passer,
Non sic quæ sequitur cætera turba placet.
Ex illis meliora etiam gustuque, ciboque,
Quæ sunt hausta illo, quo simul orta, die:
Vel terni saltem non cernant lumina solis:
Post hæc putrenti sunt ea praua sero.
Sunt quoque distinctis eadem diuersa culinis,
Diuerso multas ars facit igne dapes.

Optima

Optima censentur tremulo quæ lenia motu,
Si tamen ardescens hunc coquat vnda cibum.
Proxima quæ similem tenuerunt oua figuram
Ante leues molli cortice tecta rogos.
Inferiora manent gelidas abluta per vndas,
Duraque quæ calido facta fuere lari.
Ardenti quæ frixa oleo sunt pessima cunctis,
Hæc multis possunt oua nocere modis.
Hæc vsus communis habet, genus est tamen illud
Quo tribuit varios docta culina cibos:
Hæc saccharum miscet, feruensque imponit acetum,
Et decus in mensis quod solet esse merum:
Nonnunquam accedunt vndæ feruentis odores,
Quæque iuuat multos alba farina cibos.
Hinc fiunt mille oua modis, prosuntque, nocentque:
Has tamen ostendat plana culina dapes.

De Piscibus.

Mollius in pisci genus est, nam mollior vnda,
Et leuius, piscem nam leuis humor alit:
Non ita constantes generat per viscera chilos:
Est stomacho facilis, nam leuis vnda, cibus:
Deterior pariter daps est, quia putridus humor
Gignitur, & multis fætida causa modis:
Horrida iura fluunt nullis accommoda mensis,
Et putret exterius, si mora longa, serum.
Hæc si cum terra pugnent, aut æthere pisces;
Nam terras aer vincit, humusque mare:

Ast si simpliciter tenues perpendimus vndas,
Non reprobi piscis fert alimenta feri:
Et nutrit modicé, & medium crassique, leuisque
Possidet herba minus, sed caro dura magis,
Omne humet, frigetque genus, simul omne calescens,
Exustumque suis sal facit esse rogis.
Cum verò latum mare sit, pelagusque profundum,
Cum tot sint, piscis non erit vnus, aquæ:
Magna loci faciunt isto discrimina sexu,
Sunt maria alta, fretum, flumina, stagna, lacus:
A paucis, multæ distant; á dulcibus, vndæ
Salsiferæ; á putridis, limpidus humor, aquis.
Sunt qui persistunt immoto gurgite riui,
Quæque celer rapidas continet aluus aquas.
Vincunt æquorei labentia flumina tractus,
Hæc lentos riuos, & genus omne lacus.
Rursus maiores in quouis flumine pisces
Præstant, contra ætas sit minor alitibus:
Præstant & salsi, non salsis piscibus, amnes;
Si tamen is modicus sal fuit, atque recens:
Antiquo sale dura caro, prauique liquores
Proueniunt, modico lentor, & vnda fugit:
Cedunt albentes etiam nigrantibus, istis
Non tantum frigus, nec leuis humor inest.
Dura friabilitas molli fit corpore, mollis
Putrescit leuiter, duraque forma riget.
Si flammam spectes, legem dant viscera, piscis
Concoctus terras obriget; assus, aquas.
Pessima de cunctis frictura est ignibus, omnis
Interius lentor, prauaque forma manet,

Si tamen

Si tamen in quouis quæras discrimina pisce,
Quasque tenet partes, corporesve sinus,
Est caput omne malum quamuis sit gratius omne:
Est leuior dorsum. caudaque longa, cibus:
Ista manus sequitur, diuersaque brachia, semper
Vna salus motu est, & genus omne boni:
Sunt latera in medio, sunt partibus improba cunctis
Ilia, ni siccans sit caro, thinnus habet.
Oua recusantur, dissoluunt omnia ventres,
Quidque etiam praui, virus vt illud, habent:
Cruda manent etiam, nam pars semicocta per vndasq;
Deterius faciunt tempora verna genus.
Sunt aliæ leges, normæque in piscibus, omnes
Inferius longo tramite monstrat opus.

De Piscibus fluuialibus.

Qui claris habitant Lymphis, qui flumine dulci
Pisces spina tegit plurima, rara caro:
Est cunctis humens molli sunt pectore lentor:
Non tamen omne æquum est, nam via longa, genus.
Est melior rapido qui viuit gurgite piscis,
Si liquidis semper flumen inundat aquis:
Si nitet eximius claris in cursibus humor,
puraque saxosos implet arena locos:
Si boreas rigido currentem turbine Lympham
perflat, & in claro nascitur herba solo.
Ille est inferior turpi qui viuit in vnda:
Mollior in molli flumine piscis erit:

 Si

Si torpent lenti cursus, simul vnda quiescit,
Siue sit hic flumen, stagnave nigra, sinus,
Siue breues per rura lacus, fontesve reclusi,
Per quos ille alias non valet ire vias:
Est quoque deterior cœnosis ortus arenis,
Cùm populus dulci grandis adhæret aquæ:
Si limo impurum est, & prauis flumen ab herbis,
Quasque simul fæces vrbs dedit, illud habet.
At species variant etiam, non vnicus omnes
Piscis dulciferi fluminis haurit aquas.

De Bocca, Barbo, Siluro, & Rubecula.

Barbus vt á barbis, á buccis bocca vocatur;
Est maior barbus, fæmina bocca minor.
Præstat bocca ouis maio nisi feruida mense;
Plus duram carnem, membraque barbus habet:
Præstat vtrúnque genus rectum succumque, cibumque;
In liquidis multus sit licet humor aquis.
At species placet vna, omnes dixere sylurum;
Bordalum hoc dicit Lusia terra genus.
Est minor vna, rubro quæ picta rubecula tergo:
Vt minor hæc, leuior sic quoque piscis erit.

De Trocta.

Gaudet arenosa saxosi fluminis vnda,
Et sæpe est gelidis trocta reperta locis:

Hæc

Hæc inter fluuios primam tenet vnica laudem,
Et merito, melius nam tulit vna ferum.
Has inter melior plures quæ picta figuras,
Quæque colit riuos; oſtia nulla placent:
Cocta etiam iuuat ipſa, minus laudabilis aſſa eſt;
Contra perdici coctio nulla placet.

De Rana.

Illis frigidior rana eſt, celebrataque ſucco:
Gaudent ranoſis hectica membra cibis:
Eligat elixam quem lepra, aut regius vrget
Morbus, & hinc tuſſis qnas premit arcta vias.

De Teſtudine.

Eſt etiam varijs teſtudo commoda morbis,
Eſt leuis iſte ſimul qui medicina cibus.
Illa ptyſim putrem, diroſque in corpore ſchyrros
Mitigat, oüa ſacro ſunt medicina malo:
Vtque lienoſis prodeſt, ſic fæcibus atris:
Teſtudo eſt, teſta nam tegit vna caput.

De Aſtaco.

Quamuis ad nullas faciat leuis aſtacus aluos,
Carthilagineus nam ſiue carne cibus,

Non ideo spernendus erit; curuo vtilis hamo,
Vtilis vt reliquo sit leuis esca mari.

De Anguilla fluuiali.

Longus in obscuro qui flumine nascitur anguis
Dulcior ille cibus, non tamen inde bonus.

De *Piscibus Marinis.*

Est genus immensum, & multi sine nomine pisces,
Ignotique lacus, & sine gente sinus.
Terra, auræque patent, est innumerabilis humor,
Ducitur ad fundas nulla phasellus aquas.
Quas tamen agnouit species vsusque, laborque
Septuaginta extant, quatuor adde prius.
Triginta duro velantur cortice sexus:
Sed maius, (certo stat sine fine) mare.
Quisque sit, aridior cibus est, & suauior ore
Qui salsas piscis per mare lambit aquas:
Nec succo furt iste minor. sunt hic quoque carnes,
Cedere queis perdix, tructaque grata potest.

De Anrata.

Auratæ pulchrum facies dedit aurea nomen,
Nec prauam referunt cætera membra dapem:

Nec

Nec succi species, nec gratus displicet esus
Nec sua, quæ vario ponitur igne, caro.

De Trigla.

Durum Trigla cibum præbet, gratosque liquores;
Ast ornat melius plurima barba genus.

De Vmbrina.

Quæ verrucosis vmbrina est cognita barbis,
Difficilis succi est, non tamen ipsa mali.

De Phragolino

Non bene sub primo rarescit viscere pargus:
Humectans nimis est, atque serosa caro.

De Salmone.

Est inter pisces salmo venerabilis omnes,
Plurima dona tibi, non mala piscis habet:
Huic caro dura fuit, totosque friabilis artus,
Nec minus in sano gratior illa cibo.
Hæc si mensa recens, nec salsos continet æstus:
Mollior exusto sit caro mista sali.

De Rubellione

Hunc oculis superat, grandique rubellio fronte,
Ast carne, atque probo vincitur iste sero:
Non tamen ad celebres minor est huic gloria mensas:
Efficit excellens optima iura cibus.

De Scombro.

Qui teres, & longus, liquidis qui plumbeus vndis,
Qui verno pinguis tempore scomber adest,
Est mulus, & prauos generat caro pessima chilos;
Difficilis coquitur, visceribusque nocet:
Quo minor est melior, quamuis sit pessimus omnis:
Multos (hinc nomen) scombrius amnis habet.

De Merula.

Assimilis merulæ merula est, pisciſque volucri,
Vndesuum nomen, sed male, piscis habet.

De Turdo.

Turdus & á turdo, tamen est præstantior ales:
At piscis praui est, difficilisque cibi.

De

De Mero.

Eſt merus æquoreæ piſcis noua gloria Lymphæ,
Nam ſuperat chilo nobiliore merus:
Nec minor inde cibus,(vires enutrit, & aluos)
Quam ſi panis alens, vel caro dura foret.

De Mellica.

Eſt facilis, veloxque cibus, faciliſque per aluos
Sed multus primo viſcere fumus obeſt.

De Bocca Marina.

Hæc parit immenſam veluti ſub flumine prolem,
Mollior illa tamen, durior iſta placet:
In reliquis ferme ſimiles, iuſtum vtraque ſuccum
procreat iſta magis nutrit, at illa minus.

De Arinche.

Salmoni eſt ſimilis qui piſcis arinchius, aſt hic
Vincitur, in celebri vincit & ille ſero.

De Sardinia.

Altera in obſcuris aret Sardinia fumis,
Altera præ nimio eſt arida facta ſale:

Vtraque difficiles generat per viſcere chilos,
Salſos iſta magis, plus creat illa nigros:
Non ſic praua manet modicas quæ ſumpſerit vndas
Ex ſale, vel ſaltem quæ ſapit vna recens.

De Sarda.

Eſt illi ſimilis, ſed tantûm nomine, Sarda,
Nam magis hæc nobis, iam minus illa placet.

De Thinno.

Cum minor hic, fætuſque prior cordilla fuiſſet,
Pellamis á nigro poſt erit ipſe luto:
Tandem habet omne ſuum nomen, thinnuſque vocatur,
Cuius diuerſum eſt per freta longa genus:
Omne malum eſt, diraſque alto parit hepate flammas,
Et craſſum, & mæſtum corde gemente ſerum.
Non ſic praua manent, quæ pinguibus ilia Thinnis:
deterioris erunt cætera membra cibi.

De Aſello.

Iure habet Hiſpanæ cognomen vocis Aſellus
Conſtantem, & multum nam dedit ore cibum.
Mille modis placuit: primum ſalis aridus vnda,
Et vario in varias ſcinditur igne dapes:
Dumque recens, nux miſta iuuat, tenuanſque Sinapi,
Queis multum craſſi perdidit ille mali:
Nam craſſum, lentumque gerit caro grata liquorem,
Qui non debilibus vincitur ab ſtomachis.

De

De Coracino.

Suſcipit á nigris Coracinus nomina coruis;
Vt niger iſte notat, ſic niger ille volat:
Ambo pares etiam, duris ſunt carnibus ambo,
Et craſſum reddunt, difficilemque cibum.

De Belſucco.

Hic quoque de bellis ſumpſit ſua nomina ſuccis,
Et merito, bellam nam dedit ille dapem:
Eſt facilis, nec praua caro, ſapor omnia vincit,
Et varios patitur, ſi placet, igne modos.

De Gobione.

Non inter piſc[illegible] minimam tibi gobio menſam
Suggerit, eſt facilis ventre coquente cibus:
Nec non & liquidis ſtomacho fit gratior vndis,
Atque ſalubre ſerum, ſi placet, omnis habet.

De Scaro.

Fert molles Scarus, & faciles lariſæ ignibus aluos,
Nec malé corpus alit, nutrit at ipſe parum:
Ruminat hic inter piſces, hic veſcitur herbis;
Non alios, proprium non rapit ore genus,

De Scorpena.

Non tantum placuit numeroſis ſcorpius armis,
Ad menſas quamuis daps fuit æqua tuas.
Non ſic prauus erit pelago qui naſcitur alto;
Prauior eſt turpi nata palude caro.

De Rhombo.

Qui natat inuerſus, latoque in corpore rhombus,
Sic aliud ſequitur per freta vaſta genus:
Tunc capitur, dum magna alti capit oſtia riui,
Quique vorax alijs, iam manet eſca tibi.
Alba, & grata caro eſt, & toto ſuauior eſu,
Nec praui ſucci eſt; plus tamen arma placent.

De Paſſere.

Eſt pictus ſquammis, eſt plano corpore paſſer;
æquoreæ eſt vnus, flumineæ alter aquæ:
Qui maris eſt placet ille magis, caro mollis, & alba eſt,
Nec prauum generat, difficilemve cibum.

De Solea.

A boue bugloſus (linguæ eſt nanque æmulus huius)
A ſolea, ſolea eſt, hanc ſimul ipſe refert:
Piſcis vtrunque placet nomen, magis attamen idem:
Cedere cui reliquum marmor, & vnda poteſt;

Eſt

Eſt ſucco excellens,eſt iucundiſſimus ori,
Hæc leuis, hæc facili vincitur vnda rogo.

De Polypo.

Qui multis notus pedibus, prædaque fugaci
Polypus eſt, iuuenis non placet, imo ſenex:
Omnis dura caro eſt, nec prima coctilis aluo,
Quæ venerem fumis excitat vna ſuis.

De Sæpia.

Lolligo, ſimiliſque huius quæ Sæpia formæ
Sunt praui in ſucco difficileſque cibi.

De Congro.

Fungoſum eſt quod conger habet corpuſque, ſerumque,
Hic praué, atque parum, ſed bene coctus, alit:
Deterior qui ſiccus erit, cui fætidus hæret
Fumus, & in ſucco deteriore malum.

De Aco.

Qui longas imitatur acus, longæque figuræ eſt;
Fluxilis, & gratus, nec malé piſcis alit.

De Lupo.

In pretio Lupus eſt, nam gratos arte ſapores
Et facilem, & multam contulit ore dapem:

Et licet ille mari, pelagoque exurgat ab alto,
Dulcibus accipitur post moribundus aquis:
Sic hunc Tybris alit Romæ, sic Hispala Bætis,
Claraque de Luso quæ fluit vnda Tago.

De Cephalo.

Qui natat aduerso procurrens mugilis amne,
Est cephalus, metuens nam tegit vnda caput:
Omnem adit ille vndam, versat flumenque, fretumque
Stagnosis etiam qui solet esse locis:
Inde venit rapidus, miroque ad retia saltu
Transilit, atque magis quam natet, ipse volat.
Suauior est equidem, sed prauus ad omnia succus;
Qui capitur salsis non ita prauus aquis.

De Saualo.

Viscosos tribuit, sed multos laccia chilos,
Et patitur longas ventre coquente moras:
Nec malus illa cibus, stomacho iucuudus, & ori;
Sed replet fumis, atque dolore caput.
Hic primum vasto genitus natat æquore piscis,
At dulci moritur postea captus aqua.

De Anguilla.

Anguis habet nomen, veramque anguilla figuram,
Quæ nullis potuit grata iuuare modis:
Lentum piscis habet chilum, tardumque, malumque:
Aptior est salsa qui natat anguis aqua.

De

De Tinca

Quamuis febriles inducat praua liquores,
Attamen anguillas vincere tinca poteſt.

De Lampetra.

Lambit enim petras ideo Lampetra vocatur
Qui ſeptem collo ſydera piſcis habet.
Hæc fluuijs capitur, pelago licet orta profundo:
Fert mæſtum, quamuis grata ſit ore cibum.

De *Reo.*

Inter præcipuas reus eſt memorabilis vndas,
A nullo quoniam vincitur vſque mari
Fert ſimilem troctæ carnem, guſtumque, ſerumque;
Firmior ille aluo plus alit, iſta minus.

De *Soleola.*

Eſt ſimilis ſoleæ quæ dicta eſt tingula, ſumpſit
At minor iſta minus, maius & illa decus.

De Cruſtaceis.

Cuncta ferunt intro duras cruſtacea carnes,
Conſtantes ideo, difficileſque cibos.

Talis

Talis adeſt ſalſas inuenta locuſta per vndas,
Quique retro gracili ſub pede cancer eat.
Inde locuſtinum genus, & minor aſtacus alis,
Cuncta ſibi ſimiles obtinuere dapes.

De Teſtaceis

Ventriculum ſalſo ſtimulant teſtacea chilo:
Quo plus dura, ſuum plus quoque corpus alunt.
Telina eſt, pectenque horrens; & hiatula læuis,
Purpura, & ad nullos buccina facta ſonos.
Iungitur his etiam quæ nobilis oſtrea teſtis,
Quæque alijs mellis, nutrit at iſta minus.

De Carthilagineis.

Carthilagineis varians eſt piſcibus ordo,
Vt quoque mutata eſt piſce figura ſuo.
Eſt mala raia cibis, duræ pars ſquallida formæ:
Inter vtrunque iacet tertia forma genus.
Plus facilem, & blandum fert paſtinaca liquorem,
Et ſtupidam piſcis qui facit ille manum.

De Cetaceis.

Piſcis ab ingenti ceto ceterius extat,
Qui cunctas inter maior habetur aquas:
Non minor ille mari, quam ſit paruo inſula tractu,
Vel quæ tranquillum per mare nauis eat.

Huic

Huic infesta natat pacatis orca sub vndis
  Quæ fætum immittit vere calente suum.
Altera in oceano generatur bellua delphyn;
  Multis cete annis viuit, at iste decem,
Veloci superat cursu, terrasque, fretumque,
  Nec minus æthereos vincit eundo polos:
Sunt quoque terribili resonantes gurgite phoccæ,
  Atque boum voces somnia dura mouent:
Hæc, corium rigidique tegunt portenta capilli,
  Hoc parit in terris, & coit ante, genus.
Est orchis similes inter durissima pisces,
  Quæque venit magno magna libella mari.
Omnia difficiles tribuunt carnesque, cibusque,
  Omnia sunt crassi dura alimenta feri.

De Multiplici piscium genere qui vel in nostro vsu non sunt, vel in totum ignoti, aut vel praui omnino esus.

Has præter formas, præter communia ponti
  Munera, sunt alijs æquora certa modis.
Sunt alij pisces quorum non displicet esus,
  Quos quoque communes altera regna ferunt.
Incolit ignotas acipenser nobilis vndas,
  Et persæ lenes, & pretiosus elops.
Est phycis, atque faber vultu quem dicimus atro,
  Et cuculus similes qui facit ore sonos,

Et celebris muſtella ſeri, ſphirænaque longæ
  Cuſpidis, atque celer, qui mare verſat, equus.
Lammia cui planum corpus, quæque apphia mollis:
  Hammia quæ medium eſt, & graue ſalpa genus.
Quæ velut herba ſuis vrtica eſt aſpera telis,
  Et quæ mille tenet, vermis vt ille, pedes.
Eſt cucumer, rigidusque vnguis, ſquillataque leuis,
  Dactilus ex conchis, atque petella, ſuis.
Vertibulum eſt, mituloque leuis piſtinculus ipſo,
  Quique per æquoreas horret echinus aquas.
Fert mare vulpinos aſtus, iraſque leonum,
  Omnis conque grauem, torſionumque ferum.
Fert Padus attillum, Rhennique eſt fluminis eſos,
  Et nullos dentes aſturio vnus habet.
Ægypto oxyrinchus adeſt, elephanſque arieſqus,
  Tritonumque horrens, Nereidumque genus.
Arbin gedroſi currunt pyſtriſque per Indos
  Cernitur, & multis anthia ſacra locis.
Phyſeter in gallis, eſt ingens gadibus arbor:
  Eſt ea quæ valido ſtella calore ferit,
Suntque rotæ inſignes radijs, eſt vocibus exos,
  Quæque elephantinum beſtia raptat onus.
Monſtra lacus vitreis concedit fucinus vndis:
  Sunt platinites, æquoreique canes:
Et qui cum ſocio reuolutas ſargus arenas
  Quærit, & aduerſus dente ſilurus equo.
Terribilis ſolo crudeſcit bellua Nilo
  Crudeles lachrimas, grandia membra gerens,
Quique feros rigidis imitatur dentibus apros,
  Vt tellus, piſces ſic quoque flumen habet.

Deſtruit

Destruit innocuum mortali vulnere pectus
  Scorpios, est sanies, atque medela draco.
Insignes chromis vndoso parat æquore nidos:
  Est Achelonæis qui natat aprus aquis.
Emicat exertis miluus, (forma horrida) linguis.
  Terra omnis vasto est, & leuis aura, mari.

Quæ sexto huic libro deficere videbuntur.

Isti sunt magno quos cernimus æquore pisces,
  Atque habitat dulci quod genus amnis aqua.
illæ sunt campis segetes, illi arbore fructus:
  Talis in humenti nascitur herba solo.
Quale genus cælo, quæ sint animantia terris:
  Quas mensas nobis, quosque dedere cibos.
Sunt aliæ cereres, ignotaque arbore fructus,
  Et quæ nota suo non fuit herba loco.
Vt terra alma, etiam pars est animantibus ingens,
  Nec minor æthereo pars fuit aucta polo:
Vndæ sunt ponto innumeræ, piscesque, sinusque,
  Et fera quæ nullum bellua nomen habet.
Vis sua cuique datur, species longum est tamen omnes
  Dicere, seu prauum, siue salubre genus.
His contentus abi plenas tibi carmina mensas
  Nostra ferunt, dapibus sint satis ista tuis.
Tædia iam piscis mouet, & fastidia tellus:
  Hæc condimentis corrige damna tuis.

LIBELLVS de condimentis

Argumentum.

Vt ſunt multæ epulæ, pariter ſic carmina multa:
Vtque cibus grandis, ſic quoque carmen erat:
Condimenta etiam paruos (nam parua fuerunt)
Verſiculos. paucos & quia pauca ferunt.
Condimenta igitur ſint illis verſibus, iſti;
Condimentum illis, vt cibus iſte, cibis,

De Condimentis in genere.

Nutriunt bandis alimenta formis,
Condiunt omnes leuia iſta chilos,
Vnde cognatum tenuere ſemper
condita nomen.

His odoratus manet ore guſtus.
Et cibus grata ſuperatur aluo,
Accidit cunctis decus omne menſis,
& ſapor omnis

De Sale.

Primus in mensa numerandus omni
Sal habet primas, sapit ille multum,
Seu cibo mixtus, positusve grato
ore loquentis.

Siue per membrum simul omne ridet,
Siue sit doctus sapientis humor;
Semper est gratus, decor ille semper,
& sapor omnis.

Condit hic herbas, cererisque dona,
Quasque habent terræ, pelagique carnes
Quas aues æther, genus omne fructus,
atque legumen.

Omnis ingrato manet igne chilus,
Qui salis nullas capit ante guttas:
Rebus humanis placet ista, multum
vtilis vnda.

Seruat à putri genus omne damno;
Omnis ex illo caro grata prodest,
sit nisi ex siccans, nimiumve puro
humida succo.

Ergo sit grossis caro plena succis,
Qualis est tauri, suis, atque aselli:
Non sali prosunt lepores, nec alto
gurgite mulus.

Non aues aura, domibusve natæ,
Læta nec plantæ virides per arua:
At salis quęrunt decus,& sapores
omnia gratos.

Tollit hic ventris vomitus in ore:
Humidos soluit, tenuatque succos;
Ille clisteres acuit famemque
concitat acrem.

Siccat,& stringit,calet,atque mordet:
Tergit.& multum petit ille potum:
Cuncta terrestrem sale mista formam
Summere possunt.

Nascitur miro cibus iste casu:
In cauam fertur maris vnda glebam:
Inde concrescit,nitidoque soie
sal manet alzus.

De Croco.

Non minus.famæ crocus,atque laudis,
Nec minus grandes tenet ipse vires:
Condit hęc multas sine fine mensas
pallida virtus.

Præter

Præter hęc, multis medicina prodest,
Siue diuersos tenet illa potus,
Seu per emplastrum, liniensve corpus
cognita virtus.

Omnium vires crocus ipse tollit,
Cor facit lętum, lotiumque reddit,
It celer cunctos, aperitque densos
ventre meatus

Non calor magnus, minus ille siccat,
Concoquit crudum, rigidumque mollit,
Mollit, & lentis ebriata reddit
tempora somnis.

Concitat menses, venerisque flammam;
Pecus extendit, stomachoque prodest:
Huic Crocus nomen dedit ille summo
raptus amore.

De Pipere.

Maior est motus, piperisque flamma:
Est in obscuro sapor acer orbe,
Condit. & sæpe est medicina nostro
optima ventri.

Extat in ſiccis moderata flammis,
Præbet arentes, tenueſque partes
Stillat ex iſto leuis vnda fructu
maxima virtus.

De Zinziberi.

Zinziber magnas tenet acre flammas,
Queis piper, forteſque imitatur actus:
Eſt magis craſſus liquor. atque prauis
humidus vndis.

Digerit cunctos ſine fine ſuccos,
Soluit & craſſos grauis igne flatus,
Adiuuat ventres, reficitque multo
lumina viſu.

De Comino.

Sunt item multis precioſa normis,
Condiunt porci, Leporiſqne ſuccos
Grata pallentis, calidique ſemper
grana Cymini.

Stringit, & ſiccat ſimul ora chiſus,
Ileon ſoluit, colicique damnum,
Et tenet menſes, fluidumque toto
amne liquorem.

De Aniſſo.

Non minus ſuaues tribuere guſtus
Grana quæ aniſſum tibi dulce præbet;
Nec minus noſtris quoque iuncta menſis
at minus ardent.

Prouocant lactis, venerisque fluctus,
Pectoris frigus, ſtomachique rumpunt,
Quęque per rores tumuere grandi
viſcera fumo,

Incitat lenes epula iſta ſomnos,
Atque fętentes rapit ore guſtus:
Siſtit hæc ventrem, placidoſque reddit
pectore ventos.

De Nuce muſcata.

Eſt Nucis gratum genus, ac ſalubre,
Atque pro multis medicamen ægris:
Diſcutit flatus, lotiumque duris
renibus addit.

Pro cibo lætos facit ore guſtus,
Roborat ventres, iecur, atque ſplenem;
Lumen accendit, reijcitque mæſtas
Pectore nubes.

De

De Semine Coriandri.

Semen hoc ventri,cerebroque prodest,
Nec malum cordi est,reliquisve membris:
Istud accensos(quia lentus ignis)
temperat æstus.

De Modo Condiendæ.

Omnis epulæ.

Illa sunt notis alimenta formis,
Hoc quod has condit genus omne mensas,
Cuncta seiunctim tibi monstrat æquus
carminis ordo.

Inuicem multis quoque mista rebus,
Et placent multis alimenta normis:
Hanc tamen grata coquus arte maior,
concinat odem.

FINIS L.D.

ISTI SVNT ERRORES QVOS TYPPO graphia attulit: alios minoris momenti cõsulto prætermisimus pręter eos qui forsan visionis aciem subterfugerunt.

ERRATA PRÆFATIONVM.

Fol.1.pag.1.vranq; lege vtranq;.
Fol.3 pag.2. lin.21.defici lege defeci.
Fol.4.pag.1. lin.18.viri lege viris reddunt.
Fol.6.pag.2.lin.12.inseruiant lege inseruiat.
Fol.7.pag.1. lin.3.primam leg. primum.
Ibid.lin.7.longo.leg.longa tradita.
Ibid pag. 2.lin. 2. confugient lege confug iens.
Ibid. lin. 14. od,polliciunt lege ad pelliciunt.
videantur nomen nostrum.
Fol.9 pag.2.lin.4.posthabitum leg. posthabitam.
Ibid.lin.6.concedit lege concedi.
Ibid lin.13.defede lege defende.
Fol. 10.pag. 1. lin. 14. gruta lege grat a.
Ibid.lin.20 palam lege palmam.
Ibid.pag.2.lin.4 vnus leg.onus.
Fol.11.pag. 1.lin.15.Euturpen.leg. Euterpen.lyran lege lyram.
Ibid.pag.1.lin.1.ceudent leg.cõdet.

ERRATA LIBRI I.

Pag.2.lin.26.vno leg.vna.
Ibid.lin. 28.teraas lege terras.
Ibid.lin. 35.prosterna lege prosternat. validas leg.validos.
Pag.3.lin.7.sentẽtias leg.sentẽtia
Ibid.lin.56.acceptat leg .acceptant
Ibid.lin.60.vndas lege vnda.
Pag.4 lin.23. Loppezius lege Loppesius.
Pag.6.lin.15.tristitia lege tristia.
Pag.7.lin.51.quos lege quo. ginit lege gignit
Pag.9.lin.2.nimina leg.nimia.
Ibid.lin.8. incipe lege incipit.
Ibid.lin.24.in varis lege in varijs albedine leg. albedine.
Pag.10.lin.4.aduersusq;, pugnãtq; lege aduersus:pugnamq;.
Ibid. lin. 14 argumentum lege argentum.
Ibid.lin.50.lititansq; leg latitansq;
Pag. 11.lin.28.plenit lege plen is.
Pag.13.lin.7.assimilis l. assimile.
Pag.14.lin.12.inum leg.imum.

Ibid lin.51.habitus lege halitus.
Pag.15 lin 9.quaritur l. queritur.
Pag.17.lin 15.gestaq; leg gestatq;.
Ibid. lin.23.corruus lege coruus
Pag.18.lin.14 easdem lege eosdem.
resulta lege resultat turqem lege
turpem tant lege tum.
Ibid.lin.46.auo lege aut.
qsale lege quale.
Pag. 19 lin.39.membrisqueq; lege
membrisq;.
Ibid.lin.53.perfici leg perficit.
Pag.20 lin.26 mobi leg morbi.
Ibid.lin.28.fui leg fuit.
Ibid lin.39 sitteutes lege sitiens.
Ibid.lin.41.viue lege vina.
Ibid.lin.57.phlegmaca l.phlegmata.
Pag.21.lin 6.phades leg. Pliades.
Ibid.lin.9.lumina leg.lumina.
ulcrum leg pulchrū genut l.genus.
Pag. 22 lin. 2.sterni leg. sternit. &
tolli leg tollit.
Ibid.lin.13.actis lege auctis.
Ibid lin.15.tenet leg.tenent.
Ibid lin.31.scui lege saui.
virtns lege virtus.
Ibid.lin.38.serophulas l.scrophulas.
tatu leg tractu.
Pag.23.lin.55.aere leg. aera.
amna lege manna.
Pag.24.lin 15.muctant l. mutant.
igure leg.frigore estum l. astum.
Pag.25.lin.54.facie leg.facit.
irradiant leg.irradiant.
Pag.27.lin.31.accinges leg. accin- (gens.)
Ibid.lin.34.aera leg. area.
lumiua leg.lumina.
Pag. 28. lin.32.sie leg si.
animaneia leg animantia.
Pag 29. lin. 32. qninq;, longissima
leg quinq; & longissima.
Ibid.lin 55.areto leg.arcto
Ibid.lin 58.bac leg.hac.
Pag 30.lin.47.ear leg. aer.
Pag. 31.lin.4 synaq; leg.syriaq;.
Ibid. lin.23.da calo leg.de calo.
Ibid.lin.36.qua lege qua.
Pag.32.lin.55. tenum lege tenuem.
declinia lege declivia.
Pag.33.lin.25.alij lege alijs.
Ibid.lin.30.leui lege laui.
Pag.34.lin.37. ocultos leg. oculos.
Ibid.lin 52 stracta lege strata
Pag.35.lin. 17. mente leg. mentem.
Ibid.lin.25.areta lege arcta.

ERRATA LIBRI. II.

Pag.36.lin 40.nomaq; leg normaq;
Pag 37.lin.6.debilie leg. debilis.
Ibid.lin. 42 tarnem lege carnem.
Ibid. lin. 43. pendeq; leg pendetq;.
Ibid lin.53.ducis lege ducit.
Pag.38.lin.13.impucta leg.impata.
Ibid.lin.16. vternum l. veternum.
sensus lege sensus.
Pag.39.lin 13.tristisq; leg.tristesq;.

Ibid

Ibid.lin.15.depount lege deponunt.
Pag.40.lin.5.membum l.membrum.
Ibidem lin.12.banc lege hanc.
Pag. 42. lin. 41. stracta lege strata.
danum lege dammum.
Pag.44.lin 40.timore lege tumore.
Pag.46.lin.2.mobis leg.modis.
Ibid.46.lin.26.lecticia lege lectica.
Ibid.lin.31.na/bas,quam dictionem expunges &iucipe nulla tamen.&c.
facir lege facit.
Pag.48.lin.2.facto lege fato.
artemperat lege attemperas.
Ibid. lin. 34. soluiquet leg.soluitq́;.
Ibid.lin.36.interne lege interna.
Ibid.lin.51.summus lege summo.
Pag.49.lin.11.quibus leg.quiq́;.
Ibid.tit.scripturia lege scriptura.
Ibid.lin.52.calores lege colore;.
Fol.50.lin.33.principior l.principio.
Ibid. lin 39.leuis lege lenis.
Ibid.lin.54 mouento lege mouente.
Pag.51.lin.24. coijcio leg. proijcio, & adde cuiq́; paragrapho suum titulo scilicet, motus, quies, autor.

ERRATA LIBRI. III.

Pag.52.lin.11.via leg.via
Ibid.lin.16.sociata vigilia lege sócians vigilantia. soperes l.sopores.
Pag.53. lin. 44. chypeiq́; l. clypeiq́;.
Pag.55.tit.externi leg. externa.
Pag.56. lin.23.somnos leg. somnus.
Pag.58.lin. 2.qua leg.qua.
Ibid.lin.56.vigiliat leg vigilat.

ERRATA LIBRI. IIII.

Pag.61.lin.32.mobile leg.nobile.
Ibid.lin.39 biliq́; leg.bilisq́;.
Pag.62.lin.1.innumerũ l.innume
abdomem lege abdomen.
Ibid.lin.29.succosq́; leg.succoq́;.
caleuti leg.calenti.
Pag.64.li.37.lachrimis l.lachrima
Pag.65 lin.3 deest titulus margini
Generatio.
Ibid lin.8.corregit lege cor regit.
Ibid.lin.14.animosqua l. animosq
Ibid.lin.18.ostia lege ostia.
Pag.66.lin.33.a parbu; l.a patribu
Ibid.lin.34.tales lege tabes.
Pag. 67. lin. 5. de partibus lege a patribus.
Ibid.lin.26.erit leg. erat.
Ibid.lin 33.vua Asia leg. vnũ Asia
Pag 68.lin.51.crocum leg.croceum
generat leg.generat.
Pag.70.lin.21.vltererius l.vlteri
Ibid.lin.25.leuis leg.lauis.
Pag 71 lin.28.facit lege faciat.
Ibid.lin.31.cntemq́; leg cutemq́;
Ibid.lin.41.robucto leg.robusto.
Ibid. lin. 56. virga lege virgo e flectus leg.fletus.
nascuutur lege nascuntur. mnlt leg.multis.sciungit leg.seiungit.
Pag.73.lin. 56. hilacem manct le hilarem manet.

Pag.74.lin.8.*sed* leg. *seu. balnca* l. *balnea.*
Pag.75.lin.21.*hac* leg.*hæc.*
Pag.76.lin.8.*nulli est*, leg.*nulla est.*
Pag.77.lin.51.*astris* leg.*astri.*
guttere leg.*gutture.*
Pag.78.lin.41.*cibi* leg.*cibo. casu* leg.*casu. pectns* leg.*pectus.*
Pag.79.lin.45.*pulchrumq;* leg.*pulchrum inde.*
Pag.80.lin.52.*fremur.* leg.*femur.* *subtinet* l.*subtinct. moder* l.*modo.*
Pag.83.lin.27.*pectora* leg.*pectore.*
Pag.84.lin.34 *atquo* leg.*atq;*
Pag.85.lin.32.*sit* l.*sit.*
Pag.86.lin.5.*morbes* l.*morbos.*

ERRATA LIBRI. V.

Pag.88.lin.33.*nde* leg.*inde.*
Pag.89.lin.4.*caua* l.*causa.*
Ibid.lin.17.*quod* leg.*quo.*
altarnatricis leg.*alternatricis.*
Ibid.lin.38.*virtus* leg.*virtus.*
Pag.91.lin.30.*mar ibus* l. *naribus.*
Pag.93.lin.21.*munere* l.*munera.*
Ibid.lin.46.*baustant* l *haustant.*
Sequēti Pag.lin.40.*tenēs* l. *tenēt.*
Pag.94.lin.32.*canalli* l.*crinalli.*
Ibid.lin.34 *foris* l.*simul.* (*brosisq;*
Pag.95.lin.20.*tenebrosiq;* l. *tene-*
Ibid.lin.52.*rari;sq;* leg.*rariq;.*
Pag.96.lin.33.*adsmi* leg.*animi.*
Pag.97.lin.17.*celebri* leg.*celeri.*
Ibid.lin 20.*imas* leg.*imos.*
Ibid.lin.55. *intentoq;* l. *intentaq;.*
fleetus leg.*fletus.* (*mas.*
Pag.98.lin.58.*lachrimis* l. *lachri-*
Pag.99.lin.36.*vitra* leg.*vltra.*
Ibid.lin.47. *concoua* leg. *concaua.*
Ibid.lin 49. *allosum* leg. *callosum.*
ferūcur l.*ferūtur signras* l.*figuras.*
Pag.100.lin.23.*sciugit* l.*seiūgit.*
Ibid.lin.31.*pelius* leg.*pelicis*
clapsi leg. *elapsi. aggranat* leg. *aggrauat.* (*noscit.*
Pag.101.Pag.32. *agnosci* lege .*agfixctrix* leg.*fictrix. aspectn* leg. *aspectu. distinctiq;* leg.*aistinctiq;*
intellectts leg.*intellectus.* (*nistrat.*
Pag.102.lin.14. *minstra* leg.*mi-*
Ibid.lin.51.*variat* leg.*varia*
Ibid.lin.57.*habitum pellere* lege *habitumq; expellere.*
Ibid.tit.*vlarij* leg *varij.* (*dibilis.*
Pag.103.lin 23.*credibiles* leg.*cre-*
Ibid lin.27 *cunctaurum* leg. *cunctarum calmine*, leg.*culmine. seraphim* leg. *seraphin. cherubim* lege *cherubin.*
Pag.104.lin.49.*frarres* l *fratres.*
cercunstant leg.*circunstant.*
Pag.105.lin.3. & ibid. *confessioribus* lege *confessoribus.*
Ibid.lin.17.*seruat* lege *seruant.*
Ibid.lin.45.*superbos* leg.*superbus.*
Pag.106.lin.39. *qualis imperio* l. *qualis in imperio.*

Ibid.

Ibid.lin.54.similesq́ lege similisq́.
veniris lege veneris.
Pag.108.lin. 31. addit merces sub-tilesq́ lege merces addit, subtileq́.
Pag.110.lin.58. vngibus accipetrẽ lege img ibus accipitrem.
Pag.111.lin.8.propiis leg proprijs.
Pag.112.lin.45 mostrũ l. monstrũ.
Pag.113.lin.18.sonıru lege sonitu.
perrurba[illegible]s lege perturbatus.
Ibid.lin.39.effectus lege affectus.
Pag.115.lin.2. suspira l. suspiria.
Pag.116.lin 9.duris lege durus.
hic & seq pag. desunt tit.solicitudo,pietas,solicitudo,pietas, desperatio,inuidia. *Pag.117.lin 51. turba leg. turbat.* *Pag 118.lin.8. fruentes l.feruentes.* *(latitia.*
Ibid.lin.29.lutus letitia leg.luctus
Ibid.lin.32.sit l.si & lin.33.si l.sit.
hic desunt tit. Ambitio Auaritia.
Pag.120.lin.20.tygridisq́ lege tygridesq́.
Ibid.lin.43.ianna lege ianua.
Pag.122.lin.17. nimis lege minis.
Ibid.lin.27. seruans lege seruant.
Pag.123. tit. iactitio lege iactatio.
Ibid.lin.58.toonsuersi l.transuersi.
Pag.126 lin 7.scit lege seu.
Pag.127.lin.54.miuoris l.minoris.
Pag.128.lin.21.cot lege cor.
Ibid.lin.28.excelsos leg.excelsas.
Ibid.lin.38.iugia lege iurgia.

Pag.129.lin.30.deest tit.[illegible]
Pag.129.lin.41.leuis lege lacu.
Pag.130. lin. 21. principium mali lege principiumq́ mali.
Ibid.lin.18.verteie lege vertere.
Ibid.lin.35.deest tit.vana gloria.
Ibid.lin.43.Phaleta lege phaleræ.
Pag.131.lin.4.deest.tit.lacteantia.
Ibid.lin.39.muturi lege maturi.
Ibid lin.40.taciris lege tacitis.
Ibid.deest tit temeritas.
Pag 132.lin.10.deest.tit.fortitudo.
Ibid.lin.41.nun lege non.
Ibid.lin.46.deest.tit.constantia.
Ibid.lin.49 prættat lege prestat.
Ibid.lin.58.dessidet lege dissidet.
Pag.133.lin.27.rog.lege rogi.
Ibid.lin.28.doum lege donum.
modu lege modo. *Ibid.lin.53. satia l. sæua.* *(semper.*
genitusq́ l.gemitus q́ semperm leg.
Pag.134.lin.9.rcum lege rerum.
Ibid. lin.10.latum lege lætum.
vertitr lege vertit.vlncra lege vlnera. dolot lege dolor.
Pag.135.lin 14.deest tit. amecitia.
Ibid.lin.25.ferent lege forent.
dura lege dura. *(ne idem*
Pag.136.lin 40.nec idem lege nec-
Ibid. lin.42.selis lege seclis.
Ibid.lin.51.medium leg.medicum.
Ibid.lin.54.deest tit.charitas.
Ibid.lin.57.diuinusqne l.diuinusq́

.*in.12.creatur leg. crean-* *aunm leg auum.*
Pag.139.lin.40.mouet lege mouent.
Pag.140.lin.13.equos leg. habenas.
Ibid lin.16.habenas leg.equum.
Ibid.lin.41.iustis in leg.iustis ni
Ibid lin.52.placait leg. placuit.
Ibid.lin.57. hinc senos l hic sanos.
Pag.141.gaudem leg.grandem.
tit. gual leg. gula in margine situs lege sitis. *(in.*
Ibid.lin.56.ha leg.hac & scq.iu leg.
Pag.142.lin.45.stiamocho lego stomacho.
Ibid. lin.59. sequitnr perfidia lege sequitur perfida.
optat lege optat.
Pag.143.lin.40.auus lege flauus.
medtatut leg.meditatur.

ERRATA LIBRI VI.

dultia leg.dulcia. salubte l.salubre.
alimentarum leg. alimentorum.
Pag.146.lin.35.frigore leg.frigora.
Ibid.lin.36.iecoriq; leg.iecorisq;.
Pag.147.lin.6.prastabit l.praestabit
Ibid.lin.50.seqaitur leg sequitur.
Ibid.lin.53.fessa leg.fissa.
Pag.148.lin.3.chilis leg.chilos.
Ibid.lin.4.vbi leg.aut.
turbant leg.turbant.
Ibid.lin.38.crada lege crudae.
amplecitur lege amplectitur.mephis leg.memphis.
Pag.150.lin.6.vnde lege vuda.
hatent leg.harent consurga leg. cõsurgat.
Pag.152.lin.28.supressusil. super-essusis. *(uemq;*
Ibid. lin.36. declinoemq; lege.declitidijs leg. radijs. detecior lege deterior albunci leg. albunei. vuda lege vnda. *scendunt.*
Pag.154.lin.48.succedunt lege suc-inmundi leg. immundi. lignna leg. ligna.spitãt.leg.spirant.
Pag.156.lin.29.rapraq; leg.raptaq;.
Ibid.lin.40.ha lege hac.
flactus leg.flatus.
Pag.158.lin.49.sopere lege sopore.
tutbant leg.turbant.reseruat.
Pag.158. lin.47.rutaq; leg. mtaq;.
genarat leg.generat.
Pag.159.lin.43.binalat leg baiulat.
sorbentnr leg. sorbentur.torpenscẽs lege torpescens.
Pag.160.lin.1.teruis leg.terris.
dciactos leg. deiectos .sil. sit gtatos leg.gratos.
Pag 160.lin.52 vi lege vt.
Ibid.lin.55.& recte leg.recte,
Ibid.lin.58.figuram lege figura.
E e l.è & seeus lege sucus.
Pag.161.lin.33.nouum leg.nocuum.
Pag.162. lin.26. austerius lege austerus.

atque

atqne leg atque. Iora leg. Ilora.
Pag. 164 lin. 8. vua leg vna. lin. 9. pectora leg. pectore. lin 11. flactibus leg. flatibus. (meta. lin. 24. leues leg. lues lin. 48. mtee. leg. Pag. 165. lin. 46. vacuatus leg. vacuatos.
Pag. 166 lin 1. munere leg munera. lin. 12. calent leg. calent. lin. 14 laboomnis leg labor omnis. repitita leg. repetita. fratris. leg. fratris
Pag. 168. lin. 3. colorem leg. calorem.
Pag. 169. lin. 7. fuperat leg. superat. rrahit leg. trahit. lenit. lenit, sobintret subintret, alnos. aluos. tuuc leg. tunc.
Pag. 170 tit. asinum leg. asininum & deest tit butirum membta membra. emoilit emolilit. er l. et. vsqne vsque
Pag. 171 lin. 1. et lege est. lin 2. inneta leg. iunctio. lin 15. innat leg. innatat. vertirus leg. vertitur.
Pag. 172. lin. 11. tabli leg. tabi.
Pag. 173 lin 13. craffo leg. craßo. & grauo leg grano & lin. 24. lene leg. leue lin. 51. fumo leg. furno. extinguirur lege extinguitur tenoris leg. tenoris.
Pag. 174. lin 22. modo; leg. modis. & lin. 25. tosta l. tostos. lin. 31. sedsicca. l salsiccat lin. 45. tener l. tenet. astrin grt astringit. atq; atq;. arrua arua.
Pag. 175. lin. 27. trium lege tritum. lin. 41. melle lege molle. 7.. ferunt.
Pag. 176. lin. 6. adunt leg alunt. minus lege minus. hispannm hispanum horba herba.
Ibid. lin. 27. goc lege hoc. lin. 45. nostros lege nostras.
Pag. 177. lin. 27. flammaquo lege flammaq;. Ibid. lin. 33. tragit lege trabit lin. 41. flauiduuq; leg. fluidumq;. lin. 42. vlncris leg. vulneris, lin. 45 lupinis lege lupinus. ncc nec.
Pag. 178 lin. 39 illia leg. illis. & succos lege succis.
Pag. 179. lin. 35 et leg. est. fucre lege fuere arrua l. aruua. fotte forte iu in.
Pag. 180. lin. 26 albas feges leg. alba feges.
Pag. 181 lin. 14. dulcotat leg. dulcorat. lin. 16. procroat lege procreat. magmo lege magno seccat leg. secat. demonstrer demonstret. concoquitur concoquitur sartagiee sartagien. cruda cruda.
Pag. 182. lin. 28. fructibes leg. fructibus. lin. 30. nulla leg. nullo. lin. 31 tu fas leg. tu facis. pinsilis l. pensilis
Pag. 183. lin. 52. adiuuet l. adiuuat est est. astingit astringit. promoue leg. promouet. dulcior leg. dulcior rrolunt l. trolunt sensum sensum.
Pag 185. lin 9. fastiatosq; leg. fasti ditosq;. ruum leg. tuum.

Pag

lin. 18. *viscera l. viscere.*
Pag. 187. *lin.* 7. *mespida lege mespila. lin.* 11. *sopores lege sapores.*
Pag. 188. *lin.* 2. *sic l. sit. vires l. vires.*
Ibid. 39 *vocent lege vocens.*
Pag. 189. *lin.* 2. *est l. et. lin.* 7. *frustra lege frusta. aurentia leg. aurantia.*
Pag. 191. *lin.* 43. *tenporat l. temperat. colores lege calores.*
Pag. 192. *lin.* 41. *beta lege b.*
Pag. 193. *lin* 17. *corde leg. cordi. meloncholicos lege melancholicos. temporat lege temperat.*
Pag. 194. *lin.* 31. *cocta lege cocto. lin.* 32. *Salsnentum l. Salsamentũ.*
Pag. 195. *lin* 9. *cũ sucitate lege siccans virtute.*
Pag. 196. *lin.* 24. *gaudens l. gaudẽt.*
Pag. 197. *lin.* 46. *insipiendum lege insipidum.*
Pag. 198. *lin.* 30. *mensæ leg. mensa.*
Ibid. lin. 37. *sterilis lege steriles*
Pag. 199. *lin.* 16. *socos lege focos. & lin.* 43. *terrenus lege terrenos. lin.* 46. *cuius lege cuiuis lin.* 37. *hic flãma aßentes lege his flãmæ aßantes. aguo l. agno vue l. oue vincitor. tur*
Pag. 200. *lin.* 30. *suci lege sicci. & lin.* 32. *læsas lege læsus.*
Pag. 201. *lin.* 15. *hominis lege homines & lin. iuncto lege iuncta. menus lege minus solei lege solet.*
Pag. 24. *lin.* 15. *fato l fætu. lin.* 18. *incidit lege incedit. lin.* 8. *visios leg. visus lin.* 18. *grudu lege gradu. lin.* 19. *infestont lege infestant. lin.* 22. *hobent lege habent.* (*l. ansere castrarura leg. castratura. ansire*
Pag. 206. *lin.* 5. *succis leg. siccis. lin.* 21. *vire lege iure. lin.* 30. *insignis lege insignes.*
Pag. 208. *lin.* 1. *lagopis lege lagois. Ibid. lin.* 10. *malem lege molem. & lin.* 17. *malles lege moles.*
Pag. 209. *lin.* 34. *quam lege quem. sni l. sui. Pag.* 2. 10. *lin.* 13. *scleucitũ l. secleucitũ. Ibid. lin.* 17. *plana leg. plena.*
Pag. 211. *lin.* 2. *ipse l. ipsa. lieue. l. liene. quaq; extremis.*
Pag. 213. *lin.* 16. *plana l. plena.*
Pag. 214 *lin.* 2. *corporesue l. corporeosue. Ibid. lin.* 17. *sunt leg. sub.*
Pag. 215. *lin.* 16. *sine l. fine. nascirur. l. nascitur aarata l. au. atqus l. atq;*
Pag. 216. *lin.* 21. *mulus leg. malus nutri*
Pag. 217. *lin* 15. *viscere l. a*
Pag. 218. *lin.* 2. *notat l. natat. & lin.* 13. *larisæ l. laris. iucundus l. incũ.*
Pag. 220 *lin.* 31. *ceterius l cetari⁹.*
Pag. 221. *lin.* 13. *cibusq; l. cibosq; & lin.* 29. *leuis l. læuis. lin.* 30 *pesella l. patel. ariesque. lariesque. vc l. ve.*
Pag. 223. *lin.* 39. *foie l. sole. & lin.* 40. *alzus. l. alb⁹.*
Pag. 224. *lin.* 14. *pecus l. pectus. gnstu l. gustu. leporisque lege. leporisque.*

F I N I S.